Colegio de S. Pablo de Cor



S. BERNARDVS

S. AVGVSTINVS

Quicumque has Regulas secuti fuerint pax super illos.





PERITIA
Curationis statûs languentis Religiosi
ET EST
Quarta Pars Ideæ totiùs Statûs Religiosi nº 4 fol. 64
AVTHORE
R.P.F. Antonio Ximenez ordinis Minimorũ S. Francisci de Paula Emerito Lectore, ac studiorũ Regente, nec non Regij Senatus Sanctæ Generalis Inquisitionis In rebus Fidei Censore.

QVEM

Genuit Guareña oppidum Estremaduræ, et aluit Hispalis inclyta Orbis Vrbs.

Hispali
Apud Simonem
Faxardo Typographum
Anno.
MDCXLIV

S. FRANCISCVS

D.I.C.T.

CARITATE PER CHARITATEM OPERATVR FIDES

IHS MA

CHA RI TAS

CARITATIS ✠ PROTECTOR POTENTISSIMVS ARMAMENTARIVM FIRME

Ll.9.Tb.7.N.43.

FR. IOANNES PONCE DE LEON, Ordinis Minimorũ ſanctiſsimi P.N. Frãciſci de Paula, Supræmi Cõſilij Generalis Inquiſitionis Qualificator, Bibiothecarum Hiſpaniæ, & Regnorũ Catholicæ Maieſtatis Viſitator, Authoris huius operis in Religionis Tyronitio, & in Theologia Scolaſticæ Diſcipulus, ſic de Opere.

LIBRVM vidi, cuius titulus eſt: *Peritia Curationis ſtatus languentis Religioſi.* Authore R. ad nodum Patre, ac Magiſtro meo Fr. Antonio Ximenez ex Sacro noſtro inſtituto emerito Lectori, ac ſtudiorum Regente, necnon Regij Senatus Sanctæ Generalis Inquiſitionis in rebus fidei Cenſore. Et cum librum ſedula diligentia evolverem, Heraclio lapide examinando, & æquali lance reuocando ad trutinam, quæ in eo continentur, docta, & vtilia, Religionibus, & Religioſis iudico: ſed ambi dextrum virum venerandum P. Fr. Antonium Ximenez (illuſtriſsimæ meæ Prouintiæ Hiſpalenſis filium) atque gladio bicipiti exercẽtem vtrãque Theoſophiæ miratus ſum: probavi in Scolaſticis excedere cum ſub eius Magiſterio Theologiam didici, ipſumque in expoſitivis magno omniũ fructu credidi, vt eius teſtantur varij libri omni eruditioni pleni. In hoc nihil nõ magnum nihil non eruditum, nihil non ſelectum, ac efficax, ita vt vix appareat quid in eo præluceat cum omnia præmineant, collectio, electio, an diſpoſitio, arduum & offenſionibus obnoxium hoc noſtro æuo argumentum inoffenſo omnino pede tranſcurrit: ſincerum fide, modeſtia graue, eloquentia vividum, & ſic omnia, quæ ad Religionem, & Religioſos expectant in vnum collecta vberiori referta fructu, floſculis vndequaque exquiſitis, & queſitis ornata; de quibus in hoc libro ita doctè ita peculiariter Author diſſerit, vt me Herculè neſciam an magis talem, ac tantam variarum tractationum inventionem, diſpoſitionem, connexionem admirer, quod in rebus ita novis abſtruſis, & abditis, ac veluti in alterius inſtituti receſu latentibus, ſic in diverſa ſuam ſolertiam, diligentiam, & multiplicem eruditionem ſpargat, tamquam ſi totam collegiſſet ad ſingula. Res arduæ (ait Plinius) vetuſtis novitatem dare, novis authoritatem, obſoletis nitorem, obſcuris lucem, faſtiditis gratiam, dubijs fidem, omnibus naturam, & naturæ ſuæ omnia ijs etiam, non aſſecutis voluiſſe abunde pulchrũ, & magnificum eſt. In hoc ergo opere nihil contra Fidem, ſed multa, & mag-

na pro Fide, contra Religionem nulla. pro Religionibus, & Religiosis multa. In eo nihil mutandum, nihil delẽdum, corrigendum, aut expoliendum nihil, sed omnia talia, vt exteri habeant quo admirentur, nostri verò quo gratulentur, & gaudeant. Ego verò, pro debito filij, & Discipuli, ex voto que vtriusque tabellam, seu scriptionem meo venerando Magistro talem appendo.

Vox diuersa sonat, Religionum est vox tamen vna,
Cum verus sophiæ diceris esse Pater.

Quare dignum profecto iudico, quod in lucem hic liber prodeat quia viris doctis lucem præbet, & sic Authori summæ gratiæ reddentur, quod tantis talib usq; vigilijs Religiones illustrauerit, & à calumnijs aduersariorum, & Hæreticorum vindicare, non desinat & sibi ad immortalitatem iter aperiat, nam vt ait, Propertius:

At non ingenio quæsitum nomen ab æuo,
Excidet ingenio stat sine morte decus.

Hoc meum votum, hoc meum dictamen, sic mea præstatur (Si discipulo decet) de tãto Magistro cẽsura, in hoc Cõuentu Sanctæ Mariæ de la Victoria Matriti, die 22. Mensis Nouẽbris. Anno Dñi 1644.

Vestræ Paternitatis ad modum R. in omnibus
Discipulus obsequentissimus,

Fr. Ioannes Ponce de Leon.

TASSA.

YO Marcos de Prado y Velasco, Escrivano de Camara del Rey nuestro Señor, de los que en su Consejo residen, doy fe, que aviendo se visto por los Señores del dicho Real Consejo vn libro, q̃ cõ su licencia fue impresso, cõpuesto por Fray Antonio Ximenez, del Orden de los Minimos de S, Francisco de Paula, que se intitula: *Peritia curationis status languentis Religiosi*: tassaron cada pliego del dicho libro a cinco maravedis, el qual tiene cincuenta pliegos, sin el principio, y tablas, y a este respeto, y no a mas mandaron se venda: y que esta fe de tassa se ponga al principio de cada libro, para que se sepa el precio a como se à de vender. Y para que dello cõste di la presente en Madrid a 13, de Febrero de 1645. años.

Marcos de Prado
y Velasco.

ERRATAS.

FOl.5.pag.2.lin.24. ſi carefacti,dic:*ſic arefacti*.fol.6,p.2.l.30. ferme,*ferme*.lin 33.curruut,*currant*,fol.15.p.2 l.20. lacem,d.*lucem*.f.22.p.1.l.6.non inſi,d.*non inſi*.f.24.p.1.l.30. in quod eficis,d.*in quo deficis*.f.26 p.2 l.32.velinti,d.*velint* f.31. p.2.l.23. adefo Rrmatſonem,d.*ad Reformationem*.f.36 p. 1.l.30.maiorem, d. *maiorũ*, p.2.l.22.deſſurgit,d.*deſpergit*,l.ult.illuc,d.*illud*.f.38.p.2.l.16. præcipitabitur,d.*præcipitabuntur*,f,40.p 1.l.14 Nuncd. d.*Nunc*. l.15. oceant,d.*doceant*.f.43 p.2 l.11 rehabiliter,d.*rehabilitetur*.f.46 p.2. poſt ultimam lineam deeſt:*iam capit non apponi vt omnino ſecreta darentur ſuffragia*.f 60.p.2.l.30.gione,*gionis* f 61. p.2.l.ult. manipuios,d.*manipuli*.f.68.p.2.l.20.rectat,*reſtat*,f.70.p 2 l.11,lubore, *labore*.f.77.p.1.l.27. 1517. 1617.f.102 p.2.l.1.aute, *alter*. f.104 p.1. l.11.peccatur morite,*peccato moritur*.f 105.p.2.l.14 clauſtram iapad,*clauſtrum vagandi*.l 16 damnaturo n,*damnatorum*.f.134 p.1. l,10.etiam,*eam*.f.142 p.2 l.12 congerit, *contigerit*.f. 143 p.2.l. 8. proueſtior,*prouectior*.f.144 p,1.l,22.reperirent,*repererint*.f.148 1. l.6.Cutinam, *utinam*,p.2.poſt l.33 deeſt ». 14. *Studia Theologiæ, & Philoſophiæ*.f.177 p.2.l.4 numera,*munera*. 178 p.2 l.33.aſſectu. *affectu*.f.186,p.2.l.11.ſanictæ,*ſanctæ*,f.198.p.1.l. 26. annos, *annuos*. f. 200.p.1,l.22.parce,*pace*.

Concuerda con ſu original. Dada en Madrid a 14 de Febrero de 1645. D.D. Franciſco Murcia de la Llana.

Fœtus ad lucem editos mentis meæ, veluti ineptæ obſtetrices linguam ignorantes Latinam compoſitores, & cudentes deformes reddidere, tot mendis involutos. Doleo, & vt parturiens doleo. Correctione ergo deformitates dele, & iucundiores tibi erunt candide Lector.

REGIA FACVLTAS.

AVTHORI suppetit Hiſpaniarum Regis Facultas per decennium typis mandandi opus inſcriptum: **Peritia curationis ſtatus languentis Religioſi**, *ſub datis Cæſar Auguſtæ, die vigeſima octava* **Novembris** *M.DC.XLII. fidem faciente D. Antonio Hurtado de Mendoza a Secretis Regis.*

CENSVRA EX COMMISSIONE REGIJ Caſtellæ Senatus per R. P. Petrum Gonçalez Galindo è Societate Ieſu.

PARI omnino animi ſenſu, & ſatisfactione de mandato celſitudinis veſtræ librum, quem R.P.M. Frater Antonius Simonide, emeritus. & privilegiatus Religioſsiſimi Ordinis Minimorum Profeſſor compoſuit, quique inſcribitur: *Peritia curationis Religioſi languentis inſtituti*, evolvi diligenter, & expendi quam accuratiſsime. Operis huius plane mirabilis peritia, Authoris ſui non vulgarem, imô ſingularem in ſacris, Scholaſticis, Moralibus, Myſticis, expoſitorijſque litteris periciem, & quam in aſsidua Sanctorum Patrum lectione, abſolutaque Canonum, & Conciliorum notitia ſit exercitatus, ipſe oſtentat. Quamobrem de opere tanto, is mihi in mente reſiduus hæſit ſenſus, & iudicium; Nihil prorſus in illo includi, quod puram germanamque fidem, defœcatioremque Theologiam non ſapiat, & iluſtret. Ingentem vero artem, omnique expectatione maiorem prudentiam, qua in tam ſublimibus, & claris ſtudijs utitur, prodit curatio. Eius autem Religio ſanctiores animi motus, ordinatioremque zelum tàm Religioſi, tamque inſtituti ſui retinentis ordinis [uti eſt, fuitque ſemper Sancti *Franciſci* de Paula ſacra familia) dignum filio commendat. Vnde ſane prodire debuit aliquando medicina, ſive formatio, qua indigebat adhuc, indigebitq; deinceps quilibet ordo, quamtum vis religioſiſsimus, &

primevi instituti observantissimus: quippe qui conflatus ex hominibus, temporumque vicissitudinibus obnoxius, ægre admodum, ac ab omni infirmitate, vel in constantia rebus humanis adeo nativa, dum in hacce vita degimus mortales, potest eximere. Quibus omnibus manifestè satis, opinor, ostendi totum hocce volumen divinum quemdam spiritum, Ideamque compositorũ morum continere absolutissimam. Operis materies, & argumentum, peculiaris eius, & novæ rationis, utilitatis, & necessitatis ergo; totius Ecclesiæ gratam animi significationem, & plausum videtur promereri. Siquidem pars eius melior, pulchrior, & sanctior, nempe status Religiosus, illud opus ad pulchritudinem suam retinendam, vel si uspiam excidisset, vel tantillum, recipiendam desiderabat. Quare celsitudinis vestræ facultate, quam enixè petit eius Author, ut typis mandetur, prodeatque in lucem, dignissimum iudico. Datum Matriti in nostro Collegio Imperiali Societatis Iesu Calendis Novembris 1642.

Petrus Gançalez Galindo.

FACVLTAS ORDINARII.

IMPRIMENDI *librum*: Peritia curationis status languentis Religiosi, *licentiam habet eius Author a D.D. Francisco Zapata, & Mendoza a Consilijs S. Generalis Inquisitionis Senatus Senatore, Sanctæ Toletanæ Ecclesia Canonico, ac eiusdem in Sede vacante Vicario Generali Matritensi sub datis Matriti 22. Mensis Octobris 1642. attestante D. Andræa de Aguilar Notario.*

Lic. don Franciscus Zapata, & Mendoza.

CEN-

CENSVRA EX COMMISSIONE ORDINARII per A.R.P.M.Fr. Iacobum Niſſenum Sacri Ordinis Magni Baſilij Profeſſorem.

OPVS hoc: *Peritia curationis Religioſi languentis inſtituti* inſcriptum R.P. M. Fr. Antonio Simonide Minimorum S.Franciſci de Paula Profeſſore, Lectore Emerito, & in Hiſpalenſi Collegio Regente, Authore; mihi ab Illuſtriſsimo D. D.Franciſco Zapata huius Regiæ Curię Vicario, necnon Sanctæ, & Generalis Inquiſitionis à Conſilijs ad luſtrandum, & cenſendum peculiari reſcripto datum, & edictum, attente, avideque perlegi. Nihil in eo contra honeſtos mores peccatum, nihil catholicæ, & orthodoxę fidei adverſum; imó omnia adamuſim exarata, è que recõdita SS.PP. penu, & ſupellectili deprompta. Itaque ſi (ut Eccleſiaſtis verbis utar) eſt Monaſtica politia, Religioſus ſtatus *Marcidus, & egens recuperatione*. Ecce iã doctiſsimus Aeſculapius adeſt, ecce orit ur deſiderantibus ſalutem Sol peritiæ, *cuius ſanitas in penna eius*. Quare ut communis lucis uſura fruatur, hæc tam bene inſtructa lucrubratio, ex animo cenſeo, ex corde voveo; quod ut cordis, & animi fides teſtatur propria ſubſcripſi manu in S. Baſilij illius Magni Cœnobio Carpetanenſi XV. Octobris, anni M.DC.XLII.

Eccl. 11.

Malach 3.

✠ *Fr. Iacobus Niſſenus*

FACVLTAS PRÆLATORVM ORDINIS

DECVRSV temporis facultatem conceſſerunt Authori, *ut libere poſſet typis mandare, tùm librum totum inſcriptum* Idea totius ſtatus Religioſi, &c. *Tùm ſpeciatim eius Quartam partem, cuius titulus eſt*: Peritia curationis ſtatus languentis inſtituti. *Sic Reverendiſsimus Franciſcus à Longobardis Generalis Apoſtolicus indulſit ſub datis Hiſpali* 8. *Februarij* 1634. *Sic R.P. Fr. Ioannes Pinna de Cælis Provincia-*

rum Bethicæ Vicarius Generalis sub dat Hispali Kalen. Augusti 1638. Sic R.P.Fr. Raphael Pizzurnus totius Ordinis Minimorum Generalis sub datis Romæ 20. Februarij 1639. Sic R.P.Fr. Ioannes Baptista Ronca Generalis sub dat. Romæ XIII. Maij 1639. Sic denique R.P. Paulus Torreño totius Ordinis Minimorum Vicarius Generalis, sedevacante ex assensu Eminentissimi Cardinalis Protectoris Ordinis Minimorum sub dat. Romæ in Conventu S. Andreæ die X Februarij 1643.

CENSVRA EX PARTE ORDINIS PER RR. PP. Fr. Ioannem Hinojosà, & Fr. Ioannem Ægidium Emeritos Lectores Ordinis Minimorum.

POSTQVAM semel de commissione, & mandato nostri R.P.Fr. Francisci a Longobardis totius Ordinis Minimorum Generalis legere sum exorsus: *Ideam totius status Religiosi* à doctissimo R. P. Fr. Antonio Ximenez Sacræ Theologiæ Iubilato Lectore, ac Regij Senatus S. Generalis Inquisitionis Cẽsore compactam: exinde meæ propriæ voluntatis, imò & voluptatis impulsu finem usque legere sum progressus. Siquidem opus conspexi plane divinum, dignum Authore, iam pridem alijs egregijs voluminibus editis longe coruscо Qui non ut ille quondam Philosophus Plato in concavo Lunę fictitias rerum quasdam agibilium formavit ideas; sed veram, realem, atque deificam superficie convexa cœlestis Empyrei tyrocinium sumentem ubique terrarum spacijs totius temporis successione difusam penitus explanavit. Volumen quidem cuiusque hominum statui, ac professionis studio utilitate refertum. Ibi enim quisque Aclamator Verbi Dei Sacræ loca Scripturæ eruditione divina expositа mirificé, Patrũq; testimonijs suffulta passim reperiet. Ibi Moralis Theologus iuges quæstiones graves resolutas offendet. Ibi non minus, qui lectione delectatur Historiæ compositos

tos

ros Annales compendiose reperi, & enarrimodæ. Et qui Regularis observantiæ flagrant amore, ibi totius perfectionis doctrina, & exemplis norma exarata sibi proponitur, & tandem, ut uno verbo cuncta complectar tota adest status merito dicta *Religionis Idea*. Rursos commissa iterum revisione qaartæ partis eiusdem Ideæ, per R. P. Fr. Paulum Toroño totius Ordinis *M*inimorum Vicarium Generalem, cuius titulus est: *Peritia curationis status languentis Religiosi* nil inveni, nec invenio Catholicę fidei, aut bonis moribus adversum, imó potius non solum ædificandi, sed & diruti ædificij instaurandi artē conspicio gratissimam. Magna enim dextepeitate, maiori modestia, & maximo Religionis sanctissimæ zelo radices malorum ostendit, eorum radices evellendi remedia adamusim adaptat. desperatæ salutis spem erigit, documenta pro adepta sanitate recuperata conservanda adhibet. Qua propter dignum censeo opus, ut in cōmunem omnium Religionum utilitatem, communem adeat lucem. Inde enim non tantum status Religiosus fulcietur in Hęreticorum confusionē, sed & tota Christiana Respublica illustrabitur. Datum in almo Moronēsi Cœnobio Calendis Maij, anni 1643.

Fr. Ioannes Hinojosa.

Vtrariæ idem censeo 8. Maij.

Fr. Ioannes Ægidius.

LICENTIA ORDINARII HISPALENSIS.

D. D. Doctor Petrus Angulo Archiepiscopatus Hispalensis Provisor, & Vicarius Generalis facultatem fecit Authori cudendi librum Idea totius status Religiosi sub datis Hispali XX. die Iulij 1638. Attestante Ioanne Alpizcueta á secretis Ministro.

APPROBATIO EX COMMISSIONE ORDINARII Hiſpalenſis quatuor partium Ideæ totius ſtatus Religioſi.

R. P. Thomas Hurtado Clericorum Regularium Minorum domus Hiſpalenſis Præpoſitus, eximius ſacræ Theologiæ Magiſter, & Lector, & in Hiſpalenſi Generali Academia Veſpertinæ Cathedræ Moderator, Authori Ideæ ſtatus Religioſi.

VEriora Religionis exordia in lucem edere, pluſquam diuinũputo, ubi divinant plures, errant non pauci, vel deſidia inertes, vel temporum obvoluti caligine. Tu & vera carpis, quaſi manu geras; & nova ingeris quaſi manu carpas. Vt illud Cant. 7. Domine ſponſo offeras, cui hæc ipſa, quæ tam acuratè promis, tam ſtudioſè congeris, tam comptè digeris, anxiè optanti referas dicens Nova, & vetera dilecte mi ſervavi tibi. *Quæ verba altè meditatus Seraphin ſcripturæ Lyra ſic exponit; quaſi ob oculos noſtrum proponat opus*: Servavi tibi. Ad honorem tuum ordinavi. Propter quod dicit Salvator: Omnis Scriba doctus in regno Cælorum ſimilis eſt Patri familias, qui profert de theſauro ſuo nova & vetera, *ut dum veterata Religionis cunabula, & nova Religionis ornamenta, tamq; in una mœnia cordis iure tibi tot familiarum parentelam abdices; cum tuæ plus induſtriæ, quàm primis erectoribus deberi videantur*, ſicque dolia plena fiunt tibi, *vt Theocritus de quodam aiebat ut cum Paræmia veteri* è Qi ſouagtleis. *Ea enim ſtili elegantia, eo ingenij ſplendore Religionis flores nectis maturiores, & naſcentes in dies rofas annectis, ut perpetuò virentes Domini hortulos ad venuſtatem, & ordinem rediqas, & Scriba doctus habearis, & parens floridarum credaris familiarum, dũ ad ſui Authores, & tui honorem ſua cuique tempori, & loco officioſa inſeris manu, docto calamo excolis, acurata diſponis andagine, ut & inventa noteant, & ordinata niteant: & ex illa iunioris Plinij ſententia omnigena eruditioñe plenus habearis, qui lib. 3 Epiſt. 13. ait.* Invenire præclare, enũtiare magnificè interdum etiam Barbari ſolent; diſponere aptè, figurare varie, niſi eruditis, negatum

Cant. 7.

N. Lyra. Matth. 13

Plinius Iunior.

tum est. *Ast ipse sic ad honorem Sanctæ Religionum seriem ordinas, è primis suis fontibus, ut rivulos quosq; dimanantes, & tot sæculorum campos circumluentes, nec confusione lateant, nec latitudine confundantur, sed in Oceanum immensum fluant aquis undique notis distinctis meatibus, non sine legentium stupore venerabili: nec sine animarum fructu, cum ob oculos sibi cernent credentes, hunc perennem Religionum inundantium motum ad virtutum culturam, florum varietatem inducere: & Deo Authore primo indies augeri, ut tetigit Alexandrinus Philo libro de victimas offerentibus, dum ait:* Ex toto humano genere elegit si bi aliquos præcipuos verè homines, quos curare digna tus vocavit ad sui cultum, & Religionem ceu perennẽ fontem, unde cæteræ virtutes promanant ad fruendũ iucundiores nectare, nec minus ad parandam immortalitatem utiles. *Hos fontes ageris præstantius quam ille Iacob puteos pecori proficuos, ut Christi ovile limpidissimis saciatum undis ad gratiarum pabula ducas: ut Religio vigeat, ut noteant fontes, non putei, qui universos virtutum flores irrigant, ut homines hoc nectare tanquam cælites pascantur: & ad instar officiosæ apis, vt cum altero canam.* Philo Alex.

Liquentia mella,
Stipas, & dulci distendis nectare cellas.

Tandemque omnibus paras immortalitatis viam. Tibi etiam quem hoc opus perennare faciet, & contra fatiscentis temporis iniuriam non minus Æuo, quam Æternitati vivere. Dum prosis cunctis, præsis Musarum Antistibus, Religionis suggeras ornamenta, virtutes adstruas.

Vnde commissum mihi Aureum verè opus a Domino Doctore Petro Angulo Saravia Generali Vicario; & meritissimo Hispelensis civitatis, & totius Diœcesis Provisore, non modo probo, utpote nihil contra fidem tegentem; sed, & laudo, utpotè plura pro Fidei munimento pro morum integritate, pro recondita litterarum eruditione, pro privato, pro publico bono detegente. Datum Hispali in nostra Spiritus Sancti domo XVI. Iulij, anno Domini milesimo sexcentesimo trigesimo octavo.

Thomas Hurtado Clericus Minorum.

CENSVRA EX PARTE RELIGIONIS.

Approbat A. R. P. Fr. Ildefonsus de Herrera Ordinis Minimorum in Provincia Castellæ studiorum Regens, Provinciæ Diffinitor, & causarum Fidei in Supremo Consilio Censor totum Ideæ Opus.

IDEAM totius status Religiosi elaboratam, apprimè consertam apprimè enucleatam à R. P. Fr. Antonio Ximenez Theologo eximio Ordinis Minimorum in Provincia Hispalensi, nobis revisendam commisit Reverendissimus noster Generalis P. Ioannes Baptista Ronca: vidimus opus cũ suavitate facilitatem nectens, quibus Religiosus status stans non cadat, si ceciderit (absit) in primevum splendorem placidè redeat. Quam bellè extollit utilitates Religiosæ Paupertatis, Castitatis, & Obedientiæ! Quam optimè fructus earundem ex pœnitentia, ex victus severitate, ex commoditate vacãdi Deo, & executione divinę voluntatis, executione facili prçceptorũ Dei, ex humilitate, & abiectione, ex eo quod sit virtutum schola, & veriori influxu gratiæ Dei uberiori merito, ex bonis exemplis, ex ope mutua, securitate mortis, & tranquillitate, peculiari Dei cura, & patrocinio!

Censemus ergo dignissimum esse opus excussu: nil contra Fidem Catholicam, nil contra bonos mores cõtinet: imó adhibet ad omnia calcar. Datum Matriti in hoc Conventu Victoriano Ordinis Minimorum, die XVI. Septembris, anno Domini M. DC. XXX. IX.

Fr. Alfonsus de Herrera Sanctæ Inquisitionis Consultor.

EMINENTISSIMO, AC REVERENDISSIMO Dño D. Bernardino Tit. S. Petri ad Vincula S. R. E. Cardinali Spada, Ordinis Minimorum Vigilantissimo Protectori.

STATVM Religiosum ab hominibus observandũ (Eminentissime, & Præclarissime Princeps) persiste-

re

re ſemper illibatum, nec humana, & labilis conditio, nec temporum iniuria ſufferre valent, quin potius proclivio quamtumlibet perfectum inſtitutum impingũt Minimorum Religio â principio, ut ſtella fulgens matutina in omni Religioſa perfectione in aliquibus, & non paucis Provincijs in eodem decore, primevoque ſplendore (Laus Deo) perſeverat; in alijs autem infirmari cępit obſervantia, non in ſubſtantialibus, ſed accidentalibus, prævijs ad corruptionem, relaxationem ve. Qui integram ſectantur obſervantiam zelantes illam in alijs enixe remedia ſedulo adhibere optant: principijs enim obſtare oportet, ne convaleſcente languore medicina fruſtra paretur, votis eorum ſpes erecta eſt cum feliciſsima tanti Protectoris ſorte. De his non abre illud Iſaiæ 24. B. 13. dixerim: *Quomodo ſi paucæ olivæ, quæ remanſerunt excutiantur ex olea: & racemi, cum finita fuerit vindemia. Hi levabunt vocem ſuam, atque laudabunt.* verſ. 14. Iſai 24. B. 13. & 14.

14. Qui reſidui ſunt obſervantes ad talem Protectorem levant vocem ſuam pro tanto beneficio Deum laudantes. Hi ſunt qui tentationum, & humanæ vitæ labilis concuſione decurſu temporis in Religione, alijs cadentibus, permanſerunt obſervantes: & inſtaurationis avidi, auditis meritis tanti Protectoris clamant levantes voces ſuas: *Exultabunt ab Occidente* [explicant aliqui apud Hectorẽ P.) ut ſit ſenſus: Illi, qui in finibus terræ in Occidentali plaga fuerint, afficiẽtur gaudio, glorioſum nomen de tanto Protectore audientes. Quod, & verſ. 16. explicant dicentes; *A finibus terræ laudes audivimus, gloriam iuſti* (tantes in Occiduis Religionis finibus, in Hiſpaleuſi provincia has audivimus laudes. Prædixit illas S. Baſilius, Epiſt. 52. ad Athanaſium; *Pleriſque aliorum* (inquit) *ſatis habetur, ſi ſibi ipſe quiſque circumſpiciat: at tibi iſtud haud ſatisfacit, ſed tantum geris amnium Eccleſiarum curam, quantam eius, quæ tibi peculiariter a Domino noſtro concredita eſt: ita ut nullo, non tempore diſputes, admoneas ſcribas, frequenterque mittas aliquos, qui, quid optimum ſit admoneant.* Idẽ Iſai. verſ. 16. S. Baſil.

Sic

Sic omnes de te prædicant, sic tanti Bernardini (veri sci licet Nardi) odor bonus pervenit ad nos. Curam enim geris omnium Minimorum Religionis provinciarum, nihilominus quam propriæ familiæ, observantiarũ nostrarum zelantissimus, ita ut nullo non tempore venientibus ad te aures adhibeas, attendas, audias, provideas, diffinias, admoneas zelatoresque Superiores erigas, qui quod illibatæ observantiæ Regularis sit procurent. Igitur Maximus ego inter observantiæ zelatores modũ excogitavi reformandi, methodumque composui: *Peritiam, ac curationis* præmeditatus sum, quo facili negotio imminenti labentis instituti casui obvietur, curatio efficaciter comparetur, & integrata sanitate membrorũ omniũ huius mistici Religionis corporis bona valetudo coadaptatio, & pax, ac cõcordia habeãtur. Quod, a quo, nisi a potentissimo, validissimo zelantissimoq; Protectore effici valebit. Etenim, & Gentilitia parma, & dignitatis Cardinalitiæ maiestas, & nomen, ac cognomen id adgurant, & enuntiant.

Nomen *Bernardinus*, cognomen *Spada*, quæ, & ensis dicitur, seu gladius ex utroque latere acutus, ideoque incisivus: quadratque Nardo, de qua Ioannes à S. Geniano, lib. 3 c. 37. *Nardus incisiva, & divisiva: usque ad intima penetrat. Vnde, & lapidem frangit.* Per gladium etiam vis, & potestas maxima designatur. Sic Basilius Viegas in Apocalypsim super caput 1. Commento 2. sect. 15. n 4. quartam expositionem illius visionis: *Et de ore eius gladius utraque parte acutus exibat.* Apoc. 1 D. 16. esse dicit ad significandam Christi divinitatem. Quippè qui potestatem, quæ per gladium significatur, vel in ipso ore, idest verbis habebat. Ea enim est Dei potestas, ut solo Verbo omnia possit efficere iuxta illud. Ad Hebr. 1 A. 3. *Portans omnia verbo virtutis suæ*, ex eo quod dixerit, facta sunt omnia. Cœlum, terra, mare, &c. Sed Psalm. 32 B. 6 magis explicat hanc potentiam Propheta dicens: *Verbo Domini cœli firmati sunt: & Spiritu oris eius omnis virtus eorum.*

Ioan S. Genin. *Basilius Viegas. Apoc. 1. D. 16.*

Hebr. 1. A. 3. *Psal. 32. B. 6.*

Vna

Vna est Dei potestas per quam facta, & firmata sunt omnia, sed tres divinæ personæ sunt operatrices. Dominus Pater, Verbum eius, seu Filius, & Spiritus oris eius Sanctus, qui à Patre, & Filio procedit. Hinc cœli creati sunt, & eadem virtute firmati. Quod, & in parmis relucere dixerim, ubi tres Spatæ exaratę sunt *Spata* cognomen, sed tribus in Spatis exprimitur. Conijcio ergo unam eamdemque tuam potestatem participatam in te à divina, quæ est una in tribus personis, & tamen non plures, sed una: *Omnipotens Pater, omnipotens Filius, omnipotens Spiritus Sanctus: & tamen non tres omnipotentes, sed unus omnipotês.* Potestas Spatæ in trib⁹ exaratis, Spatis sed cognomẽ unã tantũ dicit Spatã Bernardinus Spada. *Symbolũ S. Athan.*

Tribus divinis personis Catholica canit Ecclesia illud Responsorij sexti Dominicæ primę Octobris: *Tua est potentia, tuum regnũ Dñe, tu es super omnes gentes. Da pacem Domine in diebus nostris.* Potentia attribuitur Patri: credimus enim in *Deum Patrem omnipotentem.* Regnũ atribuitur Filio. Sic Isaiæ 9. A. 6. dicitur: *Parvulus natus est nobis, & Filius datus est nobis: & factus est principatus super humerũ eius, & rursus, v. 7. Multiplicabitur imperium eius: & pacis non erit finis. Super soliũ David, & super regnũ eius sedebit: ut confirmet illud, & corroboret.* Et Lucæ 1 D. 32. Angelus ad Mariam de Iesu asseveravit; *Hic erit magnus, & Filius Altissimi vocabitur: & dabit illi Dñs Deus sedem David patris eius: & regnabit in domo Iacob in æternum, & regni eius non erit finis.* Sed quomodo parvulus apud Isaiam, si Magnus ab Angelo proclamatus. Imó, & David Ps. 94 A. 3. de eo cecinit: *Rex Magnus super omnes Deos?* Qui magnus est ab æterna generatione, qua vocatur Filius Altissimi; ipse secũdũ tẽporalẽ generationẽ nascitur nobis parvulus factus homo. Et ut Filius Dei datus est nobis. *Sic enim Deus dilexit mũdũ, ut Filiũ suum unigenitũ daret,* Ioan. 3 B. 16. Ad Spiritum autem Sanctum pertinet esse super omnes gentes iuxta illud, Gen. 1 A. 2. *Spiritus Dei ferebatur super aquas;* quod concors Sanctorũ, & Patrum sentẽtia de Spiritu sancto in- *S. R. Eccl. fiunt officio Dñæ 1. Octobr. Symb. Apost. Isaiæ 9. A 6 & 7. Luc. 1 D. 32. Ps. 94. A. 3. Ioan. 1 B. 16. Gen. 1 A. 2.*

intelligitur, qui creationis particeps cum duabus alijs divinis personis, ferebatur, volitabat superiorq; aquis erat, & ex Hebræo, & Syriaco *confovebat* in similitudinem volucris ova calore animantis. Sic in Symbolo Nicæno: *Credo* dicimus) *in Spiritum Sanctum Dominum, & vivificantem. Vivificabat* [ait Ambrosius) *ut novas congereret creaturas, & fotu suo animaret ad vitam* Sic iuxta illud Apocalypsis 17. D. 15, *Aquæ, quas vidisti, populi sunt, & gentes, & linguæ.* Spiritus Sanctus super Apostolos, & Discipulos Domini descendens confovit, animavit, reformavitque eorum linguas, congregatioq; Ecclesię firmata est eius divina gratia.

Hebraica, & Syriaca lec. S. Ambr Apoc. 17 D. 15.

Hæc eadem elogia ex dono Dei in potestate tibi tradita optime Princeps, communicata non incongrue dicemus. *Tua est potentia* cum Patre, ut ex Sacra & spatis præmisimus habere gentilitium. Et ideo tuum dicere, efficax reddet opus Reformationis: præcepto nullus resistere valebit, teque volente confirmabitur, persevarabitque. *Tuum est regnum Domine*, quatenus Cardinalitia dignitate condecoraris. De Dei magna potentia ad mortificandum, & vivificandum, ad confirmandum, & infirmandum, &c. Sacra Pagina 1. Reg. 2 B. 8. quasi rationem reddens subdit: *Domini enim sunt cardines terræ: & posuit super eos Orbem.* Orbis universalis, & Catholicæ Ecclesiæ, non ne Cardinales eminētissimi Cardines sunt, ut per ipsos magnalia operetur? Si imperium super humerum, Regem Magnum Filium Dei indicavit Orbem super Cardinales, non ne Regiam dignitatem ipsorum dicemus significare? Principes enim Ecclesię sunt, & Reges. Sed quare Magnus, & excelsus cum sis Cardinalis; diminutum, & parvum nomē tibi est: Bernardinus? de Nardo dicit Ioānes à S. Geniminiano ubi supra: *Nardus est herba modica*, & spicosa cum sit S. Isidorus, lib. 17. Originum, cap. 9. spicam habere parvam dicit, fructi- eeque esse parvo. Cum autem à *Nardo Bernardinus* diminutum nomen dicimus, iam non parvus, sed parvulus, iam

1. Reg 2- B. 8

Ioan à S. Geminiano.

S. Isidor.

iam non minor, sed Minimus dicetur. Tanta ergo maiestas, vt *Minimorum* esses Protector coarctari, abreviarique oportuit, vt nos etiam dicere possimus: *Parvulus Bernardinus natus est nobis Protector, & Filius datus est nobis.* Filius ex devotione SS.P.N.Francisci de Paula, sed respectu Minimitanæ Familiæ quam specialiter super humerum habes, eamque zelantissime regere debes, vt *Princeps pacis* vocaberis *Pater futuri sæculi:* In pace adepta per futurã Reformationẽ Patris nomine gaudebis. Denique ab Spiritu Sancto potestatem habes volitandi super aquas Minimitani populi, vt foveas ad prolem recolectionis educandã, foveasque ac procrees. Et sicut Christus D.Math.28 D.18. accepta totius Trinitatis potestate, vt ipse dixit: *Data est mihi omnis potestas in cælo, & in terra,* addidit consequenter: *Euntes ergo docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti:* quasi virtutem potestatis exprimendo esse à Sanctissima Trinitate. Sic tua omnimoda potestate, quam accepisti mittas ad omnes Religionis provincias tales Visitatores, & Reformatores, qui docere possint omnimodam Regularem observantiam, perfectionemque introducere spiritus, & vitæ Regulę, quã professi sumus, ad pristinamque redire sanitatem ubi languere inceperit observantia. Per te ergo sic Religionis reformationi consulentem, vt Cardinalem Protectorem, quod de Cardinibus terræ, qui Domini sunt, quod additur efficietur: *Pedes sanctorum suorum servabit: & impij in tenebris conticescent: quia non in fortitudine sua roborabitur vir,* 1.Reg. 2.B.9. Observantes, zelatoresque observãtiæ tutabitur Dominus offendicula pedum illorum removendo, gressus rectos observabit, vt ad dignitates, vtpotè idonei promoveantur. Et impij deformatique conticescent in oblivionis tenebris. Nec illorum potentia, & divitiarũ abundantia (quam abrenuntiarunt ad professionem recepti) & vt huius sæculi filij acquisierunt, favoresque eorum industria adepti illos corroborabũt firmabuntq; in

*Matt.*28 D.18.

1. *Reg.* 2. B.9.

in prçlaturis: sic enim B. V. Mater Dei Lucæ 1. E. 52. di-
Luræ 1. E xit de eodem Domino: *Deposuit potentes de sede: & exalta-*
52 *uit humiles.*

Hoc enim *Spada* cognomen, iuris habet, ut & decernas probos ab improbis, dignos ab indignis. Sic enim gladium illum Apocalypsis: *De ore eius gladius utraque parte*
Ruperto *acutus exibat* [in quo supra, potestatem intelligebam] Rupertus li. 1. in cap. 1. Apoc. accipit pro universali iudicio
Deut 32 iuxta illud Deuteron. 32. F. 41. *Si acuero, ut fulgur gladium*
F 41. *meum: & arripuerit iudicium manus mea.* Vtraque pars acuta *Altera erga bonos. Venite Benedicti Patris mei, percipite regnū.*
Mat. 25 *Hoc namq; dicto* (ait Rupertus) *gladius eius ita carnes devora*
cap 34. *bit, ut iam non sit caro, & sanguis, sed sint omnes omnimoda carnis, & sanguinis corruptione expoliati, miroq; modo, permanente natura, in alteram gloriam permutati ad dexterā collocati: alio vero acuto latere ad sinistram ponet reprobos: Ite maledicti in ig-*
Mat. 25. *nem æternum*, Matth. 25. Sic separati boni, & mali unus-
D. 41. quisque pro meritis in locum ibi suum, boni in requiem, & pacem in conspectu Dei beatificantis illos, mali vero in oblivionem æternam Dei præsentia privati. Sic iudicio tuo uno acumine Spatę de Religione bene meritos ad regnum prælatiæ vocabis, quatenus separatos â conspectu, & consortio discolarum, iam caro, & sanguis in eis non sint, sed mere spirituales facti propter exercitia, & observantias regulares, stante adhuc natura, dum hac fruuntur luce, quasi in statum gloriæ, & tranquillitatis vitam degant. Discolas vero ipsos deponas, segregatique maneant, scisi, & divisi a bonis, altera gladij parte acuta sic decernente sic iudicante, donec ad se reversi in frugem bonam proficiscantur.

Eccl. 34. Quid ampli? Si huic oblationi, votisq; nostris annueris
c. 19. vero Protectori Deo efficieris similis: de quo Eccle siasti
Cornel. cus, c. 34. c. 19. & 20. *Protector potentiæ, firmamentū virtutis.*
Iansſ. Iuxta fra sim Hebraicā explicat Cornelius Iansenius: Protector potens, & firmamentum robustum, & forte. Protector, quia instar clypei defendes opus, & nos a malo fir-

firmamentum, quia tibi tutoinviti licet, & firmari ad fortia designanda: *Tegumen ardoris, & umbraculum meridianum*, quia ardor linguæ invehentis, quæ inflammat rotã Nativitatis nostræ sub tali umbra, nec opus, nec Authorem uret: *Deprecatio offensionis, & adiutorium casus*: offensionis, non quæ peccato fit contra Deum, sed offendiculi, quo impingamus. Vnde ex Græco Cornelius Iansenius *Custodia ab offensione*. Sic preces audiens nostras liberabis, & custodies nos ab offendiculis. & impedimentis cursũ nostrum impedire, & officere conantibus: *Et adiutorium contra casum*, hoc est ruinã observantiæ, & religionis lapsum: *Exaltans animam*, Religionem ad culmen suæ puritatis evehendo, & fulciendo. Et si quæ sunt deformata, & infirmata: *Dans sanitatem, vitam, & benedictionem*. Sanitati restituentur, hac Peritia curationis applica, in vitam multorum meritorum per exercitia virtutum, & benedictionem ad vitam æternam consequendam. Valeas, & vivas felix.

Eminentissimæ, ac Reverendissimæ Dominationi vestræ obsequentissimus, & humillimus filius, ac servus

F. Antonius Ximenez.

PRE:

PREFACIO AD LECTOREM.

IN Lucem editurus, candide Lector, *Peritiâ curationis languentis status Religiosi* conatus sum totis nisibus fundamenta præmittere solidissima, quibus velut in speculo, experientia magistra per omnia tempora ab Orbe condito discurrendo videre posses, & status Religiosi originem, & supervenientes morbos, curationes adhibitas, sanitatem sæpius restitutam, incrementa inde sequuta; ex quibus veluti principijs liqueret nostra conclusio. Hæc demonstrat satis laboriosum Opus: *Idea totius status Religiosi, ex Vetere, & Novo Testamento concepta, &c.* A me compositum, Barchinonem missum, iam præl o mandandum, sed rebellionis occasio orbavit me fine optato. Etenim ianua omnino clausa mihi est ubi intentum prosequendi. At desiderio flagrans quam cito subveniendi languoribus; aliunde timens ne me viam omnis carnis progredientem in senectute constitutum Orcus expilet, Quartam totius operis partem in lucem hic edere: Totum Opus non, quia paupertas infima deprimit, dispendioque temporis me exponerem, quando brevi timeo metam pervenire. Conor igitur, quale quale illud sit tibi dare. Nec ingratum tibi fore existimo, quandiu perfectum totale opus typis mandare nequeo, tandiu tibi summatim referre trium partium omissarum, detentarum ve argumenta. Et sunt quæ sequuntur.

PRIMA PARS IDEÆ DE ORIGINE STATVS RELIGIOSI A Creatione Mundi: & qualiter usque ad Christum Salvatorem nostrum vigverit; colapsus, instauratusq; fuerit, Sacra testante Pagina.

Continet Tractatus Quatuordecim.

TRAC.

TRACTATVS PRIMVS.

PRIMO FVNDATVS RELIGIOSVS STATVS

In Empyreo Cælo, obſervatus ab Angelis in tribus Hierarchijs, novemque illorum ordinibus, è quibus aliqui lapſi.

Continet Decem, & ſex Articulos.

PRIMVS. Cœlum Empyreum creavit Deus abinitio, ut Regiam domum, & thronum ubi ſuam oſtēderet gloriam: quodque ſtatim replevit Angelis II. An ſint Angeli, quando, & ubi creati? III. Natura, & ſubſtantia Angelica deſcribitur: & quomodo ad imaginem, & ſimilitudinē Dei magis quam homo? IIII. Fuerunt Angeli creati in gratia, necnon, & homo: & quare in primo inſtanti creationis, peccare nequiverint Angeli? V. Fundatur primó ſtatus Religioſus in Empyreo clauſtro ſub uno Præſule Filio Dei Incarnato in vita Communi ab Angelis obſervanda, in Paupertate, Obedientia, & Caſtitate, in iugiq́ue Dei preſentia. VI. Magna, & ingens Angelorum multitudo, non confuſa, ſed ordinata ſub tribus Hierarchijs, in novemq́; Ordines diſtributas, eorumq; nomina appropriantur. VII. Prima Hierarchia, eiuſq́; Ordines, Seraphim, Cherubim, & Thronorum deſcribuntur: & obſervantiæ Religioſæ ipſorum. VIII. Secundę Hierarchiæ Ordines, Virtutes, & Poteſtates deſcribuntur: corumque exercitia. IX. De tertia Hierarchia, Principatuū, Archangelorum, & Angelorum. X. Qualiter ſimpliciſsimus, divinus, & obſcurus radius multiplicetur in Herarchiarum ordinibus illuminatis? Et quid ſit Superiorem, Angelos inferiores purgare, & illuminare? XI. Tempus Approbationis, ſeu Noviciatus ante Profeſsionem Religioſi ſtatus habuerūt Angeli; boni māſerunt in ſuis ordinibus; mali expulſi, & eliminati Cælo, in malo confirmati! XII. Mali Angeli, quomodo vincti à bonis, & habitu gratiæ Religioſæ exuti, expulſi à Cōgregatione bonorum? XIII. In Dœ

monibus expulsis manent tres Hierarchiæ, & novem ordines sub Lucifero eorum Præsule. Qui, etsi natura boni, congregantur in deformitate malitiæ, in odium Dei, & hominum. XIV. Clausura deformatæ Dœmonum Societatis perpetua est, Infernus, & ad tempus aer caliginosus. Finis exercitiorum pravorum est ipse Lucifer, cui uniantur animæ damnatæ matrimonialiter. XV. Societas Apostatica Dœmonum sectatur cultum á Deo vero impedire; gentes, & regna turbare, ac frangere Obedientiam, Paupertatem, & Castitatem. XVI. Observantiæ, quibus Dęmon similis Altissimo conatur esse; sicut ille in salute, ita ipse in perditione hominis: & in Dei blasphemijs damnata Societas exercetur.

TRACTATVS SECNDVS.

DE ECCLESIASTICA HIERARCHIA, VNDE homines, non Angeli, assumpti ad reparandas Angelorum ruinas.

Habet Articulos quinque.

ARticulus Primus. Sanguine Christi efficiuntur electi ex omni hominum conditione participes gloriæ Angelorum, & non ex voluntate humana, nisi divino iuvetur auxilio. II. Plures beati homines quã damnati Angeli abundantioremque beatitudinem adipiscentur. Et quare non Angeli redempti post lapsum, nec alij de novo, sed homines assũpti ad Sedes cælestes? III. Ab Ecclesiastica Hierarchia assumũtur homines ad Cælestes sedes occupãdas: Vbi quid illa sit? quod eius principium, quis Author, quot Ordines, ut est visibilis, & quomodo Cęlesti similis? IIII. Hierarchiæ, & Ordines Ecclesiastici, tám eorum, qui purgant, illuminãt, & perficiunt, quàm eorum, qui initiantur, & maxime Monachorum, omnium maximus, Angelis similis. V. Quivis homo Fidelis cuiuscunque status per internam gratiam, cuiusvis Angelico Ordini annumerari valet. Et quomodo hoc impetrabit?

TRAC-

TRACTATVS TERTIVS.

DE FELICITATE STATVS RELIGIOSI IN Paradiſo. Vnde Homo miſerabiliter lapſus, merito expulſus.

Continet Articulos ſex.

ARticulus I. Paravit Deus terreſtrem Paradiſum voluptatis tanquam Clauſtrum Religioſum, in quo collocavit hominem, ut ibi cęleſtis Paradiſi Angelorum conſimilem vitam ageret. II. Formavit Deus Adam extra Paradiſum, & in ea ex Adam Evam, dum contemplationi cæleſti ſoporatus vacaret. Ambobus etiam in inſtanti creationis data eſt Originalis Gratia Sanctificans. III. Primi Parẽtes creati ſunt in habitu Religioſo tàm mentis, quàm corporis, qui non veteraſceret. Datũ eſt tempus approbationis: Magiſter Noviciatus erat ipſe Deus, qui docuit exercitia Religioſa Angelorum æmula. IIII. Regulam Religioſam legis Naturals dedit illis Deus: & ordinavit obſervari Obedientiam, Paupertatem, Caſtitatem, Quadrageſimalem vitã, Fraternam, Charitatem, & alias obſervãtias. Et qualiter ſi Adam non peccaret conciperentur, naſcerentur, & educarentur poſteri in ſtatu fæliciſsimo Innocentiæ. V. Invidia Serpentis decepti Parentes fregerunt Obedientiam, Paupertatem, & contra Caſtitatem ſenſerunt motus: deciderunt a fęlicitate Originali & meritó Angelus Domini expoliavit eos habitu Religioſo, quo cõdecorabantur. VI. Ipſo facto per ſententiam latam privati ſunt Parentes vita, & donis Innocentiæ. Ferendam autem Mulieri, Serpenti, & Adam dedit Deus, præmiſſa iuridica inquiſitione, & re convicta. Ejiciuntur è Clauſtro Paradiſi Religioſo.

TRACTATVS QVARTVS.

DE INSIGNI REFORMATIONE STATVS Religioſi per Primos Parentes pœnitentes, & per Coadiutores ſucceſſores uſq; ad tempora Noe deque corruptionibus multis.

Continet Articulos decem.

Articulus I. Dempta Reformatione Religionis per

Christum , excellentissima omnium fuit á Parentibus santissimis Adamo, & Eva: qui eximia de peccato pœnité tia mortem æternam evaserũt. Et Magistri facti sunt & Doctores suæ posteritati cultus Religiosi Dei & scientiarum.

II. Parentes Primi in signum Pœnitentiæ induti sunt cilicijs usque dum Dominus induit eos habitu Religioso mortificationis. Adam revelata sunt mysteria, quæ meditabatur, cõtẽplabatur altissimè , offerebat sacrificia interna & externa. Quæ omnia pro statu indigentia & revelavit , & docuit filijs & successoribus suis necessaria ad salutem.

III. Quindecim annis lugent peccatum permanentes Virgines, quę Domini sunt cogitantes: iusu divino vtũtur Matrimonio: multos habent filios qui Religionem profitentur; sed Caim primus relaxat , Abel verò piè observat.

III. Oblatio exterta Caim irreligioſe, aut nulliter facta diſplicuit Deo; Abelis è contra placuit.

Caim tactus invidia machinatur Abeli malum. Deus munus Prædicatoris gerés diſſuadet. Occidit immaniter Abelem Caim, quomodo, & ubi? Lugent amare Parentes fratricidium, & religioſe funus perficiunt.

V. Extorquet Dominus miſericorditer confeſsionem patrati delicti â Caim, ipſe negans convincitur: damnatur, & maledicitur. Decedit deſperatus, perditiſſimam agit vitam. Habet copioſam prolem, erigit civitatem, & clauſtrum; ubi deformati Religioſi vivunt, Obedientiam, Paupertatem, & Caſtitatem frangentes.

VI. Primus poſt Adã inſignis Reformator Seth loco Abelis datus, imaginem Dei ab Adamo deformatam illuſtravit, cognominatus eſt Deus, & filij eius, ob inſignem religioſitatem Filij Dei dicti ſunt. Sacras divini cultus laudes, & hymnos inſtituit: & ab hominibus ſeparatus Monachalem agebat vitam.

VII. Enos filius Seth Coadiutor reformationis Religioſæ ſpecialem modum invenit Divini cultus in nomine Domini. Deificam formam vivendi inſtituit, & ſectatores eius vocabantur Enoſei, reformatos Religioſos adumbrabant. Sequitur Cainam, qui addidit actioni Contemplationem, & prædicationem Mendicantium.

VIII. Malaleel, & Iared Reformatores ſtatus Religioſi, ſed Henoch celeberrimus, qui, & Propheta Magnus obſervantias ſummæ perfectionis exemplo ſuo docuit, & libris conſcriptas reliquit. Translatus eſt ubi vivens adhuc vitam colit Monaſticam. Moriuntur Parentes Adam & Eva.

IX. Impietas, & deformatio Religionis in linea Caim uſque ad Lamech; Pietas, & Reformatio in linea Seth uſque ad Noe. Vbi qualiter reformaverint Mathuſalem, & alter Lamech. Filij Seth permixti cum filiabus Caim, deformati, & execrabiles valde.

X. Gigantes peſsimi impietatem colebant; Gigan-

teo virtute Religionis, ſpecimen veluti perfectionem Clericalem tenebant. Crevit impietas, puniriones aliquas applicat Deus. Corrumpitur omnis caro, non proſunt monitiones, & minæ Dei, nec Noeprædicatio. Punit per generale Diluvium omnes homines, demptis animabus octo: & animalia, dempris aliquibus.

TRACTATVS QVINTVS.

De Secunda Mundi ætate poſt Diluvium uſq; ad Abrahami nativitatem, deque egregia Reformatione per Noe & Noemam uxorem eius, nec non per eius ſucceſſores: ac etiam de Reformationibus ſtatus Religioſi.

Continet ſeptem Articulos.

Articulus Primus.

SIngularia encomia ſecundi Parentis generis humani Noe, Noemæ uxoris eius, Sem, & Iaphet, qualia Religionis Reformatores decebant. Cham aliquando bene educatus, ſuperſtitionis, & irreligioſitatis ſectator fuit.

II. Approbationis exercitia in Arca, & ab hominibus, & á brutis vita Communis, Obedientia, Paupertas, & Caſtitas obſervata. In columba Obſervantes; in corvo deſerentes Odedientiam deſignantur. Ibi varij gradus ſtatus Religioſi, & etiam vitæ ſpiritualis.

III. Poſt annum Novitiatus Holocauſtum offert Noe: & omne humanum genus profitetur Fidem Catholicam per Chriſtum venturum. Noe verò, & Noema ſtatum Religioſum, maximê Cælibatũ profeſsi ſũt per mutuum cõtractum: ex quo uſque ad nos in Eccleſia Dei perſeverat.

IIII. Poſt Fidei profeſsionem Sanctus Noe filijs tradidit præcepta obſervanda. Sedulus de divino cultu, ſegetes, terram colendo, ad ſacrificia carpit, & vinum adhibandum Domino. Caſu inebriatus, irridetur à Cham; reveretur à Sem, & Iaphet. Ille maledicitur, Religionẽ deſe-

deſerens; hi benedicuntur pietatem colentes.

V. Non habens Noe filios, niſi tres, eis diviſit regiones Orbis terrarum: copioſas videt generationes. Succeſsit in Summo Pontificatu Sem, qui & Melchiſedech dictus Sacerdos Dei Altiſsimi, Patriarcharum Pater, Chriſti typus, Magiſter, & Doctor ſcientiæ, & pietatis.

VI. Multiplicatas gentes per centũ annos urget Noe dividi. Nemrod nepos Cham ſuſcitat viam Caim peſsimam: ſeducit multos per triginta annos, ædificat ſuperbè civitatem & turrim in campo Sennaar. Fœtor corũ aſcendit ad aures Domini.

VII. Peccatum ædificantiũ Turrim iudicialiter punit Deus, confundendo communem linguam maternã manentem in ſola familia Heber. Fuit univerſale ſupplicium, etiam bonis, ſed miſericordia plenum. Caſtigati, adhuc non emendantur, ſed in idololatriã, Magiã, aliaque crimina prolabuntur.

TRACTATVS SEXTVS.

De Magno Reformatore, & patre Religionis Abrahamo, de eximijs eius virtutibus, & Obſervantijs Religioſis, deque malo eventu eorum, qui ab eo, & Regula per eum habita recedunt. Punitiones tranſgreſſorum.

Habet Articulos tredecim.

ARticulus Primus. Inundante in Mundo ſuperſtitione, in ſola domo Thare ſalvatur vera Religio. Pro ea certat Abraham: ipſe & Aram igni traduntur, liberatur unus; conſumitur alter. Vocatur à Deo, dat Religionis ad perſeverandum exemplum, Abraham; Imperfectorum exemplum Thare & Nachor filius eius.

II. Patres Abraham, & Sara commendantur valde ex nominũ mutatione: arq; ambo Reformatores Religionis. Tria erexit Altaria Abraham, & trima obtulit animalia, & avestres in fœdus & pactum graduum triũ vitæ ſpiritualis & Religioſæ. III. Ad centeſimum annum data eſt Regula perfectionis poſteris tradenda, de

de Prçſentia Dei. Et ipſe tunc perfectus genuit Iſaac, veri Iſaac Chriſti typum. Semper in perfectis inventa eſt, & invenietur practica huius Regulæ.

IV. In Ægypto, non ſolum naturalium ſcientiarum ſed, & veræ Fidei, & Religionis magiſterio ſanctus Abraham redijt Bethel, ubi religioſe vivit, & in Mambre docuit: Hoſpitalitatem exercuit, ut ad veram Fidem credentes reduceret: treſque Angelos meruit hoſpitari.

V. Angeli, ut Fratres Mendicantes ad oſtium Tabernaculi Abrahamo alte contemplanti, & ſedulo hoſpitanti revelantur, & credit Trinitatem Divinam, Verbiq; Incarnationem. Commendatur Sara, tum de pio opere, tum de fide promiſſionis.

VI. Pro Redemptione Captivorum Abraham Ordinem inſtituit Equitum, quos vocavit Torquatos inſignitos fide, & thelera Crucis Chriſti Ieſu. Quibus ſtipendium dare permiſit; ſibi nullo rerento Evangelico more. Pro quo à Domino mercedẽ magnam nimis accepit.

VII. Sine Magiſtro, provectus Magiſter Abraham. Pro augmento fervido Religionis pergit Geraris. Plantat nemus pro inſigni Reformatione; in quo variæ plantæ, & gentis, & virtutum. Naſcitur Iſaac, & cum eo creſcit vita ſpiritualis, & ſtatus Religioſus.

VIII. Deformati Religioſi eijciantur, & recedant cum Iſmaele mortificato, & Abimeleh correcto, ne obſervantia Iſaac lædatur ineatur fœdus plantãdi nemus inxta puteum, & reformatio ex electis viris, iuxta intellectum Regulæ degentibus.

IX. Fœdus Reformationis ſupponit fœdus Profeſſionis peremiſſa vota: cuius ſignum Habitus eſt Religioſus ſicut Circumciſio antiquę Religioni, Abraham tradita. Quę in nobis manere debet, nõ quoad carnis præputium, ſed quoad Spiritum. X. Tentatur Abraham: exemplum fidei, & obedientiæ dat, paratus offerre filiũ in Holocauſtum: & filius in obediendo. Et quare di-

tur

tur oſtendi ex hoc Timor Dei, & non aliæ virtutes.

XI. Geſta Abraham in immolándo Iſaac, myſteria Trinitatis, & Chriſti meditanda continent Virtutes ad componendum ſtatum Religioſum, qui relucet maximê in empta ſepultura Saræ ad emittenda eſſentialia vota. Imitatores fuerunt Iſaac, Iacob, Ioſeph, & erunt quotquot per feſti fuerint uſq; in finem ſæculi.

XII. In declinatione Loth ab Abraham intelliguntur Religioſi deficientes à Regulari Obſervantia: & ſeparantur ad laxiorem vivendi modum, in quo perfecti non erunt: obſervantes verò relicti in ſua obſervantia ditabuntur virtutibus.

XIII. Non prodeſt Oratio Sancti Fundatoris, vbi Religio ita decidit, ut boni pauci relicti, exemplo, & prædicatione non valent illi prodeſſe, imó terribiliter vexantur. Extinguatur eiuſmodi corrupta Religio, ſicut fœtida Sodoma igne fœtido deleta eſt.

TRACTATVS SEPTIMVS

De ſtatu Religioſo in Lege Scripta tradito Moyſi à Deo pro Nazaræis.

Continet Articulos quatuor.

Articulus I. Reformatur Populus per Legem Scriptã, & ſtatuuntur ſpeciales Obſervantiæ pro ſpeciali Religione Nazaræorum. II. Leges Nazaræorum, & qualiter eis conveniret in Lege eſſe veros Religioſos. III. Separatio à terrenis, & mira abſtinentia Nazaræorum, noſtrorum Religioſorum doctrina ſunt. IIII. Qualiter non pollui; ſed ſanctificari debeant Nazaræi: & nos Religioſi ſpiritualiter facere debemus.

TRACTATVS OCTAVVS.

De ſtatu Religioſo ſub Cinæis: qui & Scribæ, & Recabitæ dicuntur. Vbi de mulieribus Deo dicatis.

Cõtinet Articulos tres.

Articulus I. Ordo Cinæorum, exercitia illorum Religioſa: & eorum Pater, ac informator. II. Inſtauratur ſtatus Religioſus per Cinæos: inter varias Populi corruptiones per-

perſeverat. Floret uſque ad tempus captivitatis Babyloniæ, ſub nomine Rechabitarum, imó uſque ad Chriſtũ Dominum. III. De mulieribus Deo dicatis uſque ad adventum eius in carne.

TRACTATVS NONVS.

DE CORRVPTIONE POPVLI IN VERO DEI cultu; de ſupplicijs tempore Eliæ & Eliſæi: ac de Ordine Filiorum Prophetarum ab illis inſtituto.

Continet Articulos octo.

ARticulus I. Corripit Populum Deus idolis ſerviẽtem per Prophetas ſuos Eliam & Eliſæum: & qui fuerint iſti? II. Fundatur ordo Filiorum Prophetarũ à Sanctis Elia, & Eliſeo in ſacro Carmeli monte. III. Filij Prophetarum obſervantias habuerunt renũtiationis bonorum, Paupertatis in particulari, & in communi, Caſtitatis & Obedientiæ. IIII. Sex aliæ obſervantiæ filiorum Prophetarum: ſcilicet, Cantus divinarum laudum, Vigiliæ, Meditationes, Amor proximorum, labor manuum, & vita Communis Cœnobitis propria. V. Silentium, oratio Mentalis, Ieiunium & abſtinẽtia á carnibus, piſcibus, & vino. VI. Aliæ ſex obſervantiæ: Cubare in duro pavimento, dormire cum habitu, pedeſter ambulare, vita Eremitica, ſeorſim habere manſiunculas, nullis ſuppellectilibus ornatas. VII, Duæ ultimæ obſervantiæ, Collatio, ſeu conferentia vitæ ſpiritualis, & tranſgreſsiones Regulæ non relinquere impunitas. VIII. De habitu Religioſo, Zona & baculo Filiorum Prophetarum.

TRACTATVS DECIMVS.

POST INSTAVRATIONEM RELIGIONIS per Eliam, Populus ſæpe collapſus, ſæpe per Prophetas correptus ſæpe punitus, captivitate Septuaginta annorum pœnas dat.

Continet Articulos tres.

ART. I. Reges Iuda & Ieruſalem corrumpunt Populum per Idololatriam, viſitãtur à Domino per capti-

captivitatem gentis, & ablationem Sceptri.

II. Igne comburuntur tota Ierusalem & Templum. Occisis multis reliqui ducuntur in captivitatem Sabbatizatur terra, cessant veri cultus exercitia Religiosa.

III. Instante Septuaginta Captivitatis annorum adimpletione, consolatur Populus in spe, non solum instaurationis Civitatis, & Templi, data sibi libertate, sed perfectissimæ instaurationis totius Religionis, & gētis per Christum Dominum, adimpletis Septuginta hebdomadibus.

TRACTATVS VNDECIMVS.

DE REDVCTIONE POPVLI E CAPTIVItate, & reædificatione Templi Ierusalem per Zorobabelem, & Iesum Iosedec.

Continet Articulos tres.

ARtic. I. Cyrus Persarum Rex facultatem dat filijs Captivitatis libere redeundi in Patriam: & Zorobabeli, ac Iesu ædificandi Templum in Ierusalē: quod impedierunt Samaritani.

II. Hortatu Aggęi, & Zachariæ Prophetarum reædificatur Templum. Darius Rex restituit vasa, & Regijs sumptibus iuvat.

III. Lęta & celebris dedicatio Templi: & promissio eiusdem magnificentiæ & gloriæ, tēpore Christi, maioris, quàm tempore Salomonis.

TRACTATVS DVODECIMVS.

DE INSIGNI VISITATORE, ET REFORmatore Populi Dei, Esdra Sāctissimo, in Lege & bonis moribus.

Continet Articulos septem.

ARtic. I. Artaxerxes Rex elegantissima forma literarum constituit Esdram Visitatorem Ierusalem.

II. Acceptis literis Patentalibus, Esdras disponit, & facit iter ad visitandum Religiosis observantijs.

III. Inquirit Esdras, panduntur delicta, prædicat ad Populum: & mangna dextereitate reducit voluntarie & efficaciter ad pœnitentiam.

IIII. Conveniunt populi in cor unum ad audiendas conciones, & ad omnia præcepta Legis se iuramento astringunt. Confitentur quater in die peccata sua: exercitijs Religiosorum incumbunt in nostram informationem. V. Sapientissimus Esdras universam Scripturã Sacram restituit, novos characteres invenit, Christum adumbrans, verum Instauratorem, & Reformatorem Religionis. VI. Cœlitus revelati sunt Esdræ quatuor supra per ducentos libri. Ex quibus septuaginta secretiorem Sapientum sensum continent Misticę Theologiæ. Vbi quid de Kabala? VII. Sacerdos Esdras vitam docuit solitariam, cum exemplo miræ Abstinentiæ, & mortificationis, qualis verum Reformatorem decebat. Reprehenduntur mali Pastores deformantes Religionem.

TRACTATVS TERTIVSDECIMVS.

De Reædificatione murorum Ierusalem per Nehemiam, Clausurã leges, ac exercitia status Religiosi adumbrante.

Continet articulos duodecim.

Artic. I. Nehemias Legatus Regis Artaxerxis ad reædificationem murorum, cum facultate cedendi ligna. Vbi qualiter Reformator Religiosus opem Virginis Mariæ procurare debet. II. Considerat Nehemias, qualiter reędificandi muri (Christi gerens typum) Instruitur Reformator, qualiter pręmeditari debeat omnia ad verã, perfectamq́; status Religiosi instaurationem. III. De primo muro (qui est exterior) ubi de Fide, sub qua Fideles, de Obedientia, sub qua Religiosi, & de via Purgativa, sub qua incipientes viam perfectionis. IIII. De Secundo muro (qui est medius) ubi de spe Theologica, & voluntaria Paupertate, & de via illuminativa; in qua status Proficientium in perfectione. V. De Tertio muro (qui est intimior) ubi de Charitate perfectissima, & voto essentiali Castitatis: intra quem habitant Contemplativi perfecti viæ unitivæ. VII. Murorum Ierusalem, & Babylonis diversitas: isti dilapidandi: ut illi erigantur: & in Reforma-

Reformatione Religiosa, abusus pa is fictæ auferendi.

VII. Convocat Nehemias ædificatores murorum, incipit Summus Sacerdos & fratres, quia convenientes ad Reformationem Summi Pontificis interventione debent impetrare: & nomina omnium cooperantium fundationem erunt in libro vitæ.

VIII. Prosequitur murorum ædificatio: & observãtur aliqua pro Instauratione perfecta status Religiosi.

IX. Completur reædificatio murorum, & ponuntur valvæ muris, & Ianitores vigilantes: quia muris legum Instaurationis status Religiosi adhibere debet Reformator vigilantissimos Custodes; maximè, ne quis indignus admittatur ad Congregationem.

X. Tria impedimẽta opponuntur ædificationi murorum; quæ Nehemias sapienter & valide retundit. Docetur Reformator omnes contradictiones Reformationi faciendæ vincere & superare.

XI. Fundata Civitate Populus iuravit servare legẽ. Assignantur habitores singulis Vrbibus. Dedicaverunt Civitatem Domino. Sic stabilita Instauratione Religionis, qualiter seligendi cultores, ut pusillus grex crescat in magnum XII. Eferbuit, & corrupta est Observãtia, absente Nehemia. Regreditur, visitat, & instaurat. Recensentur causæ relaxationis, adhibentur remedia: & verus Reformator Christus prædicitur.

TRACTATVS QVARTVS DECIMVS.

DE MACHABÆIS MILITARES ORDINES adumbrantibus: necnon & Martyres

Continet Articulos septem.

ARTIC. I. Propter Sacerdotum ambitionem corrumpitur Populus, persecutiones tyrannicas patitur. Occasionatur reformatio Sancti Martyrij nostrum legis gratiæ adumbrantis. II. Suscitat Dominus Matbathiam & filios ad reformandum Populum, ut typum Christi & discipulorum. Castigat prævaricatores: convocat habentes Zelum Dei: init pactum moriendi pro universa Fide, quam propuguare statuunt.

III.

III. De cognomine Machabęorum: & qualiter per illos intelliguntur Confessores Fidei, & Ordines Militares.

IIII. Per quinque nomina fratrum Machabæorum intelligitur perfectissima Christi instauratio per Apostolos, Prophetas, Evangelistas, Pastores, & Doctores: & tales debent eligi Reformatores.

V. Profligatis hostibus sancti Machabæi renovaverunt Sancta, & posuerunt Sacerdotes sine macula. Sic superatis tentationibus, & difficultatibus, in Reformatione ponēdi sunt Prælati observātes, amotis discolis.

VI. Renovatur Altare, secundum quod erat prius: & perfecta instauratio status Religiosi debet esse secundum Regulam, & pristinas Observantias. Reprehenditur proprietarius.

VII. Continuatio Sacerdotum Summorum, & Ducum Populi usque ad adventum Iesu Christi, veri totius Religionis Instauratoris.

SECVNDA PARS.

DE STATV RELIGIOSO A DEO FVNDATO & in Lege Gratiæ à Christo Domino perfectissimè instaurato: ab eodemq; & ab Apostolis & Discipulis diligentissimè observato, & Ecclesiæ Primitivæ tradito.

Continet Tractatus quinque.

TRACTATVS PRIMVS.

In hoc Tractatu agimus de statu Religioso secundum se, & de votis & Regula, per quod stat: vbi de eius Authore.

Continet articulos septem.

I. Quid sit status Religiosus: & in quo distinguatur ab Episcopali? II. Vnde sumatur diversitas status Religiosi: & qualiter iudicari possit, quæ Religio sit perfectior, & strictior alijs? III. Quid sit Regula, & qualis necessaria ad statum Religiosum, & Professio faciens Monachum. IIII. Vtrū vota, quibus status Religiosus firmatur, necessario debeāt esse ex natura rei solemnia; an verò sufficiant simplicia. V. Religiosus status semper consti-

terit

terit votis solẽnibus, an simplicia sufficerint. Et an antiquitus irritum fuisset Matrimoniũ â Monacho contractum. VI. Antiquitus Monachorũm Paupertas nõ abdicabat dominium bonorum, sed usum; secus autem in nobis, qui in particulari utroq́; priuamur. VII. Author status Religiosi, & principalis Instaurator est Christus Dominus, qui verè emisit vota Religiosa, necnon & Apostoli, & quare hi non dicantur Monachi, sed Apostoli.

TRACTATVS SECVNDVS.

De præcipuis mysterijs vitæ Christi Domini ad perfectam Instaurationẽ status Religiosi conducentibus, vsq́; ad eius prædicationẽ.

Continet Articulos septem.

PRimus. Promissus est Christus Dominus Instaurator pręantiquis Patribus statũ Religiosum, qui inundaret universum mundum. II. Claustrum Religiosum uteri Virginei ingreditur Christus: accipit habitum, & observantijs Religiosis exercetur, maximè Obedientia: Indicit Monachorũ signiferum Ioannem. III. Nascitur Christus præfixo tẽpore, experitur paupertatem, obedit Legi Circumcisionis, sanctificat Pastores, & Magos: dat normam Martyribus, Ordinibus Redemptionis captivorũ, & Societatis Iesu. IIII. Præsentatur in Templo: Maria, & Iesus exercent observantiam Obedientiæ: ratam facit solemniter Professionem & vota Christus Dominus, quæ in vtero Matris emisserat. V. Fugiunt Ioseph, & Maria portantes Puerum in Ægyptum, sedulam servãtes obedientiam Religiosam. Nec Iesus Martyrium fugit, siquidem dat pignus in Innocentium nece. VI. Ingreditur Dominus Ægyptum, ut optimus Instaurator, idola demolicndo, ut erigat veræ Religionis cultum. Sanctificat terram, ut postea agmina producat immensa Monachorum, & pœnitentium. VII. Regressus ex Ægypto, Monachi personãgerebat, dum in Templo in medio Doctorũ respondebat, & interrogabat quasi addicens. Reliquo Infantiæ tempore

pore simul cum Ioseph & Maria Religiosis exercitijs dabatur.

TRCTATVS III.

DOCET CHRISTVS, ET EXACTE, AC PERFECTISSIMÈ instaurat statum Religiosum.

Sunt in hoc Tractatu articuli sex.

PRimus. Princeps Monacherum S. Ioannes Baptista parat Christo Discipulos: dat de illo testimonium, & baptizat. II. Exemplo suo Christus & Ioannes docuerunt instauratorem, & Doctorē Religionis decere esse multo tempore priùs probatum in Observantijs. III. Evexit Christus D. vnitatem Monachismi ad unitatem per excellentiam divinam. IIII. Elegit Christus D. ex Discipulis duodecim Magistros perfectionis Religiosę: quos Apostolos nominavit. Et ut sint eius Coadiutores instaurationis incipiendum docet ab Evangelica Paupertate. V. Doctrina Christi Domini de excellentissima Obedientia Religiosa secundum consilium Evangelicum. VI. Doctrina de Paupertate Euangelica propter Regnum cœlorum, & quod Dominus Iesus Pater Virginitatis copiosam & mundissimam prolem in cœlum evexit.

TRACTATVS IIII.

VITA PERFECTISSIMA RELIGIOSA Apostolica in varijs Observantijs per heroicas virtutes exercitis, ante oculos proponitur in uno eximio Apostolo Paulo.

Continet Articulos Octo.

PRimus. Encomia præclarissima omnium Apostolorum à Prophetis prænuntiata, & à Patribus Ecclesiæ celebrata. II. Alia prosecuntur encomia Apostolorum, & quomodo nulla excellentia de uno prædicatur, quæ non verificatur de alio. Proponitur Paulus, ut in eo, quæ alij fecerint conspiciamus. III. De moribus, & virtutibus Pauli Deum concernentibus. IIII. Idem intentum prosequitur de animæ dotibus, & virtutibus Pauli erga Deum. V. De moribus, & virtutibus Pauli

erga

erga se ipsum. VI. Paupertatem coluit Paulus Euangelicam, manibus laborabat, ambulabat pedester, Castitatem servabat, carnibus non vescebatur, multasque alias observantias Religiosas exercebat. VII. De virtutibus Pauli proximum spectantibus. VIII. Paulus observat consilium de dilectione inimicorum: & quodammodo statum Religiosum Martyrij stabilit, & servat.

TRACTATVS .V.

Status Religiosus in Primitiva Ecclesia Christi, qualiter ab Apostolis excultus, & perfectus fuerit, tum Ierosolymis, tum alibi, maxime Alexandriæ.

Continet Articulos Quinque.

I. VIta communis Fidelium sub cura Apostolorum, vere Cœnobitica, & Religiosa fuit: & qualiter ab Evangelista Marco Alexandriam Ægypti introducta? II. De Religiosis Essenis Palestinis in primo Christi sæculo, variæ nominis interpretationes, & quod ipsi relicta lege Mosaica iam imaginem vitæ Apostolicæ habebant. III. Variæ Essenorum observantiæ colliguntur, vestes, regimen, & loca ubi degebant. IV. De miris observatijs Essenorum Alexandriæ, & exercitijs spiritualibus Religiosis, quibus altissimæ divinorũ Contẽplationi dabantur. V. De tẽpore, quo duravit Primitivæ Ecclesiæ Monachismus: qualisq; fuerit reliqui populi Christianismus?

TERTIA PARS.

Status Religiosus post Primitivam Ecclesiam: ubi de eius progressu, & augmento per innumerabilia instituat usque ad nostra tempora.

TRACTATVS TREDECIM HABET.

Primus. *De Primis Eremitis, & Monachis post sæculum Martyrum in lucem editis: deque eorum ingenti multitudine.*

Continet Articulos Quinque.

I. DE S. Paulo Primo Eremita, & de Cõgregationibus postea eius nomine erectis, & insignitis. II. De Magno Antonio Primo Monachorum Patre, & de eius admirabili vita, ac doctrina cælesti. III. De S. Pachomio

alijſq; Primitivis numeroſæ multitudinis Monachorũ Parentibus. Vbi de Regula Pachomij cœlitus ab Angelo ſibi tradita. HII. Regula ss. PP. Serapionis, & Macharij; Paphnutij, & alterius Macharij. V. De mira, & numeroſa primorum Monachorum multitudine.

TRACTATVS II.

De eximio Eccleſiæ Doctore Hieronymo, Monaſticæ vitæ Magiſtro exemplari.

Articulos duo continet.

PRimus. Naſcitur Hieronymus Divini nominis Heros, Sacræ Scripturæ intelligentia pollens, univerſalis Eccleſiæ divinum Oraculum, & monaſteriorum ad Præſepe Domini Ieſu Fundator. II. Doctrina & magiſterium Hieronymi pro formando ſtatu Religioſo in Apoſtolica perfectione.

TRACTATVS III.

De inſtituto Cœnobitarum à S. Baſilio Magno, Doctore celeberrimo, primò in Oriente exculto.

Articulos Octo continet.

PRimus. Naſcitur Baſilius proſapia nobili, & ſanctitate conſpicua: germanis fratribus illuſtratur Sãctis. Creſcit, & proficit bonis literis & virtutibus: fit Epiſcopus, acerrimus Fidei propugnator: ac tandem in Domino moritur. II. Laude dignus Baſilius ex modo certãdi cum Hæreticis, ex librorum præſtantia, ex Paſtoralis officij optimo procedẽdi modo, ac eximijs virtutibus, quibus ſummè pollebat. III. Fundat Baſilius ſuorũ Monachorũ inſtitutum: & in quo ſenſu dicatur id primus cogitaſſe? Fundat etiam Xenodochium celeberrimũ. IIII. De Regula S. Baſilij & documentis ſtatui Monachali concernentibus. De eius antiquitate per modi viven di approbationem. V. De præpropera Baſilij Regulæ ad obſervandam amplexione: deq; Sectatorum illius mira exercitatione, Proceribuſq; mira Sanctitate, antiquis temporibus, celeberrimis. VI. Decidit floridum Baſilij antiquum inſtitutum; refloret noſtris tempo-

temporibus, & de novo instituitur à b.m.SS.PP.Greg. XIII. munitum sanctissimis constitutionibus, & amplis privilegijs. VII. Fundantur in Hispania Novi Basilij instituti cænobia: & erigitur in Provincias duas. Regũtur per Constitutiones P. Francisci Theodori de Sabboca â Romano Põtifice approbatas. VIII. Reformata Monasteria S. Basilij del Tardon sub arctiori vivẽdi modo: præ ferunt antiquorum Basilij monachorum specimẽ, nec non Anachoretarum: exempla aliquorum.

TRACTATVS IIII.

De Magni Patris Augustini Ordinis institutione, & propagatione, tum eremitarum, tum Canonicorum Regularium.

Continet articulos quatuordecim.

PRimus. Encomia Magni Augustini naturalia; & excursus vitæ ipsius usque ad detestationem Manichæorum sectæ. II. Deliberat Augustinus adhuc Cathecumenus de accipiendo statu Monachali.

III. Baptizatur Augustinus, & habitum ac professionem Monachalem accipit. IIII. Quid egerit Augustinus illo primo triennio conversionis in Italia.

V. Fundat Augustinus tria Monasteria, dat tres Repulas Monachis, Canonicis, & Monialibus. Et eius approbatur Ordo. VI. Instaurat Augustinus statum Religiosum ad perfectionem, qua fundatus est in Cœlo, plãtatus in Paradiso, & instauratus à Christo in Apostolis. Propagatur valde.

VII. Moritur Augustinus, dispergũtur Monachi, fiũt diversæ Congregationes varijs nominibus iuxta varios Reformatores. Guilielmitorũ Cõgregatio S. Ioãnis Boni seu Sabonitarũ Cõgregatio. VIII. Reducũtur omnes Cõgregationes ad unũ sub nomine Eremitarũ S. Augustini, & regimine unius Capitis. Apostolicis decoratur privilegijs, & vlterius insurgũt variæ reformatæ, videlicet. *Cõgregatio* Lõbardię. *Cõgregatio* Illecitana S. Salvatoris. *Cõgregatio* Carbonaria. *Cõgregatio* Perusina, alias S. Mariæ de Populo. *Cõgregatio* Genuẽsis, seu S. Mariæ de Cõsolatione.

Congregatio Montis Ortoni, *Congregatio* Apuliæ, seu Dulceti, *Congregatio* Calabriæ, seu Zumpanensis, *Congregatio* Sanctæ Marię de Coloreto in Calabria citeriore, *Congregatio* Communitatis in Gallia. *Congregatio* Saxoniæ Eremitarũ S. Augustini, quæ desijt. IX. Institutio Congregationis Hispaniæ, & Indiarũ Excalceatorũ Eremitarũ S. Augustini emulantium vitã Angelicã, & renovantiũ priscam suorum Parentũ. X. De aliquibus Excalceatis sanctitate conspicuis S. Augustini: & mira propagatione Fidei per varias Orbis partes, eorum opera, & interventione. XI. Totus Ordo Eremitarum S. Augustini floret multitudine Sanctorum, & Provinciarum: & magnificatur numero Religionum sub eius Regula militantiũ. XII. In quo, secundum Augustini constitutionẽ distinguãtur Canonici Regulares à Fratribus Eremitis, maxime in observãtia Paupertatis, & formã habit'. XIII. Cõgregationes S. Augustini Canonicorũ Regulariũ Lateranẽsis: & aliæ fundatæ ab anno 440. usq; ad 1120.

1 *Cõgregatio* Canonicorũ Regulariũ per Episcopũ Ivonẽ.
2 Congregatio Canon. Reg. S. Augustini à S. Arnolpho.
3 Canonici Regulares Arnosiæ.
4 Canonic. Regulares S. Victoris.
5 Canonici Regulares S. Ruffi.
6 Congregatio Canonicorum Regulariũ Præmonstratensium à S. Norberto.

XIIII. De alijs varijs Congregationibus Canonicorum Regularium, omnibus fere sub Regula S. Augustini fundatis ab anno MCL. usq; ad annum MDVIII. & de mira Sanctorum propagine.

1 Canonicorum Regul. Mantuanorum Ordo.
2 Can. Regularium S. Spiritus, Mantuanæ similis
3 Can. Regularium S. Sepulchri Ordo.
4 Can. Regularium S. Crucis Conimbricensis.
5 Can. Regularium Gronodael, Vallis viridis, O.
6 Can. Regularium Vviudesemensium Ordo.
7 Cõgreg. Can. Reg. S. Salvatoris, quę etiã dicitur Scopetinorum.

8 Ca-

8 Canonicorum Regularium de Alga Ordo.
9 Can. Reg. Frisionarij, seu de la Camissa.
10 Can. Reg. S. Petri de Monte Corbulo.

TRACTATVS V.

De Ordine S. Benedicti, deque sub eius Regula militant ibus Religionibus.

Articulos decem habet.

I. ORtus & vita Benedicti, fūdatio Religionis, mors glorioſa: & Regulæ ab ipſo conditæ Apoſtolica approbatio. II. Benedictus ſimilis Patriarchæ Abrahæ in meritis, & benedictionibus: & ideo Religio eius facta est in gentem magnam, pulchram, & vexiliferam. III. Benedictus ſimilis Iſaac, & Iacob in meritis, & benedictionibus. IIII. Incipiunt duodecim Familiæ S. Benedicti. Ponuntur tres primæ Reformatæ Cluniacenſis, Camanduleuſis, Vallis Vmbroſa correſpondētes tribus benedictis Tribubus, Iuda, Ruben, & Gad. Reform. Sylveſtrinorum, ſub vmbroſa. V. De quarta & celeberrima Benedicti Familia *Ciſtercienſi* (quæ & S. Bernardi dicitur) cum ſuis Reformationibus correſpondente Tribui Aſſer. Ciſtercienſes ſunt.

1. Congregatio Hiſpana reformata Monachorum S. Bernardi Ciſtercienſis.
2. Congreg. Monachorum Ciſtercienſiū Portugaliæ.
3. Cōg. Ciſtercienſiū Aragoniæ, Valētiæ, & Navarræ.
4. Congreg. Monialium de las Huelgas, & Reformat Congregationis S. Annæ.
5 Reformatio Congregationis Ciſtercienſium Vallis Caulium in Regno Galliæ.
6 Folienſis Congregatio Reformata Ciſtercienſium.

VI. De Quinta, Sexta, & Septima Familijs ſancti Benedicti.

Quinta de Ordine Fontis Ebraldi in Galia correſpōdens Nephtali.

Sexta Familia eſt Ordo Montis Virginis per Guilielmum Vercellenſem, correſpondens Tribui Manaſſes.

Septima. Familia Ordinis Humiliatorum in Italia correſpondens Tribui Simeonis.

VII De Octava, Nona, Decima, & Vndecima Familijs S. Patris Benedicti.

Octava Familia Cœleſtinorũ Tribui Levi correſpõdẽs.

Nona Familia dicta Montis Oliveti in Tribu Iſacar figurata.

Decima Familia eſt Reformatio S. Iuſtinæ reſpondet Ttribui Zabulon.

Vndecima Familia Congregatio Burſfeldenſis in Germania, undecimæ Tribui Ioſeph conſona.

VIII. Duodecima Familia Benedictinorũ Congregatio reformata Hiſpanica Monachorum Nigrorum aliás Vallis Oletana, correſpondens Beniamin Tribui, ubi de Congregatione Reformata Monachorum Lotharingiç, Franciæ, & Burgundiæ inſtar Hiſpanicæ.

IX. Benedictinæ Familiç Ordines Militares eius Regulam, aut eorum Conſtitutiones obſervantes, qui iam deſiere, deletiq; ſunt, aut alijs adiuncti.

1 Equites S. Sepulchri. 2 Equites Templariorum
3 Ordo Militaris Alæ. 4 Ordo Militaris S. Bernardi, olim in Hiſpania. 5 Ordo M. S. Georgij de Alfama.
6 Ordo M. S. Iuliani de Pyro. 7 Ordo Montis Gaudij in Caſtella. 8 Ordo denique Militum de Truxillo in Extrematura.

X. Equeſtres Ordines ſub Regula S. Benedicti de facto Militantes ſunt. 1. Ordo Militaris Calatravæ.
2. Ordo Militaris Alcantaræ. 3. Ordo Equitum de Avis. 4. Ordo de Monteſa in Regno Valentiæ. 5. Ordo Militaris Equitum de Chriſtus. 6. Equitum S. Stephani. 7. Ordo Equitum S. Mauritij, & S. Lazari.

TRACTATVS SEXTVS.

De ſacro Monachali Carthuſianorum Ordine à ſancto Patriarcha Bruno adinvento.

Continet Articulos quinque:

I. SAncti Brunonis mirabilis vita, mors, canonizatio. Stupen-

ſtupenda conuerſio, ac undique referta myſterijs. Carthuſienſis ordinis fundatio.

II. Specialem, & propriam Regulam Carthuſiani habẽt á ſua fundatione: qua perfectê inſtaurata eſt utraq; antiqua Anacoretarum, & Cœnobitarum vita. Et quare non ſub nomine Regulæ, ſed Conſtitutionum eam accipiant in uſum. III. Antiquæ obſervantiæ mirabiles, & pręcipuæ Religioſiſsimi Carthuſiæ inſtituti recẽſentur. IIII. Forma profeſſionis Carthuſianorum. Præter tria eſſentialia vota habet alia duo ſubſtantialia, & aliquas circunſtantias notatu dignas. V. De Abſtinentia perpetua à carnibus. Et qualiter Carthuſianis obliget, ſitque Deo gratiſsima.

TRACTATVS SEPTIMVS.

De ſacro Ordine S. Mariæ de Monte Carmelo.

Habet Articulos quatuor.

I. TRanſplantatio Carmeliticí Ordinis tẽpore Apoſtolorum, maximè B. Mariæ opera.

II. Continuatur Ordo Carmeli à ſæculo primitivæ Eccleſiæ uſq; ad noſtra tempora, mira Sanctorum, & illuſtrium Virorum propagine. III. De Regula, & obſervãtijs, nomenclatura, & veſte ordinis Carmelitarum.

IIII. Carmeli Familia ſæpè inſtaurata, & pro temporũ indigentia reformata: ac demũ per Diſcalceatorũ Congregationes priſtinũ decorẽ adepta. Cõgregatio Diſcalceatorum S. Heliæ. Diſcalciati Carmelitæ S. Tereſiæ.

TRACTATVS OCTAVVS.

De Apoſtolicis Mendicantibus Ordinibus Prædicatorum, & Minorum.

Continet Articulos decem.

I. DEſtinavit Deus primos Duces huius Apoſtolicæ perfectionis inſtauratores Sanctiſsimos Dominicum, & Frãciſcũ. II. Naſcitur Dominicus, educatur, prędicat cõtra Hæreticos, cõſtituitur Magiſter Sacri Palatij, & Inquiſitor, fundat ordinem Prædicatorum, & Militiæ Ieſu Chriſti contra Hæreticam pravitatem.

III. Nomẽclatura Fratrum Prædicatorum: Fratres Virginis Mariæ. Regulæ, & Obſervantiæ arctiſsimæ. Gloria, & magnificentia Sanctorum, & Virorum illuſtrium Familiæ Prædicatorum. IIII. Prænuntiatus Ordo Minorum. Naſcitur Fundator Seraphicus Franciſcus, educatur, creſcit, convertitur, reparat tres Eccleſias, obſervat, & prædicat Evangelium. V. Regulas, & Obſervantias Apoſtolica authoritate fulcitas, tribus tradit Familijs, Fratrum Minorum, Sanctimonialium, & Tertiariorum de Pœnitentia Franciſcus.

VI. Reformationes Ordinis Minorum. Inde illuſtræ Familiæ Clauſtralium, & Obſervantium. VII. De origine Recolectorum Ordinis Minorum de Obſervantia S. Franciſci in Hiſpania, & Italia. VIII. Ex duabus Regulis, & Ordinibus à Francisco inſtitutis exorti ſunt Capucini, & aliæ Religioſæ Congregationes Fratrum, & Monialium: tales ſunt Obſervantes Repeciati, Amodæi, Clareni Alcantariſtæ, Paſchalitæ, & alij. Sanctimoniales aliæ Damianitæ, aliæ Clariſſæ Pauperes, aliæ Clariſſæ, ſeu Vrbaniſſæ divites. Colletanæ, ſeu Capucinæ, Immaculatæ Virginis de Conceptione aliæ. Ordo item B. Mariæ de Annuntiatione, ſeu Virginũ Annuntiatarũ.

IX. Tertiarij de Pœnitentia S. Franciſci, etiam Regulares ſub Tertia Regula. Ex his alij in Eremitorijs degunt, alij in Galia, & Lotharingia à tempore Clem. 8. reformati, contra hæreticos inſurgunt. Ordo item S. Franciſci Equeſtris Militiæ Chriſtianæ Conceptionis B. M. Immaculatæ ſub patrocinio S. Michaelis Archangeli, & S. Baſilij. X. Amplitudo totius Ordinis S. Franciſci in numero Profeſſorum, lucidiſsima illuſtrium caterva, & Sanctorum glorioſo exercitu.

TRACTATVS NONVS.

De Inſtitutis pro Captivorum Redemptione fundatis.

Articulos ſeptem continet.

I. DVplex Captivitas, miſera Animæ una, corporis altera. Exempla varia Redẽptionũ corporis. Inſtituta

tituta Sanctiſsimæ Trinitatis, & S Mariæ de Mercede ex obligatione, coronant. II. Elegit Deus cœleſtibus reuelationibus ſanctiſsimos Viros Ioannem & Felicem Fundatores Ordinis Sanctiſſimæ Trinitatis pro redimendis captivis. Fundant ſpeciali Regula, & obſervantijs: creſcit, & magnos facit progreſſus. III. Diſcalceatorum Familia Sanctiſſimæ Trinitatis: mira Fundatorum & profeſſorũ Obſervantia, & ſanctitate antiquum reſtituit ſplẽdorem. Gubernatur ſuo ſupremo Miniſtro. Memoratur inſignis Confratria miſericordiæ Portugaliæ ab hoc Ordine proceſſa. IIII. Ordo B. Mariæ de Mercede iuſſu eiuſdem Dominæ fundatur à Iacobo Aragoniæ Rege, Petro Nolaſco, & B. Raimundo pro Redemptione Captivorum ſub quarto voto. Propagatur in magna perfectione. Et ex Militari laicorum, fit regimen Regularium Sacerdotum. V. Conſurgit candidata & perfectiſſima Excalceatorum de Mercede Familia, magno cum fervore Pœnitentiæ. Separatur ab Obſervantibus. VI. Propagatio fundationũ Conventuũ: & Viri inſignes Excalceatorum B. Mariæ de Mercede, qui in ſanctitatis opinione obierunt. VII. De Religioſis fœminis ſanctitatis fama illuſtribus, quæ floruerunt in familia Excalceatorum de Mercede.

TRACTATVS DECIMVS.

De aliquibus Ordinibus Militaribus, tum ad Hoſpitalitatem peregrinorum, tum ad inſtauranda loca, ab infidelibus occupata: & de alijs inſtitutis per eadem tempora ortis.

Continet Articulos ſex.

I. DE Origine Cruciferorum, & Cruce ſignatorum, & de Ordinibus militiæ S. Iacobi de Spata, & S. Ioannis, ſeu Rotenſium. II. Ordo Militiæ S. Lazari iam alijs vnitus & aliorum diuerſorũ Equitum. Et ſunt 1. Equites Teutonici B. Mariæ in Germania. 2. Equites de Iarretera S. Georgij. 3. Ordo de Stella tribus Magis dicatus. 4. Equites del Tuſon. 5. Equites S. Michaelis Archangeli. 6. Ordo Militaris Mõtis Gaudij. 7. Equi-

ces

tes S.Mariæ de Mercede. 8. Ordo M. S.Mariæ gloriosæ apud Italos, vulgo Fratres Gaudentes appellantur. 9. Ordo Militaris Sanctæ Mariæ de Monte Carmelo. III. De sodalitate erecta nomine S. Antonij pro cura infirmorum, & egenorum: & de alia Congregatione Eremitarum S.Antonij de Monte Volturno. IIII. De varijs monasterijs cùm virorum, tùm mulierum, quæ in Xenodochijs, & alibi serviunt ægris bonum testimonium, quorum aliqua relaxata, alia observantia manent: tales sunt 1. Sancti Spiritus in Saxia Romæ. 2. S.Sãp sonis Hierosolymis. 3. S.Mariæ de Ronsci Valli in Hisp pania. 4. In Francia, Flandria, & Lotharingia. 5. Xenodochia Belgica. 6. Ordo Charitatis S.Mariæ à Guidone institutus. 7. Ordo Clericorum Hospitaliorum, institutus à P. Augustino Novello. V. Religiones fundatæ ab anno MCC. usque ad annum MCCCIX. inclusivè. 1. Ordo Fratrum de Pœnitentia S. Demetrij. 2. Ordo Vallis Scholarum. 3. Fratres Saccati de Pœnitentia Iesu Christi, Ordo S. Augustini. 4. Ordo Crucifc rorum. 5. Ordo Fratrum Pœnitentiæ S. Mariæ Magdalenæ. 6. Ordo Mulierum Pœnitentiæ. 7. Ordo Servorũ B. Mariæ Mendicantes. 8. Ordo Sanctæ Mariæ de Scala, Ordo Alexianorum, qui & Repelliones dicuntur ab officio sepeliendi mortuos: & alibi vocãtur Cælitæ. 10. Sororum Nigrarum Ordo, quæ sædulo intus, & foris ægris inserviunt. VI. Congregationes Clericorum Iesuitarum, seu Apostolicorum (sub patrocinio S. Hieronymi) & S. Brigittæ.

TRACTATVS XI.

Religiones exortæ Titulo S. Hieronymi, aut illum imitantes, aut sub eius patrocinio degentes. Et de Ordine S. Ambrosij ad Nemus.

Habet Articulos quatuor.

I. DE Eremitis S. Hieronymi Hispaniæ Episcopis prius, postea proprijs Prælatis subiectis. II. Optimis observantijs Religiosis exercentur Eremitæ Hieronimyani

ronymiani,& prudentiſsimo regimine gubeanantur. III. Ordo Eremitarum S. Hieronymi per Fr. Lupum de Olmedo. IIII. Clerici vitæ communis ſcholis dediti. Et aliæ Congregationes uſq; ad annũ MCDXXXI. Et ſunt. Prima. Congregatio Eremitarum Petri Piſani. 2. Ordo S. Hieronymi in Feſſulis. 3. Ordo S. Hieronymi Ad Nemus.

TRACTATVS XII.

De ſacro Minimorũ Ordine S. Franciſci de Paula Patris noſtri.

Continet Articulos Vigiti quinque.

I. DE patria, parentibus, & tẽpore conceptionis, ac nativitatis Frãciſci de Paula: necnõ de eius pueritiæ educatione. II. Induitur per annũ habitu devotionis S. Franciſci, nulla emiſſa profeſsione: ſexenniũ ſolitarius in eremo peragit. Inde per divinã inſpirationẽ incipit Cœnobia ædificare, & Fratres colligit ſui propoſiti. III. Fundat Franciſcus quinque monaſteria in Calabria & Sicilia, comitãtibus portentoſis ſignis. IIII. Examinare iubet Paulus. 2. Miracula Franciſci, eiuſq; laudabilẽ vivendi modũ. Qui approbatur, & fit Religio multis cõ decorata privilegijs. V. Ad petitionẽ, & inſtantiã Ludovici Francorũ Regis migrat Frãciſcus in Galiã per obedientiæ Pontificis præceptũ. VI. Geſta S. Franciſci mirabilia uſq; ad mortẽ Ludovici. VII. Inſiguia Charitatis datur Franciſco, confirmatur Ordo pauperũ Eremitarũ S. Franciſci de Paula, ſub Regula ſcripta ab Alexandro VI. Et privilegia à prædeceſſoribus cõceſſa. Et inſignitur nomine Apoſtolico: *Fratrum Minimorum S. Franciſci de Paula*. VIII. Conduntur aliæ tres Regulæ pro Fratribus, Sororibus, & Tertiarijs, necnon Correctoriũ cum ſtatutis Regularibus, & variæ Apoſtolicæ confirmationes IX. Speciale divinę diſpẽſationis privilegiũ ſoli Frãciſco Minimo conceſſũ ad bonũ Eccleſiæ: Vita Quadrageſimalis ſub voto. X. Ampliatur valdè Religio Minimorũ poſt Regulæ approbationẽ, & ante obitũ huius ſanctiſsimi Patriarchę. XI. De fine vitæ mirabilis S. Frãciſci

de

de eius glorioso obitu, ac sepultura, & Beatificatione, ac Canonizatione. XII. Recipiendi ad habitum, quales requirat conditiones, & à quibus acceptentur. Et quomodo ætas decem & octo annorum expletorum, ut professio teneat, est necessaria in Ordine Minimorũ. XIII. Respondetur ad fundamenta contrariæ sententię non requirentis ętatem decem & octo annorum necessariò expletam in professione Ordinis Minimorũ. Et quid faciet, qui citra decimum octavum professus est. XIIII. De continuo approbationis anno, de bono testimonio talis approbationis, & de deliberatione ad professionem recipiendam necessariò requisitis. XV. Forma professionis Fratrum Ordinis Minimorum: & qualiter omnia in Regula, & Correctorio contenta obligent: necnon & Statuta à Capitulis, & Prælatis condenda, XVI. De circunstantijs trium votorum Obedientię, Castitatis, & Paupertatis; quæ ratione eorundem votorum obligant Religiosis Minimis ad culpam. XVII. De circunstãtijs, quę cadunt sub quarto voto vitę Quadragesimalis, qualiter obligent Religioso Minimo. DVBIVM. An Fratres Minimi comedentes carnes tempore infirmitatis possint sui lla carne, & caseo vesci? XVIII. De modo cãtandi diuinas laudes sine notis, nomini Minimorum, & vitæ Quadragesimali adaptato. XIX. De comparatione Ordinis Minimorũ ad alias Religiones tam Monachales, quã Mendicantes, & non Mendicantes ratione illius professionis, & arctæ, ac strictæ pœnitentiæ. XX. Proponuntur, & solvuntur argumenta contra dicta articulo superiori. XXI. Qualiter stando in iure Communi iudicandum est de transitu omnium Religionum ad nostrã Minimorum, & illius ad alias. XXII. Augmenta, & incrementa Minimitanæ Religionis maximè in gloria illustrissimorum Virorum. XXIII. Prosequitur idem intentum, maximè de Viris illustribus duorum Conventuum Hispalensium. XXIIII. De Monialibus virtute conspicuis Consolationis conventus Ordin. Minimorum

rum ciuitatis Hiſpalenſis. XXV. De Sororibus conventus Hiſpal. S. Franciſci de Paula de Triana, quæ in opinione ſanctitatis obierunt.

TRACTATVS .XIII.

De Religionibus, & Congregationibus ab anno Chriſti 1464. uſq; ad noſtra tempora fundatis.

Habet Articulos Novem.

I. DE quinque Religionibus ab anno Dñi *1464.* uſque ad 1526. Et primo de Ordine Fratrum Apoſtolorum. 2. Clerici Regulares boni Ieſu. 3. Clerici Reg. S. Maioli, ſeu de Somaſcha. 4. Clerici Reg. Ord. Theatinorum. 5. Ordo Cleric. Regul. S. Pauli Decollati. II. De laudabili inſtituto Societatis Ieſu. Naſcitur S. Ignatius ad illuſtrandã Eccleſiã Dei: fundat laudabile inſtitutũ ſub inſigni nomine Societatis Ieſu. III. Mirabiles progreſſus, & glorioſa incrementa Societatis Ieſu. IV. De congregatione S. Clericorũ Regulariũ Minorũ. V. De Fundatoribus Ord. Cleric. Regul. Minorũ miro ſanctitatis exẽplo illuſtribus. VI. De vita mirabili S. Ioãnis Dei, & de morte, necnõ de Religione ab ipſo fundata in ſervitiũ pauperũ infirmorũ: & de exercitijs, & obſervãtijs eius. VII. De viris virtute cõſpicuis Ordinis Hoſpitalitatis S. Ioãnis Dei, & incremẽto domorũ. VIII. De alijs Religionibus prooperibus Miſericordiæ, & duab9 recenter fundatis Clericorũ, & Eremitarum. §. 1. Ordo Cler. Regulariũ miniſtrantiũ infirmis. §. 2. Cõgreg. Clericorũ Matris Dei. §. 3. Cõgr. Cleric. Pauperũ Matris Dei Scholarum piarũ. §. 4. Clerici Reg. S. Marię Magdalenę, & Eremitæ S. Antonij de Monte Volturno. IV. Cõgregatio Oratorij Clericorum Presbyterorũ Sæculariũ à glorioſiſſimo S. Philippo Neri ſapientiſſime inſtituto.

Habes ergo candide Lector triũ huius operis antecedentium partium ſummariam relationem ne in totum priveris tantæ provinciæ à me intentæ notitia: quæ ſi animum pulſat deſiderandi plenam editionem in lucem operis ſane uſq; modo á nemine excogitati, & ſine duce, in-

inclinet & voluntatem Dominum rogandi, vt si ad eius honorem, animarumq; Religiosarum consolationẽ, augmentum Sancti propositi disponat, dirigatq; in finem intentum. De Quarta autem Parte plenam do tractationem, & ideo, quia ad manus habes, Articulorum expræsione missa facta, per Tractatus compendiosius discuram.

QVARTA PARS.

Ideæ totius Status Religiosi ex Vetere & Novo Testamento. Vnde exorta pulcherima varietas omnium Religionum Ecclesiæ Dei.

Et est Titulus.

Peritia Curationis languentis status Religiosi &c.

TRACTATIBVS DECEM, CONSTAT.

I. PVlchritudo Observantis; & deformitas dilapsæ Religionis. Zelus aliquorum pro instauratione, desidia & repugnantia aliorum,

II. Potestates Ecclesiæ, maxime Generales Religionum certiores facti de reformatione debent curare de instauratione. III. De Visitatoris authoritate & constãtia in perquirendis, & eliminandis omnibus abusibus.

IV. Capitale malum est, indignos, & ambitiosos habere Prælatos: & qualiter tollendi sunt Abusus in electionibus eorum. V. De electione Canonica, & Electoribus, & qualiter ab eis tollendi sunt Abusus. VI. De bonis & idoneis promovendis Prælatis, vt instauretur observantia: & de duratione officiorum, maximè Generalis, ac situ, ubi habitare debeat. VII. De Abusibus reformandis in subditis respectu suorum Prælatorum in se ipsis & in ordine ad alios Fratres. VIIII. De Abusibus Noviciorum indisciplinatorum, quos per solertiam bonorum Magistrorum aboleri oport. IX. De Reformationibus factis & adhibitis pro omnibus Regularibus, & præcipue pro sacro Minimorum Ordine. X. De instauratione Perfecta, suavi & efficaci status Religiosi, qualiter fieri possit vt pristinam sanitatem recuperet.

Pro-

PROLOGVS OPERIS.

PEritiam Curationis mistico corpori languenti para re, peritum requirebat Medicum, Magistrale cõpo nere plagis, & agritudinibus omnibus humano maius Magisterium petebat. *Vt in corpore dicebamus* [vt B. Augustini utar verbis, de vera Religione) *aliud esse morbos, & vulnera curare* [quod) *pauci homines bene facere possunt, aliud autem famem, sitimq; sopire, & cætera, in quibus subvenire hominum homini, vulgo, passimq; concedit? Sic in animo sunt quædam, in quibus excellentia illa, & rara magisteria non admodum desiderantur: ut cum hortamur, & monemus vt hæc ipsa indigentibus exhibeant quæ corpori exhibenda esse diximus. Cum enim hæc facimus, ope subvenimus corpori. Sunt verò alia, quibus multimodi, varijq; morbi animarum magna quædam, & ineffabili ratione sanantur. Quæ Medicina, nisi divinitus populis mitteretur, nulla spes salutis esset, tam immoderata transgressione peccantibus.* Cum enim instituti Religiosi Professores seorsim delinquunt, facile animarum Pastores curare, & sanare possunt, suaunicuiq; medicamenta applicando *Medicæ artis periti* [ait Laurentius Iustinianus de institutione, ac regimine Prælatorum cap. 8.) *hoc habent proprium, ut non omnibus æqualiter, sed singulis diversa, prout expedire perspexerit impartiantur medicamenta languoribus. Naturam utriq; singulorum attendunt, ac vitam, ac iuxta unius cuiusq; necessitatem remedia tribuunt, id faciet Ecclesiæ Pastor animæ Medicus.* Vnde Ovid. 1. Remed.

Nam quoniam variant animi, variabimus artes,
Mille mali species, mille salutis erunt.
Corpora vix ferro, quædam sanantur acuto,
Auxilium multis succus, & herba fuit.

Et his morbis corpus Religionis nequaq; languẽs dicitur nec ideo medicina publica, & cõmuni utẽdũ. Neq; enim omnes infirmitates institutum debilitant, sed illæ, quæ assuetudine alia membra inficiũt infestis adiuncta.

Hinc

Hinc Origenes in cap. 14 Matthæi graviter docuit hanc noſtram obſervationẽ ſuper illud: *Exiens Ieſus vidit turbam magnam, & miſertus eſt eis: & curavit languidos eorum. Nam hos in turbis viſos* (ait) *eoſq; miſeratus ſanavit. Non tamẽ putandum eſt, quodvis peccatum eſſe morbum, ſed id quod in tota corrũpat anima.* Et paucis interiectis. *Diximus* (ſubdit) *non quodvis peccatum eſſe morbum, operæ præcium, & è Scripturis de horum differentia diſſerere. Ait ſane Apoſtolus Corinthijs, qui variis peccatis laborabant, ſcribens:* Propterea inter vos infirmi multi, & valetudinarij (ſic legit pro, imbecilles) & dormiunt multi. 1. Ad Cor. 11. *Audi ſiquidem Apoſtolum in his vinculum neẽtem, contextumq; facientẽ ex diverſis peccatis: iuxta quod alij quidem ſunt infirmi, alij vero ægroti, videlicet pluſquam infirmi. Rurſus alij utriuſq; peius habentes, qui dormiũt. Nam qui, propter imbecilles animi vires proclives ſunt ad labendum in quodvis peccatum, etiam ſi nõ toto animo fuerint obnoxij alicui peccato peculiari, quemadmodum ſunt ægroti, tamẽ infirmi ſunt. Porro qui pro Deo, quem diligere debebant, tota anima, toto corde, tota mente, diligunt pecuniã aut gloriam, aut mulieres, aut pueros, hi peius effecti ſunt, quam infirmi, ſuntq; ægroti. Dormiunt autem, qui cum debeant attendere, & advigilare animæ ſuæ: non faciunt id, ſed ex nimia negligentia dormitant voluntate, & ſomniculoſi ſunt cogitationibus. Qui quidem ſomniantes, carnem quidem pollunt, authoritatem vero ſpernunt, glorijs autem maledicunt.*

A corpore ſano, & quod bene valet, miſſice deducenda eſt comparatio. *Sanitas eſt una bona diſpoſitio corporis humani, per quam agit, vel patitur actionem, vel paſſionem ei debitam ſecundum naturam, abſq; notabili læſione.* Magnenius Medicus Mediolanenſis Author eſt. Et hanc bonam diſpoſitionem ponit primo in mẽbris homogenijs oſſibus, carne, & cæt. Deinde in heterogenijs ſeu officialibus, *puta, in manu, pede, cerebro, & corde.* Et conſentit Gallenus 3. de morbo. *Siquidem ſanitas eſt diſpoſitio factiva actus.* Hinc valetudo Græcè idem quod poſſe, iuxta illud Ovidij.

Neſſus adit, pedibuſq; valens, ſcituſq; vadorum.

Hinc

Hinc bene valere, ſanum eſſe, quaſi bene poſſe; & male valere, ægrum eſſe; atq́; infirmum, quaſi male poſſe. Si ergo læſus inſtituti Religioſi non eſt notabilis, nomen non meretur languentis: liquidē functiones membrorum nec impediuntur, nec obſervantia communis, neq́; ſic infirmo adhibendum eſt remedium. Tales ſuor infirmi imbecilles, ac debiles Reſtat nūc quæſtio de alijs generibus morborum, ægritudinis, ſciſicet, quæ læſionem maiorem ſecum afferunt. De quo dixit Cicero lib. 4 Tuſcul. queſt. *Ægritudo* (inquit) *eſt opinio recens magni mali præſentis*: quando tranſit malum ab homogenijs, ſubditis inquā inter ſe, ad heterogenia, & officialia, Prælatos, nimirum, ſapientes, & qui publico utuntur munere. Sic male quidē poſſe, & fungi operationibus, & paſsionibus valebit Religio: & læſionem patietur notabilem, & idem concluditur de ratione morbi ex definitione, quam de eo tradidit Labeon Iuris Conſultus, teſte Cæcilio Sabino lib. de Edicto Ædilium. *Morbus* (inquiebat) *eſt habitus cuiuſq; corporis contra naturam, qui uſum facit deteriorem.* Similitudinem adducit adaptatā Lactan. Firmianus de Opificio Dei cap. 26. *Sicut in fidibus* (inquit) *cum aliquid, aut interceptum, aut relaxatum eſt, omnis canendi ratio turbatur & ſolvitur, ita ſi in corpore pars aliqua membrorum duxerit vitium, deſtrui univerſa, corruptiſq; omnibus, atq; turbatis occidere ſenſum, eamq́ mortem vocari.* Si in aliquo Inſtituto contra eius obſervantias & vivendi modum fit, adeo vt potiora membra contrahi cæperint iam ęgrotare, & magni mali præſentis convaleſcet opinio, iamque diffamari, non ſine ſcādalo & diſſonantia boni præhabiti nominis compertum eſt, & læſio notabilis, cuius remedium non contemnendum, ne indeterius properans, dilabatur ad mortalem morbum: *Dormiunt multi*, Remedium Curationis adhiberi oportet, nam poſtea contracto mortali morbo actum erit de Inſtituto, & adeó difficilis eſſet curatio & magis reſurrectio mortuorum, quam medella ægrotantis ac languentis dici meretur.

Languens ergo Inſtitutum, cui Peritiā Curationis damus, non è mortuum, ſed recens. & veluti properans ad relaxationem & diſſonantiam Regulæ profeſsionis, eſt. Et ideo ſedulo medicari oportet; nam, & difficile inveteratum malum depellitur. Sic Quintilianus decl. 8. *Medicina mortuorum ſera eſt* Hinc & Ouid. 1 Rem.

Opprime dum nova, ſunt ſubiti mala ſemina morbi
Et tuus incipiens ire reſiſtat equus.

Si la llaga haze callos, no harà ſu efeto el medicamento, ni ſe podrà pegar la ventoſa en la dura piel. Hinc & Perſius 3.

Elleborum frustra, cum iam cutis ægra tumebit,
Poscentes videas: venienti occurrite morbo.

Miserrimus status esset Instituto sic emortuo, & lamentari sicut de incredulo Dei Populo lamentabatur Isaias, c. 1. poterit: *Væ genti peccatrici, populo gravi iniquitate, semini nequã filijs sceleratis. Dereliquerunt Dominum, blasphemaverunt sanctum Israel, ab alienati sunt retrorsum. Super quo percutiam vos ultra addentes prævaricationem? Omne caput languidũ & omne cor mœrens. A planta pedis usq; ad verticem capitis non est in eo sanitas. Vulnus, & livor, & plaga tumens, non est circumligata, nec curata medicamento, nec fota oleo.* Gente pecadora, que ha perdido el miedo, y la verguença a pecar, magno cum dolore deplorãda. *Væ genti peccatrici inverecũde* [ait Glos. Marginalis] *Propter quod inverecunda meretrix peccatrix vocatur; & sic est de apostatis Religionis, & de alijs exponentibus se inverecunde peccatis.* Hinc exorta varia scelerũ, genera filiorum malorum, qui utpote Deo dicati per professionem, observare tenebãtur Regularia statuta vacantes Deo: nec correctiones factæ per aliqua supplicia inflicta profuerunt, ab omni observantia alienati. Super quo percutiat eos Deus, non invenitur in corpore Religionis. Sæpe percutit Deus, vt corrigat (Glosa Ord. Mar in.) *His autem, qui incorregibiles sunt dicit: Super quo percutiam? Non invenio medicinam quam adhib ãvobis. Nullas invenio plagas, quibus confringam duriciem vestram. Eo enim crescit duritia, quo maiora adhibeo flagella.* Omne caput (hi qui præsunt) languidum, *Quia languor* (moralis) *& infirmitas incurabilis, & per hoc intelligitur eorum vita mala incorregibilis* Languor, non tantum est infirmitas incurabilis in ipso capite sed & Populo valde nocet. Sic Isidorus verbum Languor explicat lib 3. sent. cap. 3. n. 8 *Languor animæ idest, peccatorum infirmitas perniciosa;* & cor mœrens sunt Doctores, & Sacerdotes, quia, sicut ex corde procedit sensus, & motus ad alias partes corporis, sic per Doctores, & Sacerdotes debent alij accipere sensum bonæ cognitionis, & motũ sanctæ operationis, accipiendo ab eis doctrinam, & exemplum virtutis, sic cor mœrens deffectum dicit virtutis, & doctrinæ, & adeo ab his, veluti partibus officialibus descendit in alia membra læsio, ita ut vere dicatur, ægrotum corpus, non sanum, quia, nec agere, nec pati valet suas debitas operationes. Et ita corrumpitur ab ægritudine capitis, & cordis, eorum scilicet, qui præsunt, ut merito à planta pedis, ab humilibus Fratribus, usque ad verticem maiorum non sit reperiri sanitas. Si caput doluerit, omnia mẽbra debilia sunt, ita quoq; populus infirmans in suis impietaribus, si Principes, & Doctores statum

tum rectitudinis ſervaſſent, vt cunq; medellam ſalutis mereretur idē Populus. *Sed quoniam ſimul omnes debilitati ſunt* (ait D. H. imō) *ic circo prolongata eſt ab eis ſalus & medicina animarum.* Morbi ergo ſunt, per quos ſanitas Inſtituti prolongata eſt, ſunt vulnus peccatorum in aperto, quæ ſine formidine perpetrantur, livor, invidia latens, & mala voluntas in alterutrum, & plaga, peccatum ſuperbiæ, & ambitionis. Hæc incurabile reddunt inſtitutum Religioſum: in viſitationibus ſuorum Prælatorum non eſt curata, quia non eſt ligata ligatura legis divinæ aut Dei timore á peccato retrahente. *Non eſt malagma* (ita Septuaginta Interp.) *imponere, neq; oleum, neq; alligaturas.* Non eſt curata amore Dei ad bonum attrahente, neq; fota oleo, id eſt, operibus miſericordiæ veniam impetrantibus. Quare, ſic conſtricta, non ſanatur? quia *non ſunt fracta* (legit Hector Pint. ex Hebræo) *hoc eſt aperta, & compreſſa ut educeretur ſanies.* Si enim plaga non confringatur, & doricies eius aperiatur, aut frangatur, ſanies malitiæ & impietatis non emungitur. Et ideo miſerabiliter incorrigibilitate incurabilis perſeverat.

De hoc ſic deſtituto Inſtituto illa verba de miſera Babylone pronuntiata dicere cum Hieremia dolentes poſſumus. *Vlulate ſuper eam plangite* (Interlin.) *tollite reſinam, aut Angelis ſuis Miniſtris Curationis ad dolorem eius. ſi forte ſanetur:* quia quantumvis deſperata ſanitate, ſanari poteſt, ſi vult: *Quia nulla anima inſanabilis apud Deum* (ait Hieronym.) *Curavimus Babylonem* (dicunt Angeli) *& non eſt ſanata*: non quia vitium in reſina applicata, ſed, quia non vult nobis, obedire: derelinquamus eam in infirmitate deſperatam.

Simili modo ægrotantem ſanare non poteſt ullum medicamentum niſi Deus ipſe ſuo ſubveniat auxilio, iuxta illud Sapi. 16. n. 12. de venenatorum ſerpentum morſu male habentibus. *Neque herba, neq; malagma ſanabat eos, ſed tuus Domine ſermo, qui ſanat omnes.* Et qui ſic ſani facti ſunt eo contigit, quia non omnino in oblivionem ermonum Dei devenere, ſed illos recogitabant. *In memoria enim ermonum tuorum* (præmittit Sapiens n. 11.) *examinabantur, & velociter ſanabantur, ne in altam incidentes oblivionem, non poſſent tuo uti adiutorio.* Quantumcunq; deſperata ſit ſalus, ſi ſint Dei memores aliquando, & in altam oblivionem non ſint ſopiti, ſpes erit ſalutas *Ne in altam* (explicat Diony. Cart.) *profundam, gravem, & obſtinatā, incidentes oblivionem maieſtatis, & beneficientiæ tuæ, non poſſent tuo mi adiutorio. i. omnino inhabiles fierent, & inepti ad impetrandum auxilium pietatis, & gratiæ tuæ.* Efficaciam ergo Peritiæ Curationis inſtitutum illud Religioſum non habebit, quod cum mortuis nume-

metatur quod audire nón vult ſermonem Dei, nec ſanari deſiderat, ſed in profundam devenit oblivionem. Deus enim eſt, qui ſuſcitare valet mortuos, Ægrotanti, & languenti, tantum loquor, qui ſanari vult. Nam ut aiebat Sen. Hip. act 1.

Precor ſarorem ſite, teque ipſam adiuva
Pars ſanitatis velle ſanari fuit.

Volentibus, & deſideranubus iuxta præſcriptum Regalæ quam profeſsi ſunt, facilem, ſuavem & efficacem promitto ſanitatem, &. integram perfectionem. Eſt enim iuxta D. Thomæ doctrinam 3. p q.80. art 4. duplex medicina, removens morbum & promovens ad perfectam ſanitatem: Prima convenit infirmis, ſecunda vero ſanis. Abuſus omnes tollere, erit removere morbum, exerceri iuxta puram Regulæ obſervantiam reddet perfectam ſanitatem cum lucro futuræ fælicitatis. Fortiter eradicare mala ſemina, rigorem & inviolabilitatem ſervandi Ordinis requirit, & obſervationem pro hoc fine ſtabiliendorum; ſuaviter perficientur, ſuperveniente unctione Spiritus Sancti per exercitium Orationis, Contemplationis, ac unitivi amoris, quo chariſmata divina dulciſsime guſtantur. Hanc medendi artem propono, hanc mirabatur Bernardus ſuper Cant. quando dicebat: *O ſapientia! quanta arte medendi in vino, & oleo animæ meæ, ſanitatem reſtauras, fortiter ſuavis, & ſuaviter fortis fortis prome, & ſuavis mihi.* Et eſt conforme ſpiritui P.N.S. Franciſci de Paula, qui Prælatos noſtros tales eſſe voluit, ut & Medici ſint Evangelici. *Virgam cum manna, ac oleum cum vino, id eſt, iuſtitiam cum miſericordia, & è contra, in eorum correctionibus provide adhibeant.* Reg. c.9. Sed quia, neque qui plantat, neque qui rigat; ſed qui incrementum dat Deus eſt, 1. Corint. 3. Neque eſt volentis, neque currentis, ſed Dei miſerentis Ad Rom. 9. Ideo ineficax erit mea cogitatio, ineficaxq́; infirmantis Inſtituti ſanari volentis curatio, niſi Deus, qui ſalus eſt populo, moveat, dirigat velle & perficere pro bona voluntate ſua. Hanc precemur, & ipſe adiuvet nos.

PERITIA
CVRATIONIS
RELIGIOSI LANGVENTIS
Inſtituti, ut ſuauiori, breuiori, & efficaci negotio primeuam ſanitatem recuperet.

ET EST
QVARTA PARS IDEÆ
totius ſtatus Religioſi, ex Vetere, & Novo Teſtamento, &c.

AVTHORE

P. Fr. ANTONIO XIMENEZ

ordinis Minimorum, Artium, & Theologiæ Emerito Lectore, Collegij S.P. Franciſci à Paula Hiſpalenſis quondam Regente, ac Regij Senatus S. Generalis Inquiſitionis Cenſore: quem genuit Guareña Comitatus Mitellimnenſis, Diœceſis Placentinæ in ſuperiore Lusitania, vulgo Eſtremadura.

CVM PRIVILEGIO.

Ex Officina Simonis Fajardo, Typographi Hiſpalenſis,

Anno M.DC.XLIIII.

TRACTATVS. I.

Pulchritudo obſervantiis; & deformitas dilapſæ Religionis, zelus aliquorum, pro inſtauratione; deſidia, & repugnantia aliorum.

ARTICVLVS I.

Pulchritudinem, & utilitatem magnam afferunt Eccleſiæ Dei Religiones ſacræ.

1 VT omnis noſtra Religio per charitatem tendat in Deum ut eius pertingat perfectionem: obſervantem illam á Chriſto Domino præceptam, & in Religionis legibus, & conſtitutionibus obtemperantem, depingit ſanctus Bernard. tom. 2. ſerm. 9. in Cœna Domini. *Cum enim* (inquit) *videris Monachum ad contumeliam humilem, ad opprobria patientem, ſuis devotum Prioribus, in moribus manſuetum, tacitum ad loquendum, aſsiduum ad ſilentium, in clauſtro attente legentem, in Eccleſia ſuis vocibus Chriſtum eum omni devotione laudantem, ſi non continue, tamen quotidie lachrymantem, parcum in refectione, ad obedientiam promptum, vbique proclivum, vbique inclinatum, vbique verecundum, ore cœlü pulſantem, ſemper ad Dominum corde clamantem, cultorem proximi, & contemptorem ſui, cunctos diligentem, ſe ipſum odientem, tunc dicere poteris: Monachus iſte ſui Creatoris ſervat mandatum. O quam felix! ô quam beatus eſt Monachus talis! Profecto iſte Monachus ſui laboris habebit præmium Dominum Ieſum, & Dominum noſtrum. Sed ille qui charitatem non habet, qui eius non ſervat ſermonem, iam non eſt eius.* Hæc Bern. &c. *Bernard*

2 Si enim obſervantia regulariũ Conſtitutionum Monachum pro præmio Chriſtũ habere, & tenere facit, perfectione & pulchritudine eius induitur, gratiamq; participat, & in hoc Beatitudinem quodammodo adipiſcitur; quia Religionum inſtitutio, vt diximus *1.p.trac.2.a.1.& 2.* eſt ad inſtaurandos Angelorum choros in Empyreo, ad Deum laudandum creatos, & Paradiſi exercitia ſuſcitanda. Et S. Baſilius in Conſtit. & exercit. cap. 18. Religioſi ſtatus unitatem in charitate obſervantes deſcribit: *Hi vetus* (ait de Religioſis) *renovant bonum Primi parentis, Adæ peccatum occultãtes Imitantur Chriſtum cum Apoſtolis, imitantur Angelos apud quos lis non eſt.* Ideo multi formis gratia Dei non ab una, ſed à multis participanda pene innumerabilium, non modo Monachorum, ſed & diverſorum inſtitutorum. *Sicut* (ait D. Thom. 2.2.q. 183 art. 2.) *in rerum naturalium ordine perfectio, quæ in Deo ſimpliciter, & uniformiter invenitur; in univerſitate creaturarum inveniri non poterit, niſi deformiter, & multipliciter: ita plenitudo gratiæ, quæ in Chriſto ſicut in capite adunatur ad membra eius diverſimode redundat ad hoc, quod corpus Eccleſiæ ſit perfectum.* Et quia Eccleſiæ corpus circumdatũ eſt varietate, quæ præcipue (ut idẽ D. Tho. art. 3.) eſt per reſpectum ad Ordinem Eccleſiaſticæ pulchritudinis, in hac multitudine non unicus modus, unica Religio, unum inſtitutum, ſed multiplex oportuit reperiri, ut multis & varijs Chriſti uberrima participetur gratia.

Nos. 1.p.trac 2. art. 1 & 2. S.Baſil.

S. Thom.

3 Et ne hæc diverſitas confuſionem pareret, ordine, & approbatione Sedis Appoſtolicæ ſanciri oportet. Sic Gregor. X in Concil. Lugd. cap. Religionum in 6. *Religionum diverſitatem nimiam* (dicit) *ne confuſionem induceret generale Concilium conſulta prohibitione vetavit.* Quod ſimiliter antea in Conc. Lateran. cap. *Ne nimia de Religioſis domibus*, in 6 ſanctum fuerat. *Ne nimia Religionum varietas gravem in Eccleſia Dei confuſionem inducat firmiter prohibemus, &c.* ſic ſæpê diximus ad verę Religionis conſtitutionem neceſſariam eſſe Sedis Romanæ approbationem. Vnde D. Tho. 2.2.q. 188. art. 1. ad ultimum. *Ex multitudine* (inquit) *Religionum induceretur con-*

Concil. Lugdun.

Concil. Lateran.

S. Thom

confusio, si ad idem, & eodem modo diversæ Religiones essent absq; necessitate, & utilitate. Vnde ut hoc non fiat, salubriter institutum est, ne nova Religio, nisi authoritate Summi Pontificis instituatur. Hoc ergo debito, & examinato modo, prout Romano Pōtifici videbitur expedire multiplicatæ Religiones, perfectionem Christi Domini alia sic, & alia sic imitantes pulchré Ecclesiam Dei decorāt, ac iocūdant. Maiestatem enim Domini decet sic diversa in domo sua reperiri vasa, abundantiam suæ gratiæ receptura iuxta illud 2. ad Thim. 2. *In magna autem domo non solum sunt vasa aurea & argentea, sed & lignea, & fictilia.* Sic alij per vitam Contēplativam, alij per Activam, alij prædicando, alij ministrando ad ipsum met finem charitatis tendunt secundum varia, & diversa Instituta. 2. *ad. Thl.* 2. c. 20.

4 Sic ordinata exercitia Monachorum delectabilia, & pulchra etiam in materiali monasterio videntur. *Quid in materiali monasterio* (ait P. F. Ioānes Nider Dominicanus lib. 2. de Reformatione Religiosorū c. 2.) *queat esse ordinatius, & rationali visui delectabilius, quam intueri castitatem in dormitorio, temperantiā in Refectorio, iustitiam in Capitulo, in scholis prudentiam, in Infirmitorio patientiam, in claustro silentium, in coquina parsimoniam, & in choro ac in Ecclesia cuuslibet devotionis exercitiâ?* Hæc de ordinato Monasterio. *Ioannes Nider.*

Sanctus autem Ephrē Sirus Parenesi 50. de universitate, & multitudine Religiosorum in charitate unitorum elogia sequentia memoriæ prodit. *Paradisus refertus fructibus lætitiæ, & floribus diversi generis* (ait) *est multitudo Monachorum in id ipsum in charitate Dei exornata: fons pulcher, & aquis scatens, quibus multitudo irrigatur plantarum, est multitudo Monachorum. Civitas circumdata atq; munita est multitudo Monachorum in id ipsum invicem conspirantes in charitate Christi. Diadema pretiosum ex pretiosis margaritis contextum, est multitudo Monachorum, in id ipsum ad omne opus bonum, pulchrumque adornata. Navis plena Regalibus divitijs, est multitudo Monachorum. Oliva speciosa splendida, & frugifera, est multitudo Monachorum in id ipsum circumornata. Imago Regalis admirabilis quorūcumq;* *S. Ephrē.*

ſelectiſsimorum florum continens, eſt multitudo Monachorum varietate virtutum decorata. Caſtra ſanctorum Angelorum eſt multitudo Monachorum in id ipſum bene ordinata, mentem ſuam ad Deum ſemper elevatam habentium.

S. Laur. Iuſtinian. S. Laurentius Iuſtinianus de Obedi t. c. 18. Religioſos ſic unitos appellat. *Hortum concluſum, Paradiſum deliciarum, thalamum nuptialem, cubile immaculatum, virtutum ſcholam, tabernaculum fœderis, reclinatorium Sponſi, bellatorum ſtationem, ſanctitatis domum, Caſtitatis cuſtodem, pudicitiæ firmamentum Religionis magiſterium, & Obedientiæ ſanctæ ſpeculum ſingulare.*

5 Nec ſibi tantum, ſed etiam Fidelium cętui, ac Chriſtianæ Reipublicæ Monachorum multitudo prodeſt : ipſi enim utpote boni, & optimi vocantur à Nazianzeno, orat in laudem D. Baſilij. *Pars ſelectior, & ſapientior Eccleſiæ,* á Hieronymo ad Marcell. *Flos & pretioſiſsimus lapis inter Eccleſiaſtica ornamenta:* ab Ambroſio ad Vercel. *Angelorum militia* à Clymaco, *Cœlum terrenum.* Oculi ſunt & nervi, ac cor myſtici Eccleſiæ corporis, ſcaturigines divinæ gratiæ Dei ad homines, ſtellæ huius cælorum Regni, lux mundi, ſal terræ, necnon viri fortiſsimi, omnes tenentes gladios, ambientes veri Salomonis lectulum, ad bellaque doctiſsimi. Doctiſsimi ad bella ſpiritualia, ut ex tota 3. part. ſupra patet, tum ad docendam, & inſtruendam veritatem, tum ad bonos mores cõponendos, tum ad hæreſum, & errorum caterva confundendas, diſolvendas, & deſtruendas, ad Regnum Chriſti per tot Regnorum converſionem augendum, quæ ut vere Apoſtolici Milites per egerunt.

Gregor. Nazian. Hieron. S. Ambr.

Nos.

6 In propagãda Fide Catholica fere ſemper, non niſi Monachorũ nomina audivimus. S Remigius Monachus Benedictinus cunctam Galliam Regemq; ſuum Clodoveum ad veram reduxit Fidem. Martinus Suecios ab Ariano errore divertit : Auguſtinus Angliam cum Rege Ecberto convertit Lambertus Provintiã Theſandriæ in Germania, Rilianus innumerabilem multitudinem in Franconia, Bonifacius Germaniæ Apoſtolus totam convertit Liregiam Frigiam, & Aſ-

ſiam

ſiam Idem in Galijs fecerũt Villeardus, & Liug ierus: Angarius cum tribus ſocijs in Flandria ad Fidem traxerunt Daciã, Sue iam, Gociam, & Grolãdiam Iacobus è Monaſterio Floriacenſe Gaſcuniam convertit. Albertus Caſinenſis Monachus Sarmaciam, Ruſiam, Lituaniam, Moſcoviam, Pruſiam, Poloniam cum ſuo Rege Bolislao, Vmbertus Conſtantinopoli, coram Conſtantino Imperatore Nicętam convicit, & ad Fidem convertit, & librũ doctrinæ ſuæ pravæ igni tradidit Et ne in Antiquis tantũ noſtra ſit gloria, in præſentiarũ notiſsima ſunt, quę noſtri tẽporis Religioſi effecerũt, & effi ciunt in America. Copioſiſsimi ſpeciales Religionũ libri tot, & tanta referunt de converſione Evangelica per ſuos operarios, ut æquare ſine formidine non ſit diffi..ile illos cum Apoſtolis, ſi copioſam ſecundum hiſtorias utrorumque multitudinem venientium ad Fidem conferamus. In quo, quia notiſsimum, & quia nonnulla in ipſarum Religionum tractatibus ſ.p diximus, non eſt immorandum. *Nos.*

7 Nec inficiandum Religioſos ad bella etiam materialia pro Chriſtiana Religione tuenda, ſi geſta commemoremus. Conſtat enim ex eis Religioſos ſtrenuos Duces bellorũ, abſol..tis divinis laudibus in choro, equos aſcendiſſe arma ſuſcepiſſe, & inſignes victorias reportaſſe, non modo civitatu.n, ſed Provinciarũ, & Regnorum: de quo B..da, lib 2. hiſt. Angel rum, cap 2. & Dode..hinus ad annum 1089. Cardinalis Baronius ad annum 1010. Matthæus Pariſienſis ad annum 1196. & conſtat ex fundationibus ordi..um Militarium, qui ut in plurimum, vt vidimus, cum de eis, Monachos habuerunt, & Inſtitutores ipſi Religioſi ſunt. Videatur Antònius Yepes Benedictinus, to 6 Centuria 7. Quod & cõfirmari poteſt ex his, quæ reffert Benedictus Levita lib 6. Capitularium, cap. 28. Populus enim cum Religioſos ad bella frequẽter adire, & â divinis laudibus, & orationibus vacaſſe. Fide, & Religione Chriſtiana plenus coram Carolo Imperatore Magno ſupli..es rogaverunt dicentes. *Flexis omnes precamur poplitibus Maieſtatem veſtram, ut Sacerdotes, & Monachi, deinde non vexen-*

Beda. *Dodechi.* *Baron.* *Matt. Pa..ſienſis.* *Ant. Yep.* *Benedict. Levita.*

vexentur hostibus; sed quando vos, nusque in hostes pergimus, ipsi proprijs resideant in parechijs, Deoq; fideliter in Monasterijs famulari studeant, & sacrosancta mysteria canonicè, & Deo placite per agere satagant: atq; pro vobis, cunctoq; exercitu vestro una cū ovibus sibi commissis viriliter orare, Missas decantare, Litanias atq; eleemosynas facere decertēt. Et paulo inferius. *Plures habere potestis* (prosequitur) *prælliatores si illi proprijs rīsideāt in Parechijs, & Monasterijs quam si vobiscum pergant.* Et si modo necessitas occurreret pro tuenda Fide Catholica, Regulares, & Ecclesiasticos arma arripere, & ad bella procedere, quis dubitat de promptitudine animi? Certe qui corpora sua tam dura tractatione domant, tam lætanter pro Christo animas ponere desiderant, non recusarent pro eodem easdem ponere in debellandis hostibus eiusdem Catholicæ Fide, sicut in antiquis sæculis id ipsum fecerunt.

8 Magno deniq; pretio habendi sunt Religiosi, quorū interest consulentibus pro bono regimine satisfacere. & dirigere in rebus agendis, lites inter partes terminare, easq; in urbanitate, & pace concordare, aliena restituere, &c. Reges, & Principes ad se adducunt familiariter, ut prudentia gubernāte, & dirigente eorum, res omnes bene se habeant. Imo illis multoties Regnorum statuuque regimen committunt. Ludovicus Rex vij. terram Sanctam aditurus Sugeriū loco sui in Regni gubernatione reliquit. Erat Abbas S. Dionisij. Richardus Minoris Britaniæ Rex peregre profectus ad eādem terram Sanctam Wilielmum, teste Paulo Emilio in eius vita. Pro Regem reliquit. S. Ludovicus Siriam sub ditione sua volens ponere: Abbatem S. Dionisij Regni Prætorem constituit: Cardinalis Fr. Frāciscus Ximenez Toletanus Archiepiscopus in Regni totius gubernatione fuit. Magnaq; Abbati S. Antonij commissa fuere consulto Ottone Duce Babieræ, & executioni tradita, de Comitis Emberti, & laudibus à S. Petro Damiano celebrata, lib. 13. epist. 6. referente Lamberto Schafueburgad annū 1602 id generis multa nostro Ævo præsentia possē adducere, sed quia notissima, omitto: dicta enim suffi-

Paulus Emilius.

S. Petrus Damian

Lambert.

ſufficiãt, ut ſtatum Religioſum pulchrũ, bonum, Deo gratũ perut ile, imo neceſſarium Chriſtianæ Eccleſiæ inficiatur nemo, ſed commendatum habeãt boni publici amatores.

ARTICVLVS. II.

Deformata Religio Regulares obſervantias tranſgrediens, abominabilis valde eſt, & Eccleſiæ ſanctæ multum nociva.

1 QVamvis hęc ita ſint, & ſtatus Religioſi pulchritudo eo pervenerit, ut hiſce laudibus ſit dignus, tamen quia mortalium rerum conditio perpetuam ſtabilitatem ferre nõ poteſt, imo neceſſaria lex ſtabilivit, ut quod creſcit, decreſcat, quod oritur moriatur, & quod vigeſcit, areſcat: ideo vetuſtate declinare fundatas Religiones, aut inimici hominis ſuperveniente malitia collabi poſſe non inficiandum. Collapſas vidimus multas, ſæpeq; inſtauratas: & inſtauratas ac reformatas de cætero declinari poſſe fatemur; ideo deformitatem earum depingere decernimus, ut quando in cæperit infirmari obſervantia dignoſcatur, & fugiatur; etſi intromiſſa fuerit, abhorreatur, abominetur, eliminetur que per nova germina recolletionum, inſtaurationum, & reformationum.

2 Non referam ſpecialis, & nominatæ Religionis deformitates, ſed in cõmuni depingam, ut quiſq; quod ſuum eſt ibi cognoſcat, & deteſtetur. *Non adverſus ordines* (ait Ioãnes Nider, lib. 1. ex Bern. Apologia circa medium) *ſed pro ordinibus exclamare putãdus ero: quia nõ ordines in hominibus, ſed hominũ vitia reprehendo.* Et S. Greg. hom. 7. in Ezech. *Melius eſt* (ait) *ut ſcandalum oriatur* (quando Religioſorũ diſcolorũ vitia memorantur) *quam veritas relinquatur. Vidi quoſdam* (ait Hiero. to. 1. Ad Ruſticum Monachum, fictum depingens Monachũ) *qui poſt quã renuntiavere ſæculo veſtimẽtis dũtaxat, & vocis profeſſione, non rebus, nihil de priſtina converſatione mutarũt. Eadẽ miniſteria ſervulorum, res familiaris magis aucta, quam diminuta:*

Ioannes Nider.

S. Grego.

S. Hiero.

ta: idem apparatus convivij, &c. & post pauca. *Nunc autem (subdit) sub Religionis titulo exercentur iniusta compendia, & honor nominis Christiani, fraudem magis facit, quam patitur. Quodque pudet dicere, sed necesse est, ut saltem sic ad nostrum erubescamus dedecus publicé extendentes manus pannis aurum tegimus: & contra omnium opinionem plenis sacculis morimur divites, qui quasi pauperes vixim us.*

S. *Brigit.* 3 Christus Dominus S. Brigittæ, lib 8. Revel. cap 28. Regulæ novæ, deformationes Religionum provenire asserit extractione Regulę, & cõstitutionum ipsarum. *Per illas vineas dissipatas* (inquit) *de quibus modo dixi, prius quam Regulam audires, intelligo Regulas illas, quæ iam non tenentur sicut amici mei, inspirante Spiritu veritatis, eas dictaverunt: sed propter erapulam, & Mundi delectationem à via recta recesserunt.* Dixerat enim Christus Dominus, cap. 2. antedationem Regulæ Salvatoris quam Brigittæ dictavit. *Ego sum sicut Rex potentissimus, qui plantavit vineas suas, & fecerunt optimum vinum multo tempore. Tandem inimicus eius seminavit in eis semen pessimum, quod in tantum crevit, & se dilatavit, quod palmites vinum portare non poterant, nisi cum magna difficultate. Servi autem Regis dixerũt ad eum: Domine consideravimus vineas tuas; & invenimus in eis valde paucos palmites portantes vinum. Illud pessimum semen, quod ad nihilum valet, nisi ad comburendum, ultra modum excrevit, &c.* Ergo palmites si carefacti in Religionibus, non ferentes fructum primæ plantationis, ad nihilum valent, nisi ut mittantur in Gehenam. Alludit optimè ad id.

S. *Bern.* quod S. Bernard. serm. 9. in Cœna Domini tradit de Monacho frangente præcepta Regulæ, & charitatis mandata non servante (hæc enim per vinum optime intelligitur, nec probatione indiget.) *Sed ille* [Monachus inquit) *qui Charitatem non habet, qui eius non servat sermonem, iam non est eius* (scilicet

Nos. Christi, qui datus est in præmium observãtibus Regulam, ut artic. 1. dicebamus.) *Quod ergo erit præmium istius? Ignis & sulphuris amnis: mors, & infernus præmium eius. Vtinam tu natus non esses, si tibi talis debetur hæreditas.*

S. Isi-

4 S. Iſidorus, tom 2. lib. 2 de officijs Eccleſiaſt. ſex Mona- *S. Iſidor.*
chorum genera annumerat: bonorum tria, ſcilicet Cœnobitas, ut quos Acta Apoſtolorum commemorant de communi viventes, Eremitas ut Baptiſta, Anachoretas, qui poſt xxx annorum probationem in Cœnobio ſolitariam, & inacceſsibilẽ eligunt manſionem; Malorum vero alia tria genera ſunt. Primum apparẽtes Anachoretæ, qui è Cœnobio ſine probatione exeunt ad ſolitudinem, quia obedientiæ iugum portare non valent, nec humilitatis ſpiritum acquiſierunt, & ſic liberi, & ſine iugo, ut ſeparati, & incogniti habentur, ut boni. Secundum eſt Circũcellionum, qui habitu Monachali vagãtur venalem circumferẽtes hypochriſim, nuſquã fixi, nuſquã ſtantes: alij ſe fingunt Spiritum Dei habere, alij membra Martyrum (vera, vel falſa] pro devotione portant, & dant. Alij ſimbrias, & filactoria dilatant vanam venantes gloriam. Alij ęriniti imaginem Samuelis. & Eliæ, ac Eliſæi præ ſe ferunt, alij per Provincias fictos conſanguineos quærunt, ut quæſtus uberiores faciant, qui, ſi cognoſcantur Monachorum nomen blasfematur. Tertiũ genus eſt Proprietariorum Ananiam, & Saphiram ſectantes Ægyptiorum lingua Sarabaitæ, ſeu Rennuitæ dicuntur. Hi cellulas ſibi eligunt quas vocãt Monaſteria, ſed ſuo ſubarbitrio vivunt. Hi certatim laborant, non ad eleemoſynas faciendas, ſed ut acquirant pecunias. Apud hos affectata ſunt omnia, fluxæ manicæ, caligæ follicãtes, veſtis groſsior, crebra ſuſpiria, viſitatio virginum, detractio Clericorum, & quamvis ieiunantes ſe fingant, ſi quando dies feſtus venerit ſatiantur ad vomitum. Petrus Sutor Carthuſienſis *Petr. Sut.*
infra adducendus, ex cap. 1. Reg. S. Benedicti quinque genera Monachorum deducit, Cœnobitarum, Anachoretarũ, Sarabaitarum, Fictorum Eremitarum, & Girovagorum. Et ſextum genus ipſe addit præſentis temporis deformatorum, eorum, ſcilicet, qui paſsim diſſoluti, ſeu deformati vocantur. De his ergo eſt noſter ſermo, quia qui ad formam quam profeſsi ſunt vitam non componunt deformati merito dicendi ſunt, & eorum vita abominabilis.

Hos

Hugo. 5 Hos deſcribit Hugo de Clauſtro Animæ, c. 11. his verbis: *In deformato Monaſterio omnia reperies, per quæ Religionis forma corrumpitur: quia ibi Prælatus negligens, diſcipulus inobediens, otioſus iuvenis, ſenex obſtinatus, Monachus curialis, Religioſus cauſidicus, habitus pretioſus, cibus exquiſitus, rumor in Clauſtro, lis in Capitulo, diſſolutio in Choro, & circa Altare irreverentia.*

Pet. Sut. 6 Petrus autem Sutor, lib. 1. tract. 3. c. 12. de his Monachis diſſolutis longiorem facit ſermonem in hunc modum: *Denique* [inquit] *eos ſubnectamus, quos Diſſolutos vocari diximus. Hi ſunt qui Religioſam vitam, probatamque Regulam profeſſi, ſuis nullo modo votis reſpondere volunt. Apud eos ſiquidem Obedientiæ iura paſſim violantur quibus, ſi forſam ab eis audiatur, hoc vel timore pœnæ, vel captandi favoris, benevolentiæque, vel certe conſequēdi officij gratia efficitur. Sed quid de Paupertate? Eam ſane, vel potius inſanè, velut peſtem exoſſam habentes, quas poſſunt opes congregant, officia ambiunt, quæ vel invitis maioribus pertinaciter obtinere non verentur: peculium recondunt, ſectantur proprietatem, quam hactenus ita coluerunt, ut Chriſti patrimonium inter ſe partiti ſint miſera tamen, inæqualiq; partitione: cum unus eſuriat, alius ebrius ſit; unus abundet, alius habeat nihil.*

7 Prorſus ſi vitæ auſteritatem quæſieris, invenies craſſos vultus, ventreſq; obeſſos. Nihil ibi frugalitas loci habet; at multo, tum cibo, tum Bacco indulgetur. Carneſque delicatiores ſæpe vorantur. Lineæ inſupercamiſiæ (quibus vel Pontificio iure Monachi interdicuntur) lecti quoq; molles, veſtes pretioſæ, caligæ oblongæ, aliaq; id generis permulta (quæ Monaſtico rigori adverſantur) apud quoſdam in uſu habentur. De ſilentio, ceremonijs, obſervantijſq; antiquis nulla eſt cura, nulla ferme in templo reverentia, nulla devotio. Enimverò divinū officium, ita percurritur, ut Deus irritari, potius quam mulceri videatur. Quid plura? Moroſi mores componere negligentes, Regularia inſtituta non currūt. Monaſticam deniq; obſervantiam peroſi, præter veſtem, tonſuramque nihil habere videntur Religionis prævaricatores Monachi, quibus hic ſermo eſt.

Quæ

8 *Quæ forte, aliaq; innumera fuerant, & tolleranda, & reticenda, si ipsis in Claustris dumtaxat admittererentur. At verò cum publica sint, quis reticere possit? Quis inquam coarguere palam non habeat, quæ exleges Monachi in propatulo peccare non verentur? Videas etenim quosdam ex eis brevi admodum veste, nodoq; axilari decurtatos mercatorum speciem præ se ferre. Alios cernas non tantum marsupia, sed ipsa quoque scapularia quandoque serica gestare. Invenias etiam quosdam se ipsos mirantes, cincinatos habere capillos. vestes sæculariter confectas, superbum incessum, sermonem turgidum, quãdoque etiam turpissimum. Invenias in quam qui passim se dominos Priores appellare iubent, Monachi enim nomen exhorrent: deberent quando Monachi appellantur, Cæsarem appellare. Cur ita? Nempe quod efficiantur hoc pacto gravi contumelia, non secus ac si perversum hominem quis studiosum nuncuparit.*

9 *Denique si huiusmodi Monachorum portenta moneant, ut resipiscant, statim excandescunt contumeliosis sæpe verbis monitores deturpantes, sed etsi fortè ad eos reformandos quispiam nervos intendere cœperit, mox lites suscitantur, male sana consilia petunt, faxores aucupantur, argumenta conquirunt, distortas somniant interpretationes, suis nituntur corruptelis, & omnibus denique modis curant, ut non curentur, laborant, ut frustra laboretur, agunt, ut nũquam ad salutarem exitum cœptares agatur. O quis sufficiat huiusmodi perditos mores enarrare! Enimvero, qui omnia diligenter lustrare voluerit, inveniet hanc profanam vivendi licentiam cæteris de quibus locuti sumus peiorem esse.* Nos.

10 *Hæc autem retulimus, non ut rideamus, sed pijs defleãtur lachrymulis precesque fundantur apud Altissimum, quo pristinam Monastici ordinis dignitatem instaurare dignetur. Lapsa est supra modum, iam videtur Sol obscuratus, Luna in sanguinem versa: obscuratum aurum, mutatus color optimus, filij eius perditi, dispersi lapides Sanctuarij in capite omnium platearum. Iam senuit Isaac, caligaverunt oculi eius, cana est Religio. Iam cum Nabuc-Donosor* (Dan. 2) *arbores statuamque grandẽ honorũ: iam cum Pharaone boves, divitiarũq; spicæ: cum Pincerna, &* Pistore

Ioel. 2. G. 31. Thren. 4. A. 1. Gene. 27. A. 1. Danie 2. E. 31. Gene. 41. A. 1. & 60.

Pistore panes, caliceſque divitiarum ſomniantur. Quid verbis opus? Dereliquerunt plerique fontem aquarum viventium, ſuam ſcilicet Regulam, Regularemque Obſervantiam, cuius vix unum antiquum fruſtum reperire eſt. Foderunt autem ſibi ciſternas diſſipatas, excogitantes quaſdam inventiones humanas, ceremonias ſupervacaneas, novellos ritus: denique gravem, tædioſamque ſervitij, ſeu orationum copiam, cum quibus Religioſæ devotionis æquæ nullo modo continere poſſe creduntur. Hæc Sutor.

11 Hinc ſtatus Angelicus Monachorũ deformatus, & corruptus converſus eſt in damnatorum Angelorum infernũ, & pro laudibus divinis hæreſes, blaſfemiæ, & id genus multa exordium ſumpſerunt, miniſtrãtibus apoſtatis Monachis perditiſſimis per ſuggeſtionẽ Apoſtatę Angeli. Depravatorum Monachorum recenſet vitia, & malum exitũ augurat Petrus Blomevena Carthuſ. in opuſc. Doniſ. Carthuſ. de inſtitutione Novitiorũ, & concludit: *Vnde fit, ut continuè ſe ipſis efficiãtur deteriores, terreni frigidi, aridi, vani, inſipidi, tenebroſi, capitoſi animales, pueriles, magni, & glorioſi in oculis proprijs; & fari in oculis Dei. In quos Diabolus poteſtatẽ accipiens, varijs eos tentationibus agitare non ceſſat.* Horum perditiſſimam deformitatẽ lamentatur Ioan. Lanſpergius, ſer. 3. S. Hugonis. *Perijt* (inquit) *Religio, perijt Regularis honor, parũq; abeſt hodie apud nõnullos, ut Monachum nõ recenſeant inter Chriſtianos.* Exierũt ſiquidem Religioſi multorum malorum, & hæreſum Authores: Sergius Mahumeti Magiſter Monachus fuit. Begardi, & Beguini, de quibus ſupra 3. p. tract. 11 art. 1. deſtruentes verũ ſpiritum initium dedere hæreſi dãnatæ in Concilio Vienenſi. Lutheranæ hæreſis ab uno abominabili Monacho Martino prodijt. Hinc Doctor Martinus Olanc Theologus, ac Capellanus Caroli V. Imperatoris Max. oratione habita in Concilio Auguſtu. & Doct. Pelargus in alia apud Concilium Treverienſe palam aſſeveraverunt, ex malorum, & pravorum Religioſorũ ambitione, qua honores vitæ corruptæ copulare curaverunt Germanicas hæreſes ortas, necnõ & alias omnes, in quibus magna ex parte Religioſi perditiſſimi intervenere.

Blomevena.

Lanſpergius.

Nos.

Hinc

12 Hinc Colonienſis Diœceſis cupiens facinora Religioſorum emendari, dicere auſa eſt ſequentia verba: *Nulla re magis per hanc tempeſtatem fœdata eſt Chriſti facies quam profugorum Monachorum, & Sanctimonialium perfidia, atque flagitijs. Quorum, ut erat vitæ inſtitutum prius arctum, & ſanctum, ita eo abiecto abſque omni freno ad quævis flagitiorum genera provoluti ſunt. His enim autoribus natæ ſunt hæreſes ſacrilegia, inceſtuoſa connubia, & ſacrorum omnium profanatio. Neque ab alijs magis quam ab his, quos iſti ſeduxerunt ſunt hæc mala defenſa, atque promota, Deo magna ſeveritate opus eſt, ut flagitioſiſſimum hominum genus reprimatur, atque ab Eccleſia Fidelium, ne plures eorum contagione inficiant, ſubmoveantur.* Quanto ergo obſervantium Religioſorum cœtus laudandus extollendus, ac imitandus; tanto deformatorum, & non obſervantium odiendus, execrandus, fugiendus, & extinguendus, ne Eccleſiæ Dei, quod illi afferunt augmenti, iſti afferant nocumenti. *Colonien ſis Diœſe.*

13 *Audi fili mi* (verba ſunt Eccleſiæ Dioniſio Carthuſiano, feria 3. poſt Paſcha è cœlo facta, dum orans pro eius fœlici exaltatione in ecſtaſim raperetur: & habetur in eius vita ad finem 4. lib. ſentent.] *Audi* (inquit) *fili mi voces, & gemitus Matris tuæ: perpende ſingultus, & lamentationes doloroſiſſimæ, fideliſſimæ, & affectuoſiſſimæ Matris. Pungunt & penetrant me intollerabiles, amariſſimique dolores, ipſis quoq; inferni doloribus, quodammodo graviores.* Et cauſam doloris enarrans memor antiquæ gloriæ, iam fœdatæ ob pravos Fideliũ mores ad Religioſos pervenies, ait: *Doloribus abſorbeor dum recolo qualis fuerim undeque fulgens, de adverſarijs meis præclare triumphãs, innumerabilibus turmis devotiſſimorum Religioſorum utriuſque ſexus coruſcans, collegijs quoque innumeris, & conſtitutis perſonis in ſacris ordinibus in timore Dei, & obſervantia Regulari cõverſantibus præornata! Inſuper in quatuor Mendicantium ordinibus gloriabar, in quibus abundavi perſonis, literatis, ac fervidis regulariter, exemplariterque viventibus per quos ſaluberrime fructificavi ad converſionum profectum, ad beatitudinem plu-* *In vita Dionyſij Carth.*

rimo-

rimorum. Sed heu, heu, heu, iam omnia ſunt everſa, deformata, & lapſa. Obſcuratum eſt aurum, mutatus eſt color optimus. Et ego ipſa òlim tam gratioſa & pulchra, tam potens, ac ſplendida, deformis effecta ſum, exanguis, & hiſpida, egena, infirma, & conculcata, atque ad angulum Occidentis redacta, & coarctata.

ARTICVLVS. III.

Tenentur Religioſi, & maxime Prælati, cum vident Religionis obſervantias frangi, zelo amoris, & iuſtitiæ frangentes admonere, ut emendentur.

VIri Religioſi habentes zelum Dei in ſe intuentes labi obſervantiam, aut lapſam iam ſui Inſtituti, charitate pleni zelo zelantes honorem Dei, & Religionis, ſuis ſalutaribus monitis, & acclamationibus delinquentes monent, ut reſipiſcant, & meliori modo, quo poſſunt de inſtauranda obſervantia curant: nefas enim eſſet aliud, dum ſcientia, & prudentia ſuppetit, aliter agere. Dixi ſcientia & prudentia, nam his deficientibus, quandoque, quæ neſciunt, reprehendunt, & phantaſtica tantum delicta, ſine veritate reprehenduntur ideoque, & pax turbatur Fratrum, & veros zelatores ſuſpectos reddunt, ut quando veras trãſgreſsiones eliminare curãt, non audiantur. *Sapientia eſt Deus* (ait Bernar. ſerm. 19 in Cantica) *& vult ſe amari non ſolum dulciter, ſed & ſapienter. Vnde Apoſtolus: Rationabile* (inquit) *ſit obſequium veſtrum: alioquin facilime zelo tuo ſpiritus illudet erroris, ſi ſcientiam negligas.* Pax ergo conciliabitur ſi ſermo ſit ſale conditus, & debitis circunſtantijs viriliter agatur.

S. Bern.

S. Thom. De zelo vero, & ſancto, ait S. Thom. *1.2* q. 28. art. 4. *Zelus ex intenſione amoris. Manifeſtum eſt enim quod quando aliqua virtus intenſius tendit in aliquid, fortius repellit omne contrarium, vel repugnans.* Videns ergo Religionis charam obſervan-

vantiã dilabi, quã diligit Religiosus fidelis in promissis votis, non potest non dolere de transgressione tanquã cõtraria perfectioni, quum amat, & ideo vehementer repellere curat.

2 Obligatur etiam Religiosus observans zelo iustitiæ: ex doctrina enim eiusdem S. Thomæ 2.2. quæst. 58. art. 5. & 6. *S. Thom.* Iustitia legalis disponit hominem in ordine ad bonum commune, ut procuret quantũ in se fuerit non minui, nec lædi per se, vel per alium: & sic intuitu communis boni reformatio, & instauratio conandata est. Vude optime S. Bernardus, serm. de Nativitate S. Ioannis Bapt. *S. Bern.* *Ferveat in nobis etiam* (ait) *zelus iste charissimi, ferveat amor iustitiæ, odium iniquitatis. Nemo fratres vitia palpet: peccata dissimulet nemo. Nemo dicat: Numquid, custos fratris mei ego sum? Nemo, quod in se est æquanimiter ferat, cum viderit ordinem deperire, minui disciplinam. Est enim consentire silere, cum arguere possis. Et scimus, quia similis pœna fit facientibus, & consentientibus.*

Hoc zelo percitus Seraphicus Doctor in Stimulo amoris, cap 11 dolens de declivio Religiosi status, ait: *Quis dabit* *S. Bonav.* *capiti meo aquam, & oculis meis imbrem lachrymarum, ut die ac nocte plorare valeam perfectorum statum quasi ad nihilum iam redactum. Nam terra culta divinis Consilijs, & Christi exemplis, spinas, & tribulos germinat pro frumento.* Et S. Ephren in serm. Asce. de vita Religiosa, eodem zelo in eadem verba prorumpit. *Quis dabit* (inquit) *capite meo aquam, & oculis meis fontes lachrymarum, ut deplorem in desinenter diu, noctuque magnam relaxationem instituti nostri Monastici, hac nostra ætate, prob dolor, nimis invalescentem. Nostra institutio* (post pauca *relictis vijs rectis per præcipitia fertur, asperasque vias incedit. Non est mitis, non humilis, non quietus, non disciplinatus.* Et alio in loco. Adversus eos, qui vitiose vivunt. *Aspicio* (inquit) *præsentis disciplinæ negligentiam, & ferre nequeo, at cum Propheta doleo, qui ait: Vidi prævaricantes, & tabescebam.* Denique S. Antonius à Padua, serm. sexages. *Sed heu* (inquit) *quantæ scissuræ, quanta schismata, quantæque divisiones, & dissensiones sunt in petra, id est, in Religione, super quam, si ceciderit*

divini Verbi semen, non fructificat, quia non habet humorem gratiæ Spiritus sancti. Vere ibi scissuræ, ubi lis in capitulo, dissolutio in Choro, murmuratio in Claustro, gula in Refectorio, carnis petulantia in Dormitorio. Sic clamitant omnes suæ Religionis amatores ruinam, quam recuperare affectant.

3 Omnes Religiosi ex fervore charitatis quo ad perfectionem aspirant, tenentur & ex zelo iustitiæ non tantum esse boni in se, sed & procurare, quod sui propositi Sodales boni sint per Regularium observantiarum indemnitatem; sed Prælati strictius ad id tenentur ratione sibi cõcrediti muneris, de quo optimè Seraphicus Doctor Opusculo de Sex alis Se-
S. Bonav. raphim, c. 3. ubi primã alam decernit esse in Prælatis, zelum iustitiæ pro observantijs. *Prima ala* (inquit) *Rectorum animarũ, est zelus iustitiæ, qua non potest aliquid iniustum sine cordis murmure in se, & in alijs sustinere. Tantum enim quisque bonus æstimandus est, quanto plus, & purius odit malum. Quantum enim res diligitur, tantum de eius destructione doletur.* Vbi postquam quatuor genera bonorum explicuit, quartum genus ad Religiosos adaptat, & maximè ad Prælatos, qui zelo iustitiæ omnes observantias Religionis integre observari, & ab eis declinari, non debẽt sustinere, sed totis nisibus procurare, quod indemnes serventur. *Prælatus enim* [subdit] *Vicarius Dei cui data est potestas à Domino super familiam suam & cui debent subditi ea de causa vice Domini obedire, si non corrigit delinquentes, permittit sub se vitia crescere, & consuetudines malas oriri, & iam exortas roborari, & dilatari, si viderit observantias Regulares dilabi, & transgressiones multiplicari, & pro posse non obviat, tam præsentibus malis quam imminentibus, triplicem Deo red-*
Sapien. 6. A. 5. 6. *det rationem. Primo pro sua negligentia, quoniam non fecit ad quod officio tenebatur: nam ait Sapientiæ 6.* Cum essetis Ministri Regni illius non recte iudicastis, nec custodistis legem iustitiæ, neque secundum voluntatem eius ambulastis. Horrendè, & cito apparebit vobis, quoniam iudicium durissimum his qui præsunt, fiet, &c. *Secundo, quod omnia peccata subditorum, quæ poterat, & debuerat correxisse, & præca-*

visse

visse imputantur ei: unde dicitur. Ezech. 35. Si non fueris locutus, ut custodiat se impius à sua via, ipse in impietate sua morietur, sanguinem autem eius de manu tua requiram. *Tertio pro abusione honoris, & potestatis sibi collatæ, quam ad propriam gloriam, & commodum retorsit, & non ad quod data est ei.* Tollite ab eo talentum (ait Christus) & inutilem servum eijcite in tenebras exteriores. Ibi erit fletus, & stridor dentium. *Ostendat ergo bonus zelator, quantum diligat Deum in eo quod beneplacitum eius in se, & in alijs promoveat; nec ab hoc zelo molestat per desidiam, nec labore lassetur, nec consilijs flectatur, nec astutijs circumveniatur, nec amicitia, nec blandimentis deliniatur, nec minis terreatur, nec per diuturnæ pravæ consuetudinis præscriptionem desperet, quin suum officium exequatur.* *Ezechie 33. B. 8.* *Matth 25 C. 28. & 30.*

5 Sanctum hunc habere zelum donum Dei est, & effectus amoris eius iuxta illud Augustin. in Psalm. 118. Cont. 28. *Æmulationem Dei suo Spiritu ispirat Fidelibus Deus: amoris enim est; non livoris.* Ideoque Religiosus, & Prælatus hoc zelo insigniti gratias agant Deo. Væ Religioni, & Cogregationi tali custodia, præsidio, & virtute orbatæ. In hoc enim Religiones, quæ in sua intigritate, & decore conservantur, & quæ declinaverunt, & deferbuerunt á decore, & spiritu primevo, quod illæ Zelatores hobuerunt, istæ illis destitutæ sunt. Nec semel dilapsæ instauratæ sunt, nisi zelo communis boni interveniente. *S. August.*

6 Nec Religiosi nomen qui zelo caret meretur cum ratione sta-us Angelos imitari oporteat. Unde Ambros. in illud Psalm. 118. *Tabescere me fecit zelus meus: dignitatem zelus commendans ait: Angelis sine zelo nihil sunt, & substantiæ sue amittunt prærogativam, nisi eam zeli ardore sustentent.* Et ne quidem Religiosi, & Angeli, hoc zelo dedignandi sunt, cum & Dei proprium sit. *Et quod miramur* (prosequitur Ambros.) *si Angeli zelum habent? Ipse Deus Pater ait: zelans zelabo Ierusalem zelo magno. Quia Deus Magnus, ideo & zelus eius magnus est, & pro unius cuiusque potentiæ qualitate, ita & zelus, aut mediocris, aut magnus est. Zelo vindicatur Ierusalem, zelo Ec-* *S. Ambr. Psal. 118. S. 139.* *S. Ambr. Zach. 1. c. 14.*

Pſal. 68. B.10. *cleſia congregatur, Zelo Fides acquiritur, Zelo pudicitia poſsitur: Dominus quoque Ieſus ait: zelus domus tuæ comedit me,* &c. Deformitas ergo, & teporcuiuſvis Religionis, hoc ſancto reformetur Zelo & ſic idem Ambroſius proſequens encomia ſancti Zeli illud Apocalypſis. *Suadeo te emere à me aurum purum*, & de Zelo dictum credit: *Hic* (inquit) *eſt Dei Zelus, hic eſt Fidei vapor, devotionis fervor, qui nos velut ſuavem cibum in Chriſto remollit & formar.* Hoc inſigniti ſunt omes Religionum Fundatores, hoc omnes reformatores, & inſtauratores ad antiquam formam deformatas Religioni deduxerunt.

Apoc. 3 D 18 S. Ambr.

ARTICVLVS. IIII.

Amatores relaxationis, aut excuſantur, ut deſides, autobſtinati inſurgunt contra Zelatores: qui tamen orantes ad Dominum, conſolantur.

NEc viros magnos deterreat difficultas illum exequendo zellum, quando repugnãtiam, imo perſecutiones inſurgere conſpexerint. Tepidi, & laxioris vitæ amatores ſuæ mitigationis propugnatores introducendæ reformationi ſe opponunt dicentes. Nos debiles ſumus, nec ſufficientes ad rigorem obſervantiarum, nec nobis ſuppetit Spiritus ſanctorum parentum noſtrorum, iam tempora mutata, natura enim mutatur, nec tãtos labores ſine mitigatione ſufferre poteſt. Nec poſsibile eſt diu tam arcta obſervantia perſeverare. Horum excuſationem accuſat S. Laurentius Iuſtinianus (de Fletu, & Planctu) eo quod ob voluntatem propriam duras ferre non poſſunt obſervantias, & mentiuntur emẽdationem ſine fructu. *Heu* (ait) *quam rarus in præſenti generatione reperitur, qui cupiat eſſe perfectus! ſecuntur, ut in ſuis voluntates proprias. Quæ à ſanctis dicta, vel geſta ſunt impoſsibilia arbitrãtur, perficere non curant, ſe emendare diſſimulant, conſuetudine ducuntur,*

S. Laurẽ Iuſtin.

cuntur, linguam minimè cohibent continere ventrem expaveſcũt, omne eis licere putant. quod ipſis libet, vix compunguntur, ab oratione, veluti á flagello fugiunt.

Hos ſolo nomine, & habitu Monachos æſtimat Thomas Kemp. 3 part. ſerm. ad Novitios, ſer. 1. *Væ vigis* (inquit) *& diſſolutis Monachis, ſolo nomine, & habitu Religioſis, qui crucem ſuam cum murmure portant, & invitè obediunt, cellam male cuſtodiunt, ſilentium leviter frangunt, labores fugiunt, otia diligunt, orationes breviant, fabulas prolongant ad exteriora proni, ad interiora pigri, ad cogitandum bona torpidi, ad penſandum mala proclives, ad edendum, & bibendum alacres, ad ieiunandum triſtes: ad increpandum faciles, ad ſuſtinendum debiles, ad honores cupidi, ad humilia verecundi: à rigore diſciplinæ adverſi, & ad laxiora ſemper inclinati.* Talis eſt ſpiritus eorum, qui reformari recuſant. *Kempis.*

Etſi mitius de eis loquamur: Hi veluti humilitatis ſpiritu ſe indignos æſtimant tanto favore, ut ſicut Patres noſtri Dei adiuto io obſervantiſsimi fuere, ſic & ipſi. De his optimé Bernardus ſuper illud: *Ecce nos reliquimus omnia*: conditionem miſeram affatur. *Ille quidem ſic* (ait) *ego forte non ita. Delicatus ſum, homo peccator ſum, nec ſuſtinere in tanto labore ſine gratia multa, nec ipſam gratiam valeo promereri. Quaſi ipſa gratia ſit operum merces, quaſi non omnes peccaverint, ut non egeant gratia Dei.* Quando Dominus dixit; *Si quis vult venire poſt me, abneget ſemetipſum, tollat crucem ſuam, & ſequatur me.* Matth. 16. & quãdo dixit: *Omnis qui reliquerit patrẽ, aut matrẽ, aut domum, aut agrum propter nomen meũ centuplũ accipiet.* Matth. 17. Quod nobis Religioſis dictum eſt, nec diſpenſavit in Cruce, nec ſe exemit à dando auxilio pro ſua fidelitate, his qui ſibi non parcunt in tolleranda Cruce, & ex iuſtitia coronam dare. *S. Bern.* *Math.* 16 D. 24. *Math.* 17 D. 27.

2 Qui ergo ſe excuſat á portanda Cruce obſervantiarum ſe indignum præmio reddit. *Neminem Chriſtus excipit* (proſequitur Bernardus contra ſe excuſantes.) *Miſeri igitur, qui dicunt; præter nos: qui excludũt ſemetipſos, & excipiunt à beneficio*

generali. Nimirum indignos ſe iudicant multo magis vita æterna. Si enim abnegavimus nos, non eſt cur afflictioni corporis per arctitudinem obſervantiarum parcamus. *Qui alium abne-*
S. Chryſ. *gavit.* (ait Chryſoſt hom 56. in Matth.) *ſi cæli eum virgis videat, ſi arceri vinculis, quidquid aliud pati eum conſpexerit, non occurrit, non auxiliatur, non flectitur, nec prorſus ullo modo movetur, ceu ille, qui penitus ab illo alienatus eſt. Sic igitur nullo nos pacto corpori noſtro parcere vult, ut neque ſi caditur; neq; ſi pellitur, neq; ſi uritur, nec ſi quid aliud huiuſmodi patiatur, ei parcamus. Sic igitur Chriſtus non dixit tamen: non parcas ſed ſignificantius ac expreſsius: denega te ipſum, pericula ſibi, certaminibus te offer, & quaſi alius hæc patiatur, ſic afficiare.*

3 Nec deſides, ac delicati Crucem obſervantiæ arctæ renuentes Crucem fugiunt, imo duriorem tollunt. *Sicut oſtium*
Prov. 26. *vertitur in cardine ſuo: ita piger in lectulo ſuo* Prov. 26 Quando
B. 14. Religioſus delicijs ſe donat, & molli cubat lecto ad dura aliorum Religioſorum exercitia, & vigilias ſurgere non vult; ibi in lectulo cruciatur ſicut qui maligna febri laborat in lectulo, mollibus ornatus linteaminibus, volvitur in eo nullã aſſecutus
Prov. 15. requiem. Et id expreſſius, c. 15. Prov. dicitur. *Iter pigrorum*
C. 19. *quaſi ſepes ſpinarum; via iuſtorum abſque offendiculo. Nam cum*
S. Grego. *viam Dei appetũt pigri* (explicat Greg. lib. 3. Moral. c. 23.) *eos velut ſpinæ obſtantium ſepium, ſic formidinũ ſuarum oppoſitæ ſuſpitiones pungunt.* Quod é contra fit in iuſtis. *Quia temporalis adverſitatis obſtacula æternæ ſpei, & internæ contemplationis ſaltu tranſiliunt.* Pigri, & deſides Religioſi quaſi in circuitu ambulant ſicut oſtium in cardine, ſemper irretiti formidine auſteritatis obſervantiarũ. *Nunca paſſan adelante, accorralados en ſus miedos, como en ſetos de abrojos; pero los obſervãtes, cõ el anhelo de la vida eterna paſſan adelãte, pareciẽdoles las aſperezas flores.*

S. Bern. 4 Quia: *Vbi eſt amor* (ait Bern. ſerm. 85. in Cãt.) *ibi non eſt labor, ſed ſapor.* Delicati Monachi ſui amatores ſibi maximè blãdi; at ubi amor Dei, vel æternæ beatitudinis acceſſerit, om
S. Auguſt. nia ſuavia videntur. *Quam ſuave mihi* (ait Aug. lib. 9. *Confeſſionum*, c. 1 *ſubito factũ eſt carere ſuavitate nugarum, & quas amittere*

tere metus fuerat: iã dimittere gaudiũ erat ejiciebas enim eas ãme vera tu, & ſumma ſuavitas, ejiciebas & intrabas pro eis omni voluptate dulcior, ſed non carni, & ſanguini. Carnales ergo Monachi, qui revera ſęculo, & delicijs, ac blãdimentis non renũtiarunt, utpote Dei amore carentes obſervantias Regulares refugiũt, ſpirituales autem, dulcedine amoris liniti, Cruces ſua viter portant, & amant.

Confirmãt hanc veritatẽ Bernardi ſuaviſsima verba, ſer. 1. de Dedic. Eccleſ. *Neceſſe eſt* [ait] *vt unctio ſpiritualis gratiæ ad iuvet infirmitatem noſtram, obſervatiarũ, & multimodæ pœnitẽtiæ Cruces, devotionis ſuæ gratia liniens: quia nec ſine Cruce ſequi Chriſtum, & ſine unctione Crucis aſperitatem ferre quis poſſet? Hinc eſt, quod multi abominantur, & fugiunt pœnitentiam; Crucẽ quidẽ videntes, ſed non videntes unctionem. Vos, qui experti eſtis, ecce ſcitis, quia vere Crux noſtra inuncta eſt, & per gratiã Spiritus adiuvãtis ſuavis, & delectabilis eſt pœnitẽtia noſtra: & ut ità dicã amaritudo noſtra dulciſsima.* Hac unctione ſpiritus, & auxilio Dei fruetur, quiſquis Religioſus animoſe pro Deo Crucẽ obſervãtiarũ ſine formidine tullerit, ut ſequatur Chriſtũ. S. Bern.

5 Sunt, & alij diſcoli Religioſi, qui zelatorum voces audiẽtes, & Reformationis propoſitum, ſtatim inſurgunt, & infeſtãt non minus, ac antiqui illi Samaritani, ut diximus, & vidimus, 1 p. trac. 11. art. 1. n. 4. & trac. 13 art. 10. inſurgebant contra inſtauratores Tẽpli, & murorũ Ieruſalem, Machinãdo dolos etiã ad interemptionẽ. De his Gloſ. ord. in 1. Eſd. 4. ſic ait. *Habitant hoſtes Ieroſolymorũ in Samaria, quæ interprètatur Cuſtodia, nõ quod præcepta Fidei, & veritatis cuſtodiãt, qui viſione veræ pacis obſtinatè repugnãt: ſed quia cuſtodiam virtutis penes ſe manere iactant, cũ adverſus mœnia pacis per hæreſim pugnant.* Doctrina ſua, relaxationis amatores, ſuadent ipſos eſſe vere obſervantes, & qualiter invenerunt Religionem, ſic procedendum ſuaviter, & non rigide, in quo conciliant animos in ſe, & irritant in zelatores tanquam ſi novas ſectas introducerent, & ambitionis labe illos inurunt, & detrahunt, ac perſecuntur, ut remedium exortæ relaxationi non applicetur.

Nos.

Gloſ. ord. 2. Eſdr. 4.

6 Hos contradictores, hoſq; detractores Bernar. ſerm. 3. in Dedicatione Eccleſiæ proditores vocat. *Proditores quidem ſunt* [inquit] *quicunque in hoc Domini caſtrum inimicos eius introducere molliuntur, quales ſunt utique detractores Deo odibiles, qui diſcordias ſeminant, nutriunt ſcandala inter Fratres.* Et inimicos quos in caſtrum Domini introducunt huiuſmodi contradictores cenſet eſſe vitia, quæ zelatores avertere conantur á ſuo Claravallenſi Monaſterio: ideoque magno ſupplicio eos dignos iudicat: *Non utique communi* (inquit) *cæterorum morte damnabitur, exquiſitis illum neceſſe eſt interiri tormentis, ſed non modo plus immoror circa iſta, credo melius deinceps ab hac tam execrabili proditione cavebimus, ſtudentes de cætero maiori ſolicitudine non attrahere, ſed repellere vitia quæcunque ſint.* Proditores ergo ſunt, qui relaxationem Regulæ in Monaſterium, aut introducunt, aut tutantur; fideles ergo ſervi, qui zelo honoris Dei, & communis boni eam reppellere curant.

S. Bern.

7 Zelatores, & obſervantes Religioſos monet Paulus, ac inſtruit ne ab inceptо inſtaurationis conatu deſiſtãt, videtes Religionis Regularem obſervantiam frangi. *Quicumque ergo perfecti ſumus* [ait ad Philip. 3. c. 15.] *hoc ſentiamus: & ſi quid aliter ſapitis, & hoc vobis Deus revelavit Verũtamẽ ad quod pervenimus, ut idem ſapiamus, & in eadem permaneamus Regula.* Quia Regulæ Religionum à Deo inſpiratæ ſunt ſervis ſuis Fundatoribus noſtris, in eiuſdem obſervantia, quiſquis perfectus fuerit, manere debet, nec immutari aliter quam, ex divina revelatione, *Imitatores mei ſtote Fratres, & obſervate eos, qui ita ambulant ſicut habetis formam noſtram:* obſervãdi ſunt, & ſequendi illi tãtum, qui Fundatores imitantur, & qui iuxta formam, & vivendi modum, illorum vitam degunt; deviantes enim ab illa ſuſpecti habendi ſunt. *Multi enim ambulant, quos ſæpe dicebam vobis (nunc autem, & flens dico) inimicos Crucis Chriſti: quorum finis interitus: quorum Deus venter eſt: & gloria in confuſione ipſorum, qui terrena ſapiunt.* Non ſine lachrymis referri poteſt quod vocati, & electi ad Crucem Religionis, qui Apoſtolicam habere vitam debuerant, terrenis relic-

Ad Phil. 3. c. 15.

D. á 7. 18. 19.

relictis, terrena quærunt, & delectabilia, lucrum, & commodum in Religione, per humanam sapientiam sues gubernantes greges ventri indulgentes, vanæque æstimationi. *Nostra autem conversatio in cælis est: unde etiam Salvatorem expectamus, Dominum nostrum Iesum Christum, qui reformabit corpus humilitatis nostræ.* Etsi deformatum videamus Fratres corpus humilis nostri Instituti per tot inimicorum Crucis, transgressiones, nostra conversatio sit cælestium: quo tendimus contemplatione, eo tendãt nostræ petitiones, & lachrymæ, ut ipsum inclinemus Salvatorem, qui reformet, & instauret statum Religionis. *Ad Phil. 3. D.20.*

8 Has lachrymas & clamores fervorũ Dei intuitus Christus Dominus, quando vineas dissipatas per fractionem observantiarum dixit B. Brigittæ, lib. 8. cap. 28. Regulæ Salvatoris. *Denique* ait) *amici mei in eisdem Regulis existentes, & talem fratrum suorum discessum cognoscentes, nec quidem per se hoc emendare volentes ex magna cordis anxietate, die, noctuque clamant ad me, cum lachrymis postulantes, quod illi qui se corrigere noluerint citius eijciantur. Et qui se emendare voluerint fructuosi in bonis operibus efficiantur.* *S. Brigit.*

Nec desistere debent zelantissimi Religiosi à proposito instaurandi labentem Religionem, eo quod videant contra ipsos insurgere inimicos Crucis Christi eos persequẽdo, imo & falsa delicta illis imputando, hoc enim consequens est zelo virtutis, pro ipso pati, sic in Veteri, & Novo Testamento quotquot Martyres passi sunt, pro zelo virtutis passi sunt, &c. *Qui arguit impium, sibi maculam generat* (ait Sacra Script. Prov 9) Vide optime S. Gregor. lib. 10 Moral. c. 3 *Plerumque fit* (inquit) *ut cum isti correpta in se mala defendere nequeũt, ex verecundia peiores fiant ac sic in sua defensione superbiant, ut quæ, dum vitia contra vitam corripientis exquirant, & eo se criminosos non æstiment, si crimina & alijs imponant, quæ cum vera invenire nequeunt, fingunt, ut ipsi quoque habeant, quod non impari iustitia increpare videãtur.* Nec pro falsis impositis crimi nibus lamẽtẽtur, quia vitę integritas falsum quẽcũq; reprimet rumo- *Prover 9 B 7. S. Grego.*

S. Hiero. rumorem. *Falſus rumor* (ait S. Hieron. epiſtola 10. de veritate ſervanda.) *cito opprimitur, & vita poſterior iudicat de priori: fieri quidem non poteſt, ut abſque morſu hominum vitæ huius curricula, quis per tranſeat: malorumque ſolatium eſt, bonos carpere, dum peccantium multitudine putant culpam minui peccatorum.* Mendacium ipſum ſe conſumit, & ſine fundamento contra iuſtum prolatum ſtatim debilitatur, & evaneſcit. Præterquam quod Deus ipſe innocentium caulas defendit, quo nil clarius, ac experimento compertius.

9 Denique ſolatio debet eſſe ſentibus corruptellam, & pro ea patientibus, quod poſt labores, fructus confiditur de Dei benignitate, ſi tamen ſine intermiſsione, & in fide preces fundantur. *Ego, qui ſum omnium cordium ſcrutator* (Reſpõ-
S. Brigit. dit Chriſtus Dominus, ubi ſupra S. Brigittæ, *& omnium verborum auditor, ſi aliquos invenero, qui monaſterij ſui errorem corrigere tentaverint, ſuamque Regulam tenere in omnibus, quæ præcipit, ſcilicet in humili, & Regulari habitu, in debitis abſtinentijs, in fuga proprietatis, in obſervantia caſtitatis, & veræ humilitatis, atque in omnibus bonis conſuetudinibus, cooperabor eis, & circumdabo eos dilectione mea, ſicut circumdare ſolet vineam maceria ſua: daboque eis gratiam, ut libenter ſe contentos reddant de ſolis vitæ neceſſarijs, ſuperfluitatem omnem contemnendo. Per quod occiditur talpa radices corrodens, id eſt, diabolica ſuggeſtio, bonas affectiones reſcindere cupiens pravis concupiſcentijs. Cuſtodes quoque excitabuntur, hoc eſt, conſcientiæ eorum, qui de animarum ſuarum ſalute non attendunt expergefiunt, ſe ipſas continuè ſpeculando. Inſuper incraſſabo eos dulcedine ſpiritus mei, qui fortificabit eos ad ſerviendum mihi, qui eos creavi, & ſanguine meo pretioſo redemi.*

TRACTATVS. II.

Poteſtates Eccleſiæ, maximè Generales Religionum certiores facti de deformatione, debent curare de inſtauratione; & quales Viſitatores, Socij, & Conſiliarij ad id muneris eligendi.

ARTICVLVS I.

Ponuntur formulæ literarum pro petenda Inſtauratione.

QVIA quæcunque inſtauratio Religioſa, utpote Eccleſiæ viſibilis, viſibiles habet Poteſtates, â quarum authoritate, & iuſſione dependet, præter aſſiduas ad Deum preces, præter monita ſalutis delinquentibus Religioſis facta, & præter curam inferiorum Prælatorum, ut efficacius res agatur, neceſſum eſt ad ſupremos, quorum interest de remedio providere, preces, ſupplicationeſque dirigere, & ingruentia mala exponere: ideo operæ pretium duxi aliqua exemplaria Epiſtolarum, quibus depinguntur aliquæ deformitates, quę in Religione declinante ad occaſum inveniri poſſunt apponere. Et primo ad Cardinalem Protectorem, ut in proximo celbrando Capitulo de remedio prouideat.

Illuſ-

Peritia curationis Status Religiosi

Illustrissimo, Eminentissimo, & Reverendissimo Protectori sacri Ordinis N.

I. M. I.

2 NOn possum, non, Eminentissime & Illustrissime Princeps quãdo múnus zelosi Protectoris, benigni amatoris, pervigilisq; Custodis totius nostræ N. Religionis, vobis divina dispensatione commissum aspicio, & aliunde eamdem Religionem, sic in extremis laborantem, non clamare. Quid clamabo? Isaiæ 21. *Custos Illustrissime quid de nocte? Custos quid de nocte?* Religio N. instar auroræ ab initio fulgens, & virtutum splendore micans, pagus vineæ Domini Sabbaoth viriditate frondium, palmitum amplexibus, & uvarum fructibus condecoratus, ac stipatus qualiter â Colono sanctissimo P. nostro N. plantatus, ac sepe bonarum legum maioribus nostris relictus est; decursu temporis ad occasum pervenit, & quasi in nocte vineam hanc singularis fœrus depastus est, & in dies depascitur, & sepe undique diruta, etiam vulpes parvulæ demoliuntur eam. Nulla ferè lex tam regularis, quã generalium capitulorum, necnon, & SS Patris Clementis PP. VIII. reformationum illæsa persistit, diversimode frangitur. Ergo ad Custodem clamabo, ut vineæ consulat, ferum prædetur, vulpes capiat diruta restauret, & ad decorem pristinum redigat, & illucescat dies. Clamavi sæpè ad antecessores vestros, clamavi ad SS. Paulũ V. clamavi, & in visitationibus ordinis & adhuc, clamabo. *Propter Sion non tacebo, & propter Ierusalem non quiescam, donec oriatur, ut splendor Iustus eius, & Salvator eius, ut lampas accendatur.* Isai, 62. Si, meritissimè Custos, lampas ardens in hac nocte, & redimens vineã à tali prædatione Salvator oriatur iustus, ac benemeritus Generalis Pastor, cuius splendore decorem pristinum instauret, & Regularem observantiam fultiat. Si talem in tota Religione

Isai. 21 cap. 11.

Isai. 62. A. 1.

ne Pastorem, & in cunctis Provincijs Pastores fideles susci-taret Dominus, procul dubio convalesceret Religio: sed hoc opus Dei est: faxit nostri misereri. At quia ex parte nostri humano, & prudentiali modo restat consulere de medijs, ideo pauca adijciam.

Hic proponuntur aliqua media convenientia ad amputandam ambitionem in electionibus, & alijs malis subveniendis, quæ consulto omitto dicenda in remedijs pro Reformatione infra proponendis.

3 Qui hæc precatur (prosequitur Epistola) est Religiosus (Hic dicat proprium nomen, Provinciam conventum, necnon, & qualitatem suam, & gradum tum in officio, tum in ætate, ac professione, ut de eius zelo, & authoritate inquiri possit aliunde) vera undequaque, & per se nota retuli. Ideo testem, & iudicem adducco Deum, & Dominum nostrum Iesum Christum, ut ante trémendum eius Tribunal à mea obligatione exoneratus compaream. Vestram Eminentiam onero, ut ratione concrediti muneris Protectoris teneatur præfata adimplere. Si personaliter Romam possem adire, idem sanctissimo Domino exponerem. Sed quia ad hoc impotens sum, transvolet charta in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti: & qui huius Congregationis zelosus Protector, benignusque amator extiterit, apud illum supremum Iudicem, Patronum, & advocatum habeat eiusdem Institutorem Patrem nostrum. N.

Detur casus quod supervenit Capitulum Generale. Cui præfuit Emin̄entissimus Cardinalis Protector, & talis electus est Generalis illius Religionis N. natione Gallus, qualis exponens desiderabat, de Religione benemeritissimus doctissimus, observantissimus, expertissimus in officijs Religionis, zelatissimus observ̄atiæ, ut iam præteritus probaverat ev̄etus multis in Provincijs. Sed prohdolor, morte prævento viduata est Religio. Suffecto ergo loco illius alio eiusdem nationis Gallicæ nomine Simone, Author primæ epistolæ, ali̅a tenoris sequentis remisit.

Reve-

Peritia curationis status Religios

Reverendesimo Generali Simoni Ordinis N.

I. *M.* *I.*

Reverendisime P.

5 *Dominus mortificat, & vivificat: deducit ad inferos, & reducit. Dominus pauperē facit, & ditat, humiliat, & sublevat.*

1. Reg. 2. B. 6. 1. Reg 2. Mortificaverat Dñs N. Religionē nostrā permissione multorum malorū; vivificavit, suscitādo nobis Pastorē fidelē N. Deduxerat ad inferos, cum ipso iam (non sine nostri dole) mortuo. Reduxit item ad vitam tanti Simonis in nostrum supremum Religionis caput personam subrogando. Pauperes nos fecit, pauperem spiritu Pastorem auferendo; ditat idem, pro illo tenobis stare faciendo Prælatum. Sperabamus Religionis prolem ab N. relinquendam, humiliavit iam ante partum viduam N. Religionem faciendo: sed nunc sublevat ad eamdem spem, Simonem sucessorem erigendo. Quare? Quia Gallus fratrer. Si enim sine liberis viduæ propinquum fratrem cōcedebat lex (Deut. 25.) ad suscitandum semen fratris: viduatæ Religioni desponsatæ Gallo. Deut. 25. A. 5. detur propinquus Gallus Frater, ut elevetur ad prolem: & quam iam genuerat, in lacem edat.

6 Et rursus: quare sublevat per Simonem Gallum? Quia Simon obediens sonat: *Humiliat, & sublevat.* Si enim teste Paulo: quia *Iesus humiliavit semetipsum, factus obediens usque ad mortem* (Phil. 2.) *Deus exaltavit illum, &c.* Simonem obedientem exaltet ad apicem supræmi Generalatus. Rursus; *Quare dedit illi nomen super omne nomen?* Quia obedientia fuit usque ad mortem, & nomen Iesu salutem omnium nostrum sonat. Igitur Simon Reverendisime videas obedientiam Simonis usque ad mortem debere esse. Alius Simon dixit: *Etiam si oportuerit me mori tecum, non te negabo.* Matth. 26. sed paulo post dictum est ei. *Simon dormis? Non potuisti una*

Ad Phili. 2. A. 8.

Matt. 26. C. 35.

hora

hora vigilare mecum. Quare hoc? Quia magis de virtute propria confidebat. Et ideo ante binum Galli cantum ter Dominum negavit. Si enim Galli cantus, quem Dominus memoravit, non obliviſceretur, nequaquam Chriſtum negaret. Vſque ad mortem obediens ſis Simon Pater, non de tua virtute fidens, ſed de Dei ope, qui timori mortis præfixit modum. *Nolite timere eos, qui occidunt corpus; animam autem non poſſunt occidere: ſed potius timere eum, &c.* Matth. 10. Et ne Galli cautus procul â memoria fieret, factum eſt vt, & Gallus eſſes, & Gallorum voce ad dignitatem aſſumptus. Vigilet ergo Reverendiſsimus Simon ſuper gregem ſuum, & pro animarum ſalute libenter obeat mortem. Ideo per longa itinera, pericula & diſcrimina non terreant Simonis animum. Matt. 10. C. 28.

7 Ambulet feliciter: & ambulabit certe, ſi Galli inceſſum non omiſſerit. Inter tria illa, quorum greſſum Spiritus divinus laudat, Gallum landatum conſpicimus: *Tria ſunt* (Proverbior. 30.) *quæ benè gradiuntur, &c.* Secundo loco dicit: *Gallus ſuccinctus lumbos.* Nomen igitur Galli dabitur Simoni ſuper omne Gallorum nomen, & ſanitas in pennis eius, ſi mortem contemnendo inceſſum Reverendiſsimi N. Gallij in reformanda Religione non fecerit miſſum. Si ſic fiat factum videbimus illud Samuelis, unde exordium ſumpſimus. *Domini enim ſunt cardines terræ: & poſuit ſuper eos orbẽ.* 1. Reg. 2. *N. & Simon Galli*, duo cardines, ſuper quos univerſæ N. familiæ gubernationis pondus poſuit. Prov. 30. D. 31. 1. Reg. 2. B. 8.

8 Concludo ergo quod ſi (Simon Reverendiſsime) divinis iuſsis in moderamine Religionis obediens permanſeris uſque ad mortem, Galli cantum non obliviſcens, de virtute propria diffidens; de divina confidens, Galli nomen extolles per pennas ſanitatum: quales iuſtitiæ Sol Ieſus præ ſe ferebat in giratione orbis, quod ſequitur (& ſemper optavi) complebitur: *Pedes Sanctorum ſuorum ſervabit: & impij in tenebris conticeſcent: Quia non in fortitudine ſua roborabitur vir.* Obſervantiſsimi, & integerrimi Religioſi ſine pedum læſione ambulabũt in via perfectionis tanti Prẹlati tutamine, ne unquam offen- 1. Reg. 2. B. 9.

offendant ad lapidem pedes eorum, quum quotidie discolæ objiciunt, ut cadant à divinis, ad quæ erecti respiciunt, & sicut ipsi in voluptatibus iaceant, ut in oblivione sint projecti, ut ad officia, & prælaturas non ascendant obscurati, & denigrati à filijs Draconis Apocalypseos.

9 Ipse enim, qui ut Stella fulgens alijs claritatem dare oportebat è cælo cadens in terram, clavis potestate abutens.

Apoc. 9 Apoc. 9. *Vidi stellam de cælo* [ait] *descendisse in terram: & data*
A.1.23. *est ei clavis putei abyssi: & aperuit puteum abyssi: & ascendit fumus putei sicut fumus fornacis magnæ, & obscuratus est Sol, & aer de fumo putei. Et de fumo putei exierunt locustæ in terram: & data est illis potestas, sicut habent potestatem scorpiones terræ.*

Dolendum magis quam explicandum. Quando enim Sidus, clavis potestatem habens è puteo peccatorum, & relaxatione locustas ascendere facit ad potestatem in terra habendam, quid aliud faciunt, quam Prælatos in universam Provinciam emittere gubernandam, qui secum trahant, & fumum ad Solem virtutis obscurandum, & aer promptè obedientium Religiosorum denigrandum: & tandem caudis scorpionum miris modis pungendo venenent? Vt sic lacerati probi, & pij in oblivione maneant, & vitæ integritas in scandalum. Igitur, si bonus Antystes sanctorum suorum pedes servaverit, è contra fiet: Sol in splendore conservabitur, & in luce eius ibunt subditi per sanctitatis viam; & impij in tenebris conticescent putei, & in sepulcro oblivionis, & obturescent ora, dentesque eorum confringentur, &c. *Quia non in fortitudine sua roborabitur vir*, sed in auxilio divino. Hoc quotidie exposco: faxit Deus, votis meis non defrauder.

Frustum alius Epistolæ missæ Generali, ut electioni proximi Capituli Provincialis provideat.

HVius miserrimæ Provinciæ miserearis in comitijs celebrandis Provincialibus. Succurræ ei, providendo de opportuno remedio, ut in illa præficiantur præficindi, ut Regularis

laris obſervantia convaleſcat. Non eſt dolor ſimilis dolori meo, dum video meliores, & probiores deſpectos, & perſecutione perſecutos: & indignos, indigna facientes, in honoribus poſitos. Bene cum Eccleſiaſte audeo dicere: *Vidi calumnias, quæ ſub Sole gerũtur & lachrymas innocentium, & neminem* Eccleſ. 4. A. 1. 2. *conſolatorem, nec poſſe reſiſtere earum violentiæ eunctorum auxilio deſtitutos, & laudavi magis mortuos quam viventes, & fœliciorem utroque iudicavi, qui nec dum natus eſt, nec vidit mala, quæ ſub ſole fiunt.* Ideoque hæc prævidens dicebã tibi, melius mihi fore remanere alibi extra Provinciam, *quam videre malagentis noſtræ.* Veniat ergo Reverendiſsime ſuper eos, qui loco tui præſit, & omnia bene dirigat contra iniuſtitias: obſervantiam zelet, deprimat rebelles. Vivas & valeas. 3.

Argumentum ſequentis Epiſtolæ.

11 CVm in ſacro Ordine Minimorum cautum ſit, quód expleto officio Prælatorũ poſteà ſubiecti maneãt, tanto ſaltem tempore, quanto prius Prælati extiterint, contigit reeligi in Generalem Barchinonæ, anno 1629. qui ſufful tus fuerat in Vicarium generalem cauſa mortis ipſius Generalis; & orta difficultate an liceret ſecundùm Statuta? non fuit confirmatus a Pontifice, ſed loco illius venientem è Maurorum captivitate Patrem integerrimum, & probatum virum Summus Eccleſiæ Pontifex Vrbanus VIII. non ſine divino numine ad officium Generalis Apoſtolica authoritate aſſumpſit, & creavit per ſuum Breve: Iniuncti Nobis, &c. Sub dat. Romæ apud S. Mariam Maiorem, die XXII. Martij M. DC. XXX. Pontificatus ſui anno VII. Ad hunc igitur Author gratanter has miſsit litteras.

Reverendiſsimo Generali, Vicario Apoſtolico Ordinis Minimorum Fr. Franciſco â Longobardis.

12 O *Altitudo divitiarum ſapientiæ, & ſcientiæ Dei! quam incomprehenſibilia ſunt iudicia eius* (ut cum Apoſtolo Paulo Rom. 11. loquar Reverendiſsime Pater) *& inveſti-* Ad Rom. 11. D. 33

gabiles viæ eius ! Pagum hunc M. vineæ domini Sabbaoth ex parte, singularis ferus Ambitionis iam pridem devastavit, depopulavit: & ut Ieremiæ verbis deplorem stragem c. 6. *usq;*
Ier. 6. B. 9. *ad racemum colligent quasi in vinea reliquias Israel* (& ut infrà testatur ipse c. 39.) *Reliquias Populi, qui remanserãt in Civitate*
Ier. 39 B. 9. *transtulit Nubuzardan in Babylonem in miseram servitutem.*
Isaï 65. B. 8. 9. Quam vindemiam intuens Isaias c 65 miratus dixit, aliquid invastatum relictum pro domini benedictione in eadem vinea: *Quomodo, si inveniatur granum in botro, & dicatur: Ne dissipes illud, quoniam benedictio est. Sic faciam propter servos meos, ut nõ disperdam totum, & educam de Iacob semen, & de Iudà possidentem montes meos, ut non disperdam totum: & hereditabunt eam electi mei & servi mei habitabunt ibi* Et ipse Ieremias c. 23 huius benedictionis adimpletionem prophetavit dicens:
Ier. 23. A. 3. 4. *Et ego congregabo reliquias gregis mei de omnibus terris, & cõvertam eos ad rura sua, & crescent, & multiplicabuntur: & suscitabo super eos Pastores, & pascent eos.*

13 Multi Pastores ante hac suscitati sunt, & in visitationibus vineam sæpe circumdederũt, sanctissimas leges, & statuta condentes, maximé in hoc præterito sexennio, quando visitationem Hispaniarum egit Reverendissimus præteritus, & curavit ad pristinum decorem nos reducere, ad idque nomine Provinciæ in Generale Capitulum, ut coram Religione tractarem veni, quod & feci: sed prohdolor subortæ difficultates circa legitimationem reelectionis in eadem persona liceret, necne secundum propria Statuta? inefficacem reddiderunt nostram propositionem. Altissimus (cuius iudicia incõprehẽsibilia, & viæ investigabiles) voluit illud permittere, ut maius hauriret bonũ, suscitando novos Pastores, & Ministros ex omni natione: imò & te ex captivitate (ut fertur) reduxit tanquam reliquiam pro benedictione servatam, & ut semen Iacob pusilum M gregem pascas, & reliquiæ omnes crescãt, & multiplicentur ubi devastatio grassavit in omni observantia, & studio virtutum. Sic credo, sic confido, &c. 4. Iunij 1630.

Fr. Antonius Ximenez.

Exper-

Exhortatio ad PP. Minores in Capitulo Generali congregatos.

14 PAter Frat. Ioannetin Niño in Aphorismis Superiorum, cap. 6. n. 54. post aliqua remedia pro reformatione Religionis posita sic subdit. Ad vos ergo (R. Patres) qui Religionis vestrę in vestro Capitulo Generali curam habetis, & radicem infirmitatum nostrarum iam bene nostris, pertinet remedium adhibere. Ad id tenemini. Ad id per tot itinera, labores, & pericula ab universo Orbe venistis, & in Spiritu sancto Congregati estis: *Filij Ephrem intendentes, & mittentes arcum, conversi sunt in die belli* Non sic vos Charissimi, non sic. Imò viriliter agite, & confortetur cor vestrum. Potestis modo ante electionem novi Generalis, non poteritis postea, facta electione Generalis, quia ipse resistet. Nunquam hæc occasio iterum veniet, quia volat irrevocabile tempus. A vobis expectat remedium universa Religio vestra: *spectaculum facti estis Mundo Angelis, & hominibus.* Niño. *Psal.* 77. *B.* 9. 1. *Cor.* 4.

15 Ecce hac Pij V. reformatione ad se nos iterum vocat Medicus. Ambitionibus ne, prętensionibus, & litibus nostris adhuc occupabitur ęgrotus? Quid hoc? dictā ne Pij V. reformationem relinquentes, omnibus curationibus eius ingrati, multa febre frenetici, insanientes in Medicum, qui venerat curare eos (ipso ad meliorem vitam assumpto) quasi excogitasset consilium perdendi familiam suam? *Non est, qui consoletur eam ex omnibus charis eius?* Iudicate vos. Si enim Patris nostri sic peccaverunt, iam non sunt, ut dicta mala reparare possint: & nos iniquitates eorum portavimus, quia mala experimur. Si servi dominati sunt nostri, & usq; modo non fuit, qui redimeret nos de manu eorum: clamate ergo vos, semel, & iterum. Pulsate, & clamate voce maiori, ne forte alij, dormiant, & aperire, nequeant. Clamate pulsate iterum, ut excitentur, & aperire possint. Ne sitis canes muti, non valentes latrare. Est enim consentire, silere, cum arguere possis. *Thre.* 1. *B.* 9. *A.* 2.

16 Estote Reparatores Matris vestræ, festinate ingredi in illam requiem. Redeat scilicet illa sanctissima, & omni requie plena Pij V. Reformatio: & nobis venient omnia bona pariter cúm illa: ut iam non vitu peretur ministerium nostrũ. Omnes clamant, & clamare non cessabunt. Propter hoc hodie, quotidie, & â multo tempore gemitibus inenarrabilibus omnes filij vestri per universum Orbem ad Deum O. M. etiam, & pro vobis, affectuose, & perseverãter lachrymas, orationes, suffragia, & preces fundunt. Ne ergo tantorum, filiorum, vestrorum, lachrymæ, spes, & orationes, sine remedio fiat. Attendite vobis, & universo gregi, quia sanguinem eius (futura, scilicet omnia delicta, quæ modo, resurgẽte dicta Pij V. Reformatione, emendari debetis, & potestis: si non faciatis) de manu vestra requiret dominus, non solùm in futura, sed in præsenti vita. Quod si propter commoditates particulares vestras, quia scilicet in alienis Provincijs contenti nõ estis, sed in propria regnare cupitis, &c. ac propterea commune bonum Religionis vestræ relinquitis: & dictæ Pij V. Reformationi oppositionem facitis: nec de alio efficaci remedio cogitatis: considerate bene verba S. Aug. Epis. *Temporalia perdere timuerunt, & vitam æternam non cogitaverunt: ac sic utrumque amisserunt.* Ita certissimè eveniet vobis. Videte, quid faciatis, & Spiritus sancti gratia illuminet sensus, & corda vestra, Amen.

S. Augus. ser. 49. in Ioannis.

Nos. Hæc Pater Ioannetin, de qua Reformatione nõnulla infra, tract. 5. art. 3. dicemus.

ARTICVLVS II.

Cura Principum Christianorum, Conciliorum & Summorum Pontificum, quam semper adhibuerunt in conservando & instaurando Statu Religioso.

1 QVia Prælatorum officium & gubernatio, nõ propter ipsos Superiores, ut dominentur, sed propter Religio-

gio-

giones, & Congregationes, ſibi commiſſas inſtitutum eſt, ſicut Medicus, & medicina propter curandum infirmum; infirmus verò non propter Medicum, & medicinas, ideo omnes Superiores: primum Papa tanquã ſupræmus totius Eccleſiæ Pontifex, & ſpecialis, omnium Religionum Pater & Generalis, & ut ſolus iam habens authoritatem approbandi, & confirmandi Religiones: deinde Concilia ipſius Eccleſiæ ad quæ etiam pertinet bona gubernatio: præterea Protectores Cardinales Eminentiſsimi, & Illuſtriſsimi reſpectu Religionum quibus dati ſunt benigni amatores, ut puritas obſervantiæ nullatenus enervari, aut violari permittant: Generales etiam, ut capita Supræma ſuarum Religionum veluti ſervi boni, & fideles tenentur ſuum ſervare, & cuſtodire gregẽ, & ſic reſpective alij. Imperatores etiam & Reges, & quicũque bono publico ſtudent, quia toti Eccleſiæ utiliſsimæ, imo, & neceſſariæ ſunt ſacræ Religiones, omnes ſuo modo tenentur cooperari in conſervatione Religionum, & in inſtauratione dilapſarum.

2 Vnde quia Prælati Medici ſunt, ideo audita mala habitudine ſuorum, curare debent de curatione, viſitando infirmos. Quorum morbi cum ſpirituales ſint, & ipſi quandoque magis carni quã ſpiritui ſerviant, laborandum eſt in deducendo radices languoris, quas ignorat infirmus; qua ignorantia data infirmus & Medicum refugit, & remedia ſumere recuſat: attendenda enim ſunt ſigna infirmitatis, quæ ipſe infirmus non advertit, & quanto antiquior morbus tanto difficilior curatio, ea propter Viſitatori, & Reformatori omnia attente ſigna conſideranti parere debet infirmus Religioſus, ſuo proprio ſpreto iudicio.

3 *Adhoc Prælati, ſeu Viſitatores infirmos curent ſtimulis admonitionum, correptionum, & confuſionum, & caſtigationum* (ait S. Bonaventura de ſex alis c. 3. *jungendi etiam fomentis exhortationum, conſolationum, orationum, & promiſsionum: ſi forte convaleſcant de infirmitatibus & fortes fiant. Præcludenda eſt eis via peccandi, & tentationis aditus obſtruendi: quid etiam bonis expedit* *S. Buenaventura.*

dit, ne opportunitas mali faciat eos deteriores. Væ Prælatis qui requiſiti ad emendationem traſgreſsionum Fratrum deſides fuerint, & medicinã nõ paraverint. Dura eis veniet viſitatio. Vide dicta ſuper, Tr. 1 art. 3. n. 4. ex eodẽ S. D. Bonavent.

Nos.

Curam hanc de inſtaurandis, & reformandis Religionibus à primò ſplendore decidentibus habuiſſe Prælatos, conſtat ex ſingularum Religionũ tractatibus tota tertia parte huius noſtri operis: nunc pauca adijctiamus.

4 Principes ergo Chriſtiani petierunt, Summi Pontifices, & Concilia remedia ediderunt. Sic Conſtantinus ille Magnus Imperator in Concilio Nicæno petijt, & procuravit reformari Eccleſiaſticas perſonas Deo dicatas, cœleſti & admiranda prudentia laudata in Concilio, Auguſt. cap. 1. Sic petijt Imperator Ludovicus I. in Ticinienſi Concilio his verbis: *De reſtauratione Eccleſiarum, de ordinatione Xenodocorum, de Monaſterijs vîrorum, ſeu ſerminarum: quidquid in præfatis. Ordinibus extra ordinem eſt, aut per negligentiam Præpoſitorum, aut per deſidiam ſubditorum, vehementer cupio ſecundum Dei voluntatem, veſtrumque ſanctum Concilium, ſic emendari, ut in conſpectu Dei, neque ego reprobus ſim, neque vos, neque Populus in commiſsis iram ſuæ indignationis incurratis, &c.*

Concilij Angeſtin. Ticinien. Concilij

Idem petijt Carolus Magnus Imperator in Concilio Achiſgranenſe, Thuronenſe Cariloucnſe, & Maguntino. Nec minorem Zelum D. Sanctius, cognominatus Magnus, Imperator ac Rex Navarræ, Caſtellæ & Aragoniæ, cuius opera refformata ſunt multa Monaſteria Benedictinorũ, in Navarra, Caſtella, & Aragonia: inter quæ fuerunt S. Salvatoris Leierenſis, & etiam S. Ioannis Pinnatenſis, nec non S. Salvatoris de Oña. Eundem, etiam habuerunt Reges Caſtellæ Ioannes 1. & 2. de reformandis Religionibus, zelum. Idem etiam ardentiſsime procurarunt Reges Catholici Ferdinandus, & Eliſabeth impetrantes Apoſtolicas litteras, pro Clauſtralibus reformandis. Carolus V. Imperator M. & eius filius Philippus *II.* Hiſpaniarum Rex in hoc ſolertiſsimi fuere. Sic Apoſtolica authoritate, & ad inſtantiam Philippi *II.* Pater

Achiſgr. & alia Cõcilia.

Phi-

Philipus Meneſes viſitavit Mercenarios Caſtellæ, & Gallecíæ & in Regno Toteleti Ferdinandus del Caſtillo, & in Aragonia Ægidius Mõtanus. Carmelitas viſitarunt in Regni s. Caſtellæ, & Legionis Fratres Ioãnes Cuevas, & Petrus Ferdinãdez: in Regnis Aragoniæ, Valẽtiæ, & Navarræ, Fr. Michael de Herrera. Ordinẽ ſanctiſsimæ Trinitatis viſitaverũt in Regno Caſtellæ, & Toleti P. Didacus Horozco, in Bethica Auguſtinus Salutius, & in Regno Aragoniæ Fr. Ioãnes Salmãticẽſis. Ordinẽ Sylvestrinorũ authoritate Sixti V. viſitavit & reformavit Fr. Thimcthæus Bothonus. Hieronymus Xavier, anno 1598. viſitavit Monaſteria S. Benedicti Regni Navarræ. Et tẽpore Philippi *III.* aliqua eiuſdem Ordinis Monaſteria viſitavit Fr. Andr. Valaguer Epiſcopus Orihuelæ, anno 1602. Et nõnulla alia Monaſteria Fr. Ioãnes Pereda, & Thomas Ramirez, anno 1612. Ac denique Prioratus ordinis S. Ioãnis Hieroſolimitani in Regnis Caſtellæ, & legionis viſitavit P. Bonifacius Ferrer Cõfeſſarius *P*rincipis Philiberti, & idem in extraneis Regnis alij Catholici, & Chriſtiani Reges impetrarunt, in quo non immorandum.

5 Innumera Cõcilia reformare Religiones procuravere, ut clare colligitur ex Concilio Thuronenſi, cap. 25. tom. 3 Aurelanienſi 1. c. 21. tom. 2. & alia Synodo in Francia celebrata tempore Zachariæ *P*apæ, ut habetur in fine tom. 3. & alio Vermis habito tempore Regis Pipini, & in Concilio Maguntiæ, c. 11. tom. 2. nec non etiam Auguſtę, ubi præfuit Otthonus Cardinalis S. Balbinæ, c. 12. to. 5. & Treverenſi. Notabile circa hoc fuit Conciliũ Lateranenſe, ſub Innocent *III.* ſæpe cõmemoratum: ubi convenerunt pluſquam duorũ millia Patrum: ibi enim, c. 12. relato. c. in ſingulis de ſtatu Monachorum iubetur omnibus, per univerſum Orbem diſperſis Religionibus, ut ad conſervationem ſtatus, & meliorationem Religioſæ vitæ celebrent ſua capitula, ut modo fit: & quod omnes advocẽt duos Ciſtercienſes, ſive S. Bernardi ordinis Abbates, á quibus inſtruantur in Religionum regimine.

Concilia multa.

Conc. Later ſub Innoc. III.

6 Sed Cõciliũ Tridentinũ omnia præterita ſuperat in cura re-

reſormationis ſtatus Religioſi, per duo & viginti capita diſcurrens omnem Religionum reformationem complet Sacroſancta Synodus, ſeſſ. 25 decreto de Regularibus, ex quibus, & ex alijs ſeſsionibus noſter Gaſpar Paſſarellus ſexaginta, & tres notabiles Canones ad Regulares pertinentes deducit in Compendio noſtrorum privilegiorum, quæ infra referam, tract. 8 art. 1. Et ut quanto affectu id ſtatuant Patres, c. 1. ſequentia referam verba: *Eadem* (inquit) *Sacroſancta Synodus Reformationem proſequens, ſtatuenda eſſe cenſuit. Quoniam non ignorat Sacroſancta Synodus, quantum ex Monaſterijs pie inſtitutis, & rectè adminiſtratis in Eccleſia Dei ſplendoris atque utilitatis oriatur: neceſſum eſſe cenſuit, quo facilius, ac maturius, ubi collapſa eſt vetus, & Regularis diſciplina inſtauretur: Et conſtantius, ubi conſervata eſt, perſeveret, præcipere, prout hoc decreto præcipit, ut omnes Regulares tam viri, quam mulieres ad Regulæ, quam profeſsi ſunt, præſcriptum, vitam inſtituant, & componant, &c.* (ponit vota, & conformitatem in victu, & veſtitu) & paulo poſt ſubdit: *Omniſque cura & diligentia â Superioribus adhibeatur tam in Capitulis Generelibus & Provincialibus, quam in eorum viſitationibus quæ ſuis temporibus facere non prætermittant, ut ab illis non recedatur. Cum compertum ſit ab eis non poſſe ea quæ ad ſubſtantiam Regularis vitæ pertinent relaxari: ſi enim illa, quæ baſes ſunt, & fundamẽta totius Regularis diſciplinæ exacte non fuerint conſervata totum corruat, ædificium neceſſe eſt.* Et ne decreta hæc aliqua vetuſtentur, & in oblivione veniant, perpetuo inſtituta eſt Congregatio Reverendiſsimorũ Cardinaliũ, pro Regularibus, & pro ſacro Tridentino Concilio interpretando, ut non ad cuiuſque ſenſum, ſed ad legitimum & firmum ſtetur.

Nos. Concil. Trident.

7 Summi deniq́ue Põtifices ſanctiſsimi cupientes omniũ Fidelium mores reformari, conati ſunt Religiones omnes ad ſuæ primæ inſtitutionis primevum ſplẽdorem revocare: quia â bono ſtatu Religioſo, Eccleſiæ conſervatio & augmentum dependet. Sic legimus & vidimus feciſſe Innocentium *III.* in fundatione Religionum Prædicatorum, & Minorum ſupra

p:a 3.p tract. 8.art. 5. Quorum Primorum Parentum Dominici, & Franciſci humeris ſuſtẽtabatur Eccleſia Dei, ne rueret. Vidimus etiam ſtatum Religioſum per ipſum multi modis reformari. Et Innocentius IV. in eadem cura fuit, & ſic Hugonem Cardinalem à S. Theodorico, & Guilielmũ Epiſcopum Antachanum, anno 1250. Carmelitas authoritate Apoſtolica viſitare fecit, quibus leges & conſtitutiones dederunt. Et quia anno M CCCXLVIII. propter univerſaliſſimam in toto Orbe peſtilentiam & famem, tanta hominum mnltitudo perijt, ut remanerent Monaſteria deſerta: & poſtea ſine delectu, ut diximus, tract. 8. 3.part. art. 3.n. 14. recepti ſunt multi ad habitũ, collapſa eſt diſciplina Regularis, & ideo, ut Eman. Rodrig tom. 1.qq Reg. q.4. art. 3. Principum Chriſtianorum miniſterio, & Summorum Pontificum fauore factum eſt, ut relaxati ab his, qui obſervantiam Regularem fectabantur, dividerentur. Et diverſa ab obſervantibus, & clauſtralibus eſſet familia.

Nos.

Nos.

Eman. Rodrig.

In eadem cura cõſervantionis, & reductionis fuerunt Alexander VI. Innocentius V. & alij multi uſque ad noſtra tempora, ut videre eſt in Pio V. Gregorio *XIII.* Sixto V. Clemẽte *VIII.* Paulo V. Vrbano *VIII.* quorum aliquas infra referam Reformationes: ex quibus conſtabit ardentiſsimus zelus illorum, & Maximè Clementis *VIII.* Qui ita vigilantiſsimus Paſtor extitit, ut facta perſonaliter Religioſorum viſitatione univerſalia decreta communia omnibus Religionibus de quibus infra, tract. 8 art. 2. & 4. & alia quælibet cuilibet ſpecialia edidit, ac tandem condidit, & ſtabilivit novam, & ſanctam Congregationem Reformationis Regularium, ad quam ex omnibus Religionibus experti, & probi viri vocantur, ut conferant ea quæ pro inſtauratione, & conſervatione Religionum bene viſa fuerint.

Nos.

§ † §

AR-

ARTICVLVS. III.

De qualitatibus, & conditionibus optimi Viſitatoris, de Socijs eius, Conſiliarijs, Familiaribus, ac alijs Miniſtris eius.

Nos. 1 EX dictis 1. Parte maximé tract. 12. de Eſdra ſanctiſſimo, & tract. 13. de Nehemia, & etiam de Eſdra, & tract. 14. de Machabæis abunde ſatis conſtat quales debeant eſſe Viſitatores, quibus commiti debeat viſitatio Populi, aut familiæ reformandæ, qualiter ſe diſponere debent per ieiunia, orationes & eleemoſynas, qualiq́ue zelo inquirere debeant delicta, & adhibere remedia, ut Reformatio & inſtauratio optata opere adinveniatur, quodq́ue nunc compendiare receſſe non eſt, ne opus in immenſum creſcat. Cœterum nonnulla recenſeam, quæ de Prælatis, Prælatorum Socijs & alijs Officialibus Pater Ioannetin Niño in Aphoriſmis Prælatorum, cap. 9. ex D. Bernardo & alis refert.

Fr. Ioannetin Niño.

S. Bern.

2 1. Eligendi (inquit) Miniſtri, Socij, Conſilarij domeſtici, & alij officiales: cura (inquit Bernardus) ut tales ſint, quód in eis requieſcere valeat ſpiritus tuus: videlicet. 2. Qui non ſint attritæ frontis, ſed verecundi, timorati, qui propter Deum officia exequantur, præter Deum timeant nihil: nihil ſperent, niſi a Deo. 3. Qui adventantium, non manus attendant, ſed neceſsitates. 4. Qui ſtent viriliter pro afflictis, & iudicent in æquitate pro manſueris terræ. 5. Qui ſint compoſiti ad mores, probati ad ſanctimoniam, parati ad obedientiam, manſueti ad patientiam, ſubiecti ad diſciplinam, rigidi ad cenſuram, Catholici ad Fidem, fideles ad diſpenſationem, conformes ad pacem, concordes ad unitatem. 6. Qui ſint in iudicio recti, in conſilio provida, in iubendo diſcreti, in diſponendo induſtrij, in agendo ſtrenui, in loquendo modeſti, in adverſitate ſecuri, in

prosperitate devoti: in Zelo sobrij, in misericordia non remissi, in otio, non otiosi, in hospitio non dissoluti, in convivio non effusi, in cura rei familiaris non anxij, alienæ non cupidi, suæ non prodigi: ubique, & in omnibus circumspecti.

3 7. Qui legatione pro Christo fungi, quoties opus erit, nec iussi renuant, nec non insi affectent. 8. Qui, quod verecunde excusant, obstinati non recusent. 9. Qui missi, post aurum non eant, sed Christum sequantur. Qui redeant de terra auri, sine auro: transeant per terram argenti, & nesciant argẽtum 10. Qui quæstum, legationem nõ æstiment: nec exquirant datum, sed fructum. 11. Qui Regibus se Ioannem exhibeant, Ægyptijs Moysem, fornicantibus Phinees, Eliã idolatris, Elisæum avaris, Petrum mentientibus, Paulũ blasphemantibus, negotiãtibus Christum. 12. Qui vulgus non spernant, sed doceant, divites non palpent, sed terreant, pauperes non gravent, sed foveant: minas Principum non paveant, sed contemnant. 13. Qui, non cum perturbatione intrent, nec cum ira exeant. 14. Qui Ecclesias non spolient, sed emundent. 15. Qui marsupia non exhauriant sed corda reficiant, & crimina corrigant, famæ provideant suæ, nec invideant alienæ.

4 16. Qui orandi studium gerant, & usum habeant: & in omni re Orationi plus fidant, quám suæ industriæ, vel labori. 17. Quorum ingressus pacificus, modestus exitus sit. 18. Quorum sermo ędificatio, quorum vita institia, quorũ præsentia grata, quorum memoria in benedictione.

5. 19. Qui se amabiles præbeant, non verbo, sed opere: reverendos se exhibeant, sed actu, non fastu. Nec fortiores, sed prudentiores præferendi sunt. In navibus enim robustior remũ agit, prudentior, gubernaculũ regit: *Pedes suppleri possunt; caput suppleri non valet.* 20. Qui humiles, cum humilibus, & cum innocentibus innocentes: duros duré redarguãt, malignantes coerceant, reddant retributionem superbis. 21. Qui non dé dote viduæ & patrimonio Crucifixi, se vel suos ditare festinent, gratis dantes, quæ gratis acceperunt,

gra-

gratis facientes iudicium iniuriam patientibus, vindictam in nationibus, increpationes in populis.

6 22. Qui de tuo ſpiritu inſtar illorum ſeptuaginta Moyſi accepiſſe cernantur: per quem ſive abſentes contendant placere Deo, placere tibi. 23. Qui ad te redeant fatigati quidem, ſed non ſuffarcinati: ſimul & gloriantes; non quod curioſa, ſeu pretioſa quæque terrarum attulerint, ſed quod relinquerint pacem Regnis. legem barbaris, quietem Monaſterijs, Eccleſijs Ordinem, Clericis diſciplinam, Deo populum acceptabilem, ſectatorem bonorum operum. 24. Qui ſint optimi ſicut leges ſapientes, experti, prudentes notorie abſque amore & paſsione, ſecreti, & unde quaq; integri. Attende eorum verba, actiones, occulos: penetra in quantum poteris eorum corda, conditionem, qualitatem, originem, præteritam & præſentem vitam, amicitias, & omnes alias circunſtantias pro poſſe recognoſcas: *Quia bonum ex integra cauſa; malum autem & ſuſpectum, ex quocumq; deffectu dignoſcetur.*

7 25. Si Miniſter, Socius, Conſiliarius, domeſticus, aut alius officialis, Reipublicæ ſit odioſus, aut prudenter cito reparetur, aut cum reputatione (ne multi propter eum triſtẽtur) tollatur. Namque Reſpublica (*etiam ſi Superior bonus ſit*) non reputat ſanum latera dolentem: nec bene iudicat de Superiore, Socium, Miniſtrum, Conſiliarum, domeſticum, aut alium officialem odioſum habente. Nec ſufficit, quod apud Deum bonus ſit, ſi apud homines communiter malus reputatur. Semper ergo Superior vigilare debet ſuper gregem & paſtores ſuos, ut videat quomodo procedunt omnes.

8 26. Nec cito credas bona vel mala, quæ de Socijs, & alijs familiaribus dicuntur: *Qui enim cito credit levis eſt corde,* Sed caute conſidera, quæ & à quibus dicuntur: *Impoſsibile nãque eſt huiuſmodi Superiores homines abſque emulis, & inimicis vivere poſſe, nec eſſent boni, ſi non diſplicerent malis, Clãdeſtinas ergo & ſuſurratas delationes adverſus Miniſtros, & familiares tuos facile non recipias, magis detractiones cenſueris.* Et hãc generalem tibi conſtituas regulam, ut omnem, qui palam veretur

tur dicere, cùd in aurem locutus est suspectũ habeas: *Quia regulariter semper malus, omnino male loquitur; boni autem non sic* Licèt enim (*inquit Augustinus*) accusare vitia, officium sit sanctorum, modestè tamen loquuntur Sancti. Qui ergo omnino sic male loquitur, ut iniquus reputari debet, nec dignus qui audiatur. Inimici, ipsi se efferunt, ipsi se produnt: non possunt se continere, statim se manifestãt, nec valent passionem occultare, non expectant, ut interrogentur, ut de malis male loquantur. Caute ergo audiendi sunt, imò & severe reijciẽdi, ut & cæteri timorem habeant. Verum vitia domus tuæ, ne ultimus scias, si possis: *Deus* (inquit Gregorius) *cum omnia nuda sint, & aperta oculis eius, mala Sodomorum, non punit audita, sed visa.* S. Aug. S. Greg.

℣ 27. Apud bonos male opinatos officium non conferas, nec apud te recipias, quin prius eius fama reparetur: *Et dico apud bonos*, quia apud malos male esse opinatum qualitas valde consideranda est, ut eligatur. Sed semper antea, quam nova officia conferas, bene de opinione informeris, & scias quomodo se habuit in alijs ministerijs. Lætatur namque valde Respublica, quãdo officia, non largitionibus, nec ambitiosis, sed virtuosis, non consanguineis, sed modestis: non amicis tantum, sed omnibus indifferenter: non ignorantibus, sed sapientibus: non propter intercessiones, sed propter merita: non iunioribus, sed senioribus, non quidem, tám ætate, quàm virtute, dantur.

10 28. *Omnia Sociorum, & tuorum mala imputanda sunt tibi, qui tales aut elegisti, aut admisisti. Tibi namque imputa quicquid pateris ab eo qui sine te potest facere nihil.* Non ergo se ingerat rogans, aut importune extorquens: non enim prece, sed consilio agendum est. Elige eos tu; non ipsi te. Quia ubi non licet quod volo facere, quis locus roganti? Pro quo rogaris, sit suspectus, & si ipsemet absque modestia, & importune rogat, iam iudicatus est. 29. Nec apparentia decipiaris, quia periculum est in cauda, & quod interius malum tegunt principia, posteriora produnt. Familiarium ergo tuorum, quorum cog-

cognoſcis imperfectiones, emendare cura: alijs autem, ne cito credas: forte enim deteriora in ipſis erunt mala. 30. Elige ergo viros, non probandos, ſed probatos: turpe tibi eſt, ſæpius retractare, quòd feceris: & iudicium Superioris frequenter periclitari non decet: *Oportet, quinimo conſiderare diu, quod faciendum eſt ſemel; quia poſt factum ſera retractatio eſt.* 31. Indignitatibus pauci ſunt, qui humiliores, & meliores; multi autem, qui deteriores, ſuperbi, aut elati fiunt. Plures defeciſſe, paucos profeciſſe experimur. Querendi ergo ſunt, quibus, nec deffectus timeatur, nec profectus optetur. 32. Non igitur volentes, neque currentes, hoc eſt (ut diximus) non ſeipſos per ſe, aut per alios ingerentes, ac importune extorquentes, ſed potius renuentes (*ſi tamen alias ſufficiẽtes ſint*) coge, & intrare cõpelle. Et in talibus requieſcet ſpiritus tuus. 33. Nec eligas crudeles, & impios, ſed mites, & Sanctos Miniſtros, ne in deſperationẽ veniant ſubditi. 34. Dei maximum ſuplicium eſt, Superiores ſenes deficere, & prælaturas adoleſcentibus ſine uſu, experientia, & ſine virtute demandari.

11 35. Cœteris paribus, tuis relictis, alijs (*propter inanẽ quamdam gloriam*) præmia conferre, non liberalitas, nec prudentia, ſed maxima inſania eſt. 36. Nec iniquis & inquietis (ut taceant) præmia conferenda ſunt; aliàs bonis, & ipſi virtuti fieret iniuria. 37. Bono genere natus, nobiliq́ue ſanguine ortus, cœteris paribus, præferendus eſt; è contra veró timendus. Eſt namq́ue ambitionis conditio, de Ægyptiorum genere, ſimia, quæ caute fingit, & fraudulenter diſsimulat, *ſed permanere non poteſt.*

12 38. *Sine conſilio nihil facias, & poſt factum non pœnitebit. Ibi enim ſalus, ubi multa conſilia*: nec hoc minuit intelligẽtiam, ſed ſignum eſt prudentiæ: quia ſententia unius, ſententia nullius. Et (*inquit Auguſtinus*) omnis ſenſus illis deeſt, qui nihil ſibi de eſſe putant ubi dixiſti. Meus ſenſus ſufficit mihi, ibi defeciſti: ubi tuo conſilio placuiſti, ibi perijſti. Nec dure, aut pertinaciter tuam ſententiam defendas, ſed cura de bono

S. *Auguſ.*

pu-

publico. Et bene nota, quod moriturus Moyses solicite rogavit Dominum, ut Populo de Duce idoneo provideret. nullum vero in speciali voluit nominare, Num. 27. Hoc fac, nec violenter suffragia aliorum trahas, ne sanguis eorũ de manu tua requiratur.

13 39. In concilio dicant omnes Consiliarij, non omnes simul, sed suo ordine, tacendo reliqui, quando unus loquitur. Et in prima sessione (*maximè in re gravi*) procedant omnes prius dubitando, & rationes pro utraque parte proponendo, quin suam sententiam ullus proferat: & nullo modo aliter fieri permittatur: forte enim Socijs omnibus auditis melius discurretur: & cui affirmativa pars antea placebat, postea sine rubore, & verecundia mutabit sententiam, re melius considerata: & rationibus omnibus iam auditis, & bene perpensis. In secunda autem sessione, si placuerit) primó eodem modo procedere, vel statim verbo, aut scripto, iuxta qualitatẽ negotij, & aliarum circumstantiarum resolvendo, suum quisque placitum, aut sententiam dicere poterit. Cœterum quamvis resolutio, sera; executio festina esse debet.

40. Si quietos, pacificos, & bene opinatos habueris Consiliarios, & ad adulatoribus careas, amabilis eris, & minus inconveniens est, quod Superior sit malus, & Consiliarij boni, quam ê contra: quia facilius unus (*præcipue si sit Superior, & sine consilio nihil agat*) quam multi mali (*maximè non Prælati*) tollerantur, faciliusque multi reducẽt unũ, quã unus multos guta naq; cavat lapidẽ. 41. Prælatis sæpe veritas adeó est odiosa, ut nemo illi veritatem dicere audeat. Tales ergo habeas Consiliarios, qui audeant. Est namque Superiorum calamitas, quod vix aliquem habent, qui eis rem bonam nuntiet. Cura scire, in quod eficis, & revoca, ne durus sis, nec multum tibi sapias: *Sis paratus corrigi. Cum autem* (inquit S. Bonavent.) *tribus de causis soleat requiri consilium, scilicet propter emendationem, ut discatur de quo dubitatur: propter authoritatem, ut magis habeat rigoris, quod per tales consultum fuerit, & propter pacem, ne habeant occasionem murmurandi. Propter pri-* S. Bonav.

mam

mam causam consulendi sunt prudentiores, propter secundam nec nominatores, & propter tertiam omnes ad quos negotium pertinet, sic consulat Superior, ne ipse, & sua præcepta parvi pendãtur.

15 42. Capta iam prudenti resolutione, negotium, aut eius resolutionem contrarium sentienti non cõmittas. Potestatem vero amplam ei concedere oportet, ut secundum circunstancias, & temporum, varietatem procedere valeat. Possent namque res mutari, & ad mutationem infirmitatis, & remedia mutare necessarium est. Sicut imperito agricolæ non debet credi nova plantatio, sic nullius rei cuiquam debet credi magisterium, cuius ille non attingit disciplinam. Hucusq; Iuanmetinus de Visitatoribus, seu Prælatis, & Consiliarijs, & prudenti eorum modo procedendi.

19 Regula autem nostra Minimorum de occulatis Visitatoribus, quos Generalis super vigiles, & Provinciales, quando expedierit mittere potest, brevi compendio qualitates depingit dicens, cap. 10. num. 46. *Qui taliter in lucernis ardentibus Fratrum suorum iniquitates visitent, & emendẽt in vera iustitia, quod misericordiam, non dispergãt ab illa: & ita misericordiam faciant, quod iustitiam ab ea non dividant.*

Regula Minim.

ARTICVLVS. IIII.

Visitatores, & Reformatores debent esse (ut apte fiat reformatio) ex eadem Religione, quæ reformatur, quamvis pauci sint, & non omnino perfecti: sed muniti authoritate Apostolica cum invocatione auxilij Episcoporum, & Principum.

1 Difficultas non modica est reperire Visitatores supradictarum qualitatum: sed de facto quid faciendum prudentia ipsa Superiorum delegantium authoritatem dictabit. De eligẽdo genere Visitatorum & Reformatorum suam etiam habet difficultatem. Num debeant esse regulares ex ea-

eadem Religione reformanda, vel ex alia, aut ſæculares, veluti ſunt Epiſcopi, aut alij ſapientes, & prudentes, quibus bene viſum fuerit, rem committere? Referam, quæ hac de re tradidit M. S. R. & eminentiſsimi viri Cõcionatoris celeberrimi noſtræ familiæ Minimitanæ Fr. Franciſci Tamayo. Ipſe enim Romæ diſcurſũ de neceſſitate reformãdi Religiones fecit, & expoſuit, & ſic ex varijs illius locis placitũ deducã eius.

2 Pater ergo Tamayo, c. 2. n. 9 & 10 inter apparentes, & non veras reformationes quintam ponit ſic: Velle (inquit) reformari Religiones per ſolos ſeculares, ſine interventione ipſorum Religioſorũ, qui eam executioni demandent, reformatio apparens eſt: quia; præterquam quod ipſi Viſitatores, ſeu Reformatores ſæculares minuta, & abſconſa Monaſterij (quæ cauſa relaxationis ſunt) nec videãt, nec poſſint (cum ibi non aſſiſtant) punire delinquentes eos, qui de foris ſunt, erit facere ſicut cum ſæcularibus faciunt; mala corrigere (blaſphemet, vel non, punitus.) Correctio autem Religioſorum dependet ab eradicatione impedimentorum, ne in perfectionem deveniatur, quod extranei cognoſcere non valẽt. *P. Fr. Ioſ. Tamayo Ord. Minimorũ.*

3 Nec etiam [ait n. 10.] vera reformatio fiet ſi ſolis Religioſis curæ ſit reformare. Nam quamvis verum ſit, quòd per eaſdem cauſas, per quas res fit, refici debeat. Atomi cementarij fabricarunt domum, atomi reædificant: pictores formãt imaginem, eamdem ipſi reformãt. Cæterũ quia difficile eſt [ſuppoſita relaxatione) tales inveniri Religioſos quales primi fuerunt Fundatores, imò potius, ſi qui ſunt, zeli quid habentes, ipſi ſe occultãt, & abſcondũt; & ut in plurimũ, deteriores ſtatim in foribus adſũt, ut eis officia tradãtur: quia ipſi tãquã filij huius ſeculi prudentiores ſunt, defectus celantes ſuos, ut habiti tanquã boni ſemper ad officia maiora ambitioſe aſcẽdant. Ac denique æquum nõ eſt eiſdẽ infirmis, qui alio indigent Medico, curam dare curandi: ſed omnes, tàm extraneus Medicus, quàm ipſi familiares de infirmo ſanando tractent.

4 Idẽ P. Tamayo c. 3. n. 5. &c. inter difficultates quas in Reformatione ponunt, & ipſe ſolvit ad quartũ deveniẽdo. In eo

(inquit) multi Religioſi maiorẽ vim demõſtrant dicẽtes: bonum eſſe Religionum fieri reformationes, ſed hoc committendum Prẽlatis proprijs Religionum, abſq; eo quod Epiſcopi, vel alij Prælati ſe intromittãt in aliorum vitas inquirẽdas.

Attendant (ut reſpondeat difficultati inquit) ex quo Tridentina Synodus celebrata, & publicata fuit, curam quã Prælati Religionum adhibuerunt in eis reformandis, ſiquidem (ſic noſtris merentibus peccatis) ipſi maiori indigent reformatione. Et ſicut pro comperto habitum eſt in Concilijs Trevirenſi, & Maguntino, multo tempore monuerunt Alemaniæ Religioſis, quod ſe reformarent, & nil profecerunt, quoad uſque eorum fores penetraret Lutherana hæreſis.

5 Sed ne quis æſtimet (proſequitur) Religionibus iniuriã fieri in eo, quod Epiſcopi intendant eorũ reformationi, at tẽdant quid iuris eis Concilia dederint ſuper Religiones, tã antiquis, quã præſentibus tẽporibus. Conciliũ Tridentinũ cõmittit Epiſcopis licentias pro fundatione Conventuum dare, Prædicatores, & cõfeſſarios Regulares examinare, Monialiũ liberã voluntatem ante profeſſionem exigere, crimina exorbitantia defectu Prælatorum corrigere. Id ipſumque eis conceſſum erat in Concilijs Agatenſi, c. 27. & 28. Calcedonenſi, c. 4. Epaunenſi, c. 10. & in alijs multis Cõcilijs. Et in Concilio Maguntino, c. 20 præcipiebatur, quod fabricata Monaſteria viſitarentur ab Epiſcopis, ut probarent eorum ſufficientiã ad ſervandam clauſuram. Nunc Epiſcopi, nec viſitant, nec ſummariã formant contra Religioſos, cũ hoc proprij Prælati efficiant, ſed antiquitus viſitabãt, & in examẽ deducebant Epiſcopi Religioſorũ mores, & eorũ delicta corrigebant: & non tantũ ſcandaloſa, data omiſſione Prælatorũ (ut modo ex Cõcil. Trident.) Legãtur ſuper hoc Cõcil. Agathẽſe, c 27. Tarraco. c. 11. Iliridenſe, c. 13. Primum Lateran. ſub. Greg. PP.

Optimã circa hoc adducit rationẽ Gelaſius Papa Epiſ. 1. c. 3. ſi enim Epiſcopi Religioſos ad Ordines ſacros ad prædicãdũ, & confeſſiones audiendum promovent, neceſsũ eſt anteà eorum vitas, & mores cognoſcere, ut ſic eorũ animas de quibus

3. Gelaſ. PP.

bus Episcopi reddituri sunt rationẽ, eis cõmendare valeant, & sciãt esse Pastores, non rapaces lupos. Ex X. Còcilio Tolet. c. 3. colligitur, quòd Episcopi, Abbatũ, & Prælatorũ electiones faciebãt: quas modo ipsi Religiosi faciũt per vota secreta. Verũ est, quod propter excessus Episcoporũ hac in re cõtra Religiosos S. Greg. in Cõcil. Lateran. mandavit electiones fieri ab ipsis Fratribus: sic Epist. 11. S. Gregor. lib. 3. & Concilium II. Hispal. IV. Carthaginense, & alia multa eximunt Fratres ab obedientia Episcoporum sub proprijs Prælatis. *S. Greg.*

Hæc dicta sint, ut Religiosi egre ferẽtes, quod Episcopi se intromittãt in reformãdis Religionibus: quod rationabiliter non faciunt, quia non prætẽditur, quòd Episcopi ordinariam super nos habeant iurisdictionem, & perpetuã, sed ad tempus, interim dum introducitur observantia. Si occurente necessitate, Daniel. 13. Puerum elegit Deus iudicem ipsorum iudicum senum; quid mirum, quod circa Religiosos eligantur nunc viri sæculares Probi, & graves Episcopi. *Dan. 13. F. 50.*

6 Dicũt (prosequitur Tam. n. 10) quod si Reformatores sæculares, & extranei sint, Fratres ita suas occultabũt culpas, ut nil iuridice de eis verificetur, bona utensilia celabũt, ne in registro ponãtur, nec in cõmune reponantur. Mãdata, & leges eorũ ex timore, nõ ex amore servabunt, habẽtes illos, non ut Patres, sed ut Iudices, & inimicos. Obstacula sunt hæc ad veram Reformationem, quam optamus. At si daretur cura executionis Ftatribus ipsis (ut iam dicam) adiuncto præsidio Dominorum Visitatorum sæcularium, cessabunt.

7 Deinde, idẽ P. Tamay. c. 4. n. 5. suam declarat sentẽtiã, & dicit. Cõmissarij isti possunt esse, aut sæculares, aut ex alio ordine: & hoc ex una parte videtur cõveniẽs, & plus eis quã relaxatis fidẽdũ: sed obest, quod suprâ diximus delicta nimirũ ab eis celari, ipsosq; timeri, nõ amari. Deinde possunt esse ex eodẽ ordine electi á Dñis Prælatis Congregationis: & ex hoc aliud sequitur incõveniens, ipsi enim divisiones, & partialitates faciunt. Præterea committi potest ipsis Generalibus, & Provincialibus, qui si spiritu, & zelo pollerent, fieret me-

lius, & sine rumore. Quia iurisditio Ordinaria eorũ nil novitatis, aut extraneũ quid ipsis relaxatis afferet: habebũt enim ipsos proprios Pastores, ut Patres. At peccata nostra id effecerunt, quod ipsi, utpote infirmi, potius reformandi veniunt. Quartò deniq; iuxta ea, quæ expertus sum, cõgruentius, & efficacius erit Fr. Visitatores eiusdem ordinis assignari, experientia, & zelo præditos, & sibi comites habere Dños Episcopos tãquã defẽsores in partibus, ubi efficiẽda est Reformatio, quia Fratrem veluti domesticum nil latebit, & aliás cũ superintendentia Episcopi suo muneri satisfaciet, sine fortitudine calumniarum, cum Episcopus oculatus sit testis rectitudinis iniũcti muneris. Nec Fratres audebunt cõtra Reformatores insurgere munitos præsidio Episcoporũ. Hucusq; P. Tamay.

Placitũ Author.

8 Vt meam tamẽ hac in re sentẽtiã proferã, sub distinctione loquar: Aut enim in reformãda Religione omnes eius professores corrupti, & exleges sũt, aut nõ: si primũ iã emortua nõ venit curãda, sed sepelienda, delenda, & extinguẽda: & de hac non loquimur: si secundũ, iã ex his, qui remanserunt sumẽdi sunt Reformatores, & Visitatores, nõ adiũctis Episcopis, tũ propter inconvenientia allata, tũ quia ad perfectã instaurationẽ á me excogitatã, non erit necesse singulorũ crimina, & excessus punire, & dirimere in eadem visitatione, sed suavi, & faciliori modo á nobis assignando, per quem paulatim abusus omnes disinent esse, virentibus multis in virtute, & observantia Regulæ, & nostrarum constitutionum.

9 Verũ est tamẽ, quod ut hoc rectè & efficaciter fiat necessũ est eiusdmodi Visitatores, & Reformatores munitos esse suprema authoritate Apostolica, cum invocatione, si opus fuerit, auxilij Episcoporũ, imò, & brachij Sæcularis. Hoc enim cõforme est decretis Concil. Trid. sess 25 decreto de Regul. c. 22. *Hortatur etiã S. Synodus omnes Reges, Principes Respublicas, & Magistratus, & in virtute S. obediẽtiæ præcipit, ut velinti prædictis Episcopis* (in his in quibus datur eis facultas suprâ Regulares *Abbatibus, ac Generalibus, & cæteris Præfectis in superius cõtẽ dæ reformationis executione suũ auxiliũ, & authoritatẽ interpone*

Concil. Trident.

re,

re, quoties fuerint requisiti: ut sine ullo impedimento præmissa recte exequantur ad laudem Dei omnipotentis. Sic congruum erit fieri in quacumque alia Regularium Reformatione.

10 Nec officit dicere contra nostram resolutionem, quod in Religione relaxata possunt esse paucissimi Zelantes observantiam, imò, & forte pautiores, quám Monasteria reformãda. Et forte impossibile reperire Visitatores in quibus eæ omnes qualitates, quas articulo superiori congessimus, concurrant. *Argum.*

Ad hoc respondetur ergo illud Machab. lib. 1. c. 3. *Non est differentia in conspectu Dei cæli liberare in multis & in paucis n. 18.* Et sic pauci Machabæi, & vicerunt multitudinem Tyrannorum, & instauraverunt Religionem, ut diximus 1 p. tract. 14. art. 2. n. 10. Et ideo pauci boni possunt proficere multis: parum enim fermenti totam massam corrumpit, & per exercitia crescet in eis gratia, & in dies fient perfectiores. Et in eiusmodi principijs, ubi non est copia perfectorum dicendũ venit quod S. Ioan. Chrysost. dixit de Primitiva Ecclesia hom. 10. in Epist. 1. ad Timotheum 3. *Oportet Episcopum sine crimine esse, non vinolentum, &c.* Et quærit S. Doctor: Quare non dixerit Apostolus: *Opõrtet Episcopum Angelum esse, nulli humanæ perturbationi subiectum?* Et respondet: *Quia per paucos huiusmodi invenire fas erat. Episcopis autem plurimis tunc opus fuit, qui Magistri constituerentur: Ne igitur Ecclesiæ negotia, fructusque perirent, ideo modicam virtutem proposuit inquirendam, quippe: sobrium, pudicum, & honestum, multorum commune erat.* Sic in proposito, quamvis actu proprij Visitatores, & Prælati initium dantes instaurationi, perfecti non sint, satis erit, quod sint boni, sine crimine, modesti, benigni, & exẽplares, non vinolenti, &c. Quia hoc opus Dei est, quem oratione pulsare oportet, & sic liber Machab. post præfata verba addit: *Quoniam non in multitudine exercitus victoria belli, sed de cælo fortitudo est.* num. *19.*

Resp. 1 *Mach.* 3. *cap.* 18. *Nos.* 1. *Ad Timotheum* 3. *A.* 2. *S. Chrysost.* 1. *Mach.* 3. *cap.* 19.

11 Idipsum significat nobis illud 2. Mach. c. 1. quãdo redeuntes é Babylonia Nehemias, & nepotes illorum, qui ducti

ti in captivitatem abſconderunt iguem de Altari in puteo alto & ſicco, extraxerũt illum, converſum in aquã craſſam: qua
2. *Mach.* 1. *F.* 22. G.31. aſperſa ſunt ſacrificia, & ligna: *Vtque hoc factum eſt* (ait ſacer Tex.n.22.) *& tempus affuit, quo Sol reſulſit, qui prius erat in nubilo, accenſus eſt ignis magnus* Et poſt conſumationẽ ſacrificij, & laudes divinas Sacerdotum: *Ex reſidua aqua Nehemias iuſſit lapides maiores perfundi* (G.n.31.) *Quôd ut factum eſt, ex eis flamma accenſa eſt.* Etſi propter delicta maiorum noſtrorum, qui frãgentes obſervantias ſervi facti peccati, Altaris ignis, & fervor ſpiritus abſconditus ſit, & in aquam craſſam converſus propter tepiditatem, & frigiditatem amoris Dei: iam nunc de reformatione, & inſtauratione, cum Nehemia tractantes, ſi illum aqueum ignem extrahamus, & nos ipſos actioneſq; noſtras intingamus (quia de cœlo fortitudo noſtra) ablato impedimento peccatorũ (quæ interpoſita Sol iuſtitię Chriſtum in nubilo poſuerant) tali aſpectu, & radijs ſuperfuſi in optato inſtaurationis tẽpore accendentur in nobis ignis magnus ſancti amoris. Et hoc eodem, lapides magni, illi ſcilicet qui ad prælaturas electi fuerint, accendentur in flammam devotionis, ſi tincti fuerint aqua illa craſſa, veteri ſcilicet obſervantia, in qua Religio noſtra fundata eſt.

Gen. 26. *P.*18. 12 Denique, Gen.26. puteos quos fecerant ſervi Abraham ad adaquãdos greges invidentes Palæſtini obſtruxerũt implẽtes humo. At Iſaac: *Fodit alios puteos, quos foderant ſervi patris ſui Abraham, & quos illo mortuo olim obſtruxerunt Philiſtijm,* d.18. Sive iſti ſint ijdẽ numero, & individui putei, quos Phi-
Lyppom. Caietan. liſtijm obſtruxerant, ut ex Hebræo, & Græco vult Lyppomanus, ſive diverſi, ut ex Vulgata credit Caietanus, ſive novi alij: & veteres excavati (quòd ego credo:) *Foderunt in torrente, & invenerunt aquam vivam*, num.19. Putei quos P. Franciſcus de Paula, vel alij Sancti Fundatores ad adaquãdos greges divina gratia, Philiſtijm, inimici ſcilicet obſervantiæ Regularis obſtruxerint humo pravorum morum, modo Iſaac, Reformator filius eius, de eadẽ familia, & eius Socij, ſive novos puteos excavent, ſive eoſdẽ antiquos refodiant, aquã vivã

Gen. 26. D.19.

in

in eis invenient ad totum gregem (universam Religionem) adaquandum, absque eo quod de foris, ex alijs Religionibus veniant Pastores, & observantię.

13 Erit ergo rationabilius per Religiosos eiusdem professionis re formari Religionem, non per Episcopos, aut alios Regulares diversæ professionis: tum quia qui permãsuri sunt nobiscum magis amantur. Sic Ambrosius lib. 1. offic. cap. 4. *Plus certè* (inquit) *diligere debemus, quos perpetuo nobiscum putamus futuros.* Et quia Reformatores exemplo suo Regulam, & ordinationem servantes suadent eos reliquos reformandos imitari. Quodque Episcopi, & alieni Fratres efficere non valent, quia diversę professionis. Et quamvis pauci, & Minimi, divino adiuti præsidio eumdem fervorem spiritus, qui erat deperditus, & eamdem aquam educationis, & doctrinæ excavantes, & laborantes, invenient. *S. Ambrē*

TRACTATVS. III.

De Visitatoris Authoritate, industria, & constantia in perquirendis, & eliminandis omnibus Abusibus.

TRiplex est Inquisitio, alia generalis, quando scilicet Iudex, non quærit de aliquo delicto in particulari, vel de aliqua persona in particulari, sed tantum in communi: An sint delicta in aliqua communitate, vel Republica? Alia est particularis omnino, quando scilicet quærit Iudex: An Petrus sit adulter? an occiderit Paulum? Alia est inquisitio mixta, quando scilicet quærit Iudex de persona in particulari, & de delicto in communi: An Petrus sit criminosus? Vel è contra de persona incõmuni, & de delicto in particulari, verbi gratia. An sciatur, quis hominem istum occiderit? Nos in præsentiarum, non agimus de particulari Inquisitione, aut Visi-

tatione particulari, aut mixta, sed de generali Inquisitione; & rursus non intendo de generali Inquisitione directa in delicta punienda, quæ fit, non prærequisito accusatore, neque infamia, neque semiplena probatione, aut inditijs, ut patet, ex Iure in cap. Relata, & c. Placuit 1. q 1. & in cap 1. de offi-cio ordin: sed de generali generalissima in abusus introductos, quorum authores possunt non esse præsentes, sed præteriti, & iam mortui, & sic liberius deducentur, & nemo timore pœnæ celabit, quia quamvis in ipso sit, excusationem aliquam habere poterit. Radices infirmitatis perquirendæ, ut peritia Medici curationem efficiat.

C. Relata & c. Placuit 1. q. 1.

ARTICTLVS. I.

Modus procedendi Visitatoris in inquirendis abusibus observantiæ Religiosæ: & disponendi Religiosos ad introductionem observantiæ.

1 ACceptis litteris amplissimæ potestatis Apostolicæ, non, ut meri Comissarij ad inquirendum, sed etiam ad determinandum, & definiendum cum legitimo consilio, & assensu illorum ad quos res pertinet Vicarius, seu Visitator Generalis ante omnia debet ostendere litteras suæ delegationis, vel officij in capitulo locali, vel Provinciali, vel tali modo, quod constet omnibus de sua potestate. Nostra statuta Generalia, cap. 7. Romæn. 61. sess. 11. ordinant quod eo ipso, quod intrent Provinciam Vicarij Generales ostendant Patentes litteras, ut inde factis exemplaribus alijs conventibus notificentur, & cap. 3. Barchinonensi, sess. 5. vespertina statut. 8. declaratur hanc ostensionem litterarum debere fieri ipsi Provinciali Provinciæ: ad Provincialem enim pertinet probare: an veræ, vel falsæ sint litteræ Patentes, seu Commissionales. Aliás, nec exequi possunt visitationem, nec tenentur eis obedire. Quod probatur ex C. *Cum in iure*, de offic. Deleg adeó, quod Additionator ad Panorm C. Prætereà de

Statuta Minim.

1629.

c. Cum ex iure.

Add. ad Panorm.

de dilat. num. 4. littera B. dicat, quod iudex Deleg. non potest procedere ante præsentationem rescripti. Et hoc esse in usu probat ad longum Simancas, cap. 43. num. 1. & Felinus cap. Sciscitatus, num. 12. de Rescriptis dicit, quód licét ad translationem iurisditionis in iudicem sufficit scientia, & voluntas Principis exteriori signo manifestata; sed quoad adquirendum exercitium necessaria est præsentatio litterarum. Vnde si pars peteret, sibi ostendi litteras commissionis, & non ostenderentur ei, nihil valeret actus posteâ factus, quia licèt habeatur potestas in habitu, non tamen in exercitio. Quasi non peterent ostendi, sed tacerent iam tacite consentire viderentur Commissionalibus, & sic acta sine illorum ostensione tenerent, quod volunt allegata capita Iuris, & Authores. *Simãcas. Felinus.*

2 Admissis, & acceptatis litteris, convocet Visitator Religiosos in capitulo, & exhortet obligationes status nostri Religiosi, qui vocati sumus in sortem Domini, & vacare studio perfectionis Evangelicæ per observãtiam Regulæ, & cõstitutionum: idque luculento sermone, cum fervore spiritus ostendat, & suadeat: iubeatque pro bona directione orationes fieri, ieiunia, & etusiones lachrymarum, sicut exemplum habemus in sanctissimo Reformatore Esdra 1. p. tract 12. art. 2. & Nehemia tract. 13. art. 10. Quòd & opere ipse Visitator ostendat in fervore orationis, in gravitate humili sine fastu, in frugalitate cibi, in silentio & alijs, quæ introducere conatur. Celebrent Missam Spiritus sancti, & ante omnia visitent Altaria, & qualiter se habeant ad divinum cultum pertinentia. *Nos.*

3 Inquirat à maiori ad minorem omnes abusus quotquot introducti sunt contra Regulam Religiosam, quam professi sunt, & contra constitutiones, & ordinationes, non modo à Capitulis, & Prælatis Ordinis conditas, sed & decreta Concilij Tridentini, & felicis recordationis Clemẽtis VIII. necnon, & quarumcumque ordinationum Congregationis pro Reformatione Regularium. Causasque expoſcat introductionis talium abusuum, & relaxationũ. Easque verbo, & scripto

to per memoriales excipiat, cum excogitatis à quocumque remedijs pro qualibet transgressione. Ne dedigneturſuper hoc audire affabiliter Fratres humiles, etiam Conversos, & Oblatos: nàm aliquando Deus, ea quæ abscondit sapientibus, & prudentibus, ea revelat parvulis, quia Sapientia sæculi stultitia est apud Deum.

4 Hac propositione facta, iniusti possessores, seu Tyranni, ut ita dicam qui ad dignitates, & prælaturas ascenderunt, & non per ostium, qui est Christus, turbabuntur: necnon, & distracti, & ex leges, audito nomine Reformationis, ea omnia quæ suprà tract. 1. art. 4. dicebamus machinantur contra Visitatores Reformatores, credentes, aut actum esse de monarchia eorũ, aut habenas laxatas ad proprias delectationes, & relaxationes contrahendas. Audiamus P. Franciscum Tamayo hac de re cap. 3. num. 11. M. S.

Nos.

Francis. Tamayo.

5 Officit multum Reformationi suprâ id, quod narrari potest, aures præstare calumnijs, & contradictionibus, quæ insurgunt contra executores reformationis, & vexationibus, quas patiuntur, solicitudini in impetrãdo favore á Sæcularibus contra Reformatores, & mille alijs impedimentis quæ se offerunt. Nam si 2. Thim 3. *Qui pie volunt vivere, persecutionẽ patientur.* Quanto magis, qui non solùm pie, verum etiam reformate, & volunt ducere alios ad perfectionẽ? Papa Clem. VII. *Malẽ* (aiebat) *cũ uno Monarcha, quã cum uno Monacho cõtentionẽ habere.* Cardinalis D. Franciscus Ximenez exhaustã expertus est patientia in prosecutione reformationis suæ Religionis in Hispania. Et quamvis in illis gubernandis Regnis suprà modũ laboraffet (cũ à Proceribus Regni contradictiones, nõ paucas passus essent) & in obsidione Oran cõtra Mauros: omnia hæc (*erã cifra*) pro nihilo reputabat comparatione ad reformationem. Non potest carta ferre (viva voce dicẽda) peculiaria infortunia, vultusq; confusionem, quæ passi sunt Reformatores Religionũ, túm nostris, tùm antiquis tẽporibus, fulminatos processus, falsa testimonia, angustias, & præssuras, quas nõ nisi, qui eas passus est narrare valet. De me cer-

2. Ad Timoth. 3. c. 12.

Clement. VII.

to

to dicam, quòd, cum essem, è quatuor unus, quibus commissa fuit reformatio nostri Ordinis in Regno Trinacriæ, seu Siciliæ (& illis minor) ex eo quod tantisper attenta fuerem, quotquot (& nõ paucos) excessus, qui fiebãt, surrexerunt cõtra me omnes Potentatus, qui me terruerunt: & sic, quia debilis, succubui, & res, ut erant, & deteriores remanserunt. Oportet ad eiusmodi negotium magno, & insuperabili abũdare spiritu, ut omnes superare valeat difficultates, quas qui prẽmeditatus fuerit, nolet experiri. Hinc credo quod pauci, aut nullus sciẽter hoc periculũ adire audẽt, & quia desunt veri Reformatores, cessabit reformatio. Dixi veri Reformatores; nam domi manentes, leges reformationis dare, & non se periculo exponere, facile; sed perseveranter, & incessanter usque ad finem: hîc opus, hîc labor est. Hæc Tamayus.

6 Cessare autẽ à Reformatione incẽpta, sine ultimo cõplemento, grande malũ erit, vnde idem P. Tamayo c. 2. n. 12. de octava reformatione apparẽte, & nõ vera hæc dicit. Maior omni etiã possibili deceptio, & unde Religionibus maius evenire potest dãnũ, est initiũ dare, & nõ perficere Reformationẽ, sive hoc sit propter gravissimas insurgentes difficultates, vel quia deficiũt ipsi Reformatores, propter aliquos tumultus, scandala, vel quaslibet aliàs causas. Meo videri si hæc ita fierent maiorẽ Diabolus introduceret pernicieẽ in Ecclesiam Dei, quã alijs vijs ab ipso cognitis. Etenim motis corporis humoribus syrupi potionibus, non pervenientẽ doad evaquationes, morbos erit insanabiles causare, cœnum in lebete aqua pleno movere, & nõ extrahere erit totã turbare aquam, quæ partim anteà pura erat. Melius esset infirmo aliquali valetudine vitã degere, quã initium dare curationi, & non perficere, Dæmõ siquidem in hoc qualificare prætendit relaxationes, ut bonas, vel suadere impossibilem Reformationem. Terminata enim visitatione, si qui remanent, abusus coalescit opinio, quód licebant. Et si forsan alius zelo communis Ecclesiæ boni proponit reformationem Religionis, suadent illi rem impossibilem aggredi, exempla adducentes reformatorum, qui

Tamayo.

de

de hoc agentes nil profecerunt. Et alijs ſuaſionibus ſcripto indignas, ut á propoſito deſiſtant, ſuadent. Hucuſque Tamayo.

7 Oportet ergo Reformatorem viriliter agere nulliqúe difficultati ſuccumbere, ſed proſequi prællia Domini, aut prece, aut vi. Prece id ſuadeat exponendo eis, qualiter Prælati iure optimo poſſent urgere ſubditos omnes ad integram obſervantiam Regulæ, non modo in tribus, aut pluribus eſſentialibus votis, quæ emiſſerũt, ſed etiã in circunſtantijs votorum, & conſtitutionibus, ac obſervantijs intra Regulam contentis, & Iuri communi conſonis, ut ex alibi dictis conſtat 2. p. tr. 1. art. 1. n. 12. & 3. p. tr. 12. art. 16. & ut cavetur in Regula noſtra, cap. 5 n. 19. *In omnibus, quæ ſuæ animæ, & huic ſacræ Regulæ, non adverſantur, ſuis Superioribus humiliter obediant.* Et eſt communis doctrina Theolog. cum D. Thom. 2. 2. q. 104. art. 5. & Quodl. 10. q. 5. art. 10. Gloſſ. c. *Periculoſo*, verbo *Præſentes* S. Bonaven. in 2. d. 44 q. ult. Alex. Alenſ. 3. p. Summæ Theologiæ, Angeli de Clavaſo tit. de Religioſis, n. 30. Sylveſtri de Relig. tit. 6. q. 6. Navarri in Manuali, cap. 23. n. 38. & 39. Vbi quatuor generarerum diſtinguntur, quæ venire poſſunt in præceptum, qualia ſunt: contra Regulam, præter Regulam, ſuprá Regulam, aut deniqne iuxta, vel intra Regulam: contra Regulam non ſunt obedienda, præter Regulam, ſi aliás ſunt honeſta, & non prohibita non tenentur obedire, niſi volentes: ſuprà Regulam, quamvis ſic facere eſſet bonum & laudabile, tamen ex vi emiſſæ profeſſionis non tenetur, quis ad altiores obſervantias, quas non promiſsit. At vero ea quæ ſunt intra, & iuxta Regulam omnes tenentur obſervare, & præceptis parere. Cæterum ſuppoſita relaxatione multorum, hæc adhuc ad quæ tenemur omnes, non ſunt precipienda, niſi ultro volentibns perfectam Regulæ obſervantiam: ſubſtantialia tantum cum mitigatione introducta urgenda ſunt, & arcendi abuſus ac corruptellæ, quæ cum ſubſtantiali obſervantia minime compatiuntur: altiores, & reſtrictiores obſervantias, & uberiora exercitia perquæſtabit per-

Nos.

Regulam Minim.

D. Thom.

Gloſſ. cap. Pericul.

S. Bonav.

Alex. Alenſis.

Angelus de Clavaſ.

Sylveſter.

Navarr.

perfecta Religionis instauratio non nisi volentibus credi licet. Hæc sub edicto veluti prece, & admonitione notificanda sunt omnibus qui contra Visitatores, Reformatores cœperint inquietari.

8 Si sic moniti, adhuc rebelles extiterint, vim addat Visitator procedendo contra eiusmodi perturbatores, & quos repererit in culpa, aut ab officio deponat, si in eo fuerint constituti, aut in aliquo Conventu, vel in exilio reponantur, aut velut membra putrida abscindantur, & extra corpus Religionis eijciantur, iuxta ea quæ tradidimus 1. part. tract. 14. art. 5. de renovatione per Machabæos facta: peccata enim publica, & scandala nullatenus tolleranda sunt, sed penitus abolenda, & nulli cuius vis gradus, & dignitatis permittenda: *Numquam publicam culpam* [ait Ioannetin, cap. 11. num. 8.] *sine pœna relinquat; etiam si aliquando oporteat dissimulare prudenter, & blande punire: curet ad minus, ne peccatum maneat sanctificatum.* Et idem refert ex Bonavent. de Sex alis, cap. 3. *Nec tamen* [inquit] *diligendi sunt mali, seu fovendi, sed tollerandi, maximé, quorum occulta sunt mala & alios non inficiunt, & est spes de correptione ipsorum. Ubi vero ista defecerint, ibi, sine gravi detrimento sustineri, non possunt, & ideò eliminandi sunt, ne putetur eorum pravitas bonis placere. Interim tamen dum tollerantur puniendi sunt stimulis admonitionum, correptionum, &c.* *Nes.*

9 Quód si dicas inde oriri inquietudines inter multos, quas, ut non in deterius eant, tollerare debet Visitator, ne forte, sic adstricti ad ea quorum usum non habent, vel puniti, ac cum detrimento, suæ famæ depositi fiant Apostatæ, imó, & Hæretici, ut omnino exleges sua fruantur libertate.

Hanc movet difficultatem P. Tamayo cap. 3. n. 2. & respondet sic: Non est possibile (inquit) bene mederi ulceribus, sine dolore languentis, quamvis re vera si procedatur dextereitate qualis decet reformationē, poterunt excusari inquietudines. Peius erit remanere semper in corruptis vitæ moribus Reipublicæ, in qua degent, nocivi, & scandalosi. Quando Regina Elisabet (ut refert Garibay in vita Reguin Catholi- *Tamayo.* *Garibay.*

cor.

cor. lib. 4 cap. 5.) instanter procurabat Clauſtrales ad obſervantiam reducere, hac obiecta difficultate urgebant, ut deſiſteret ab intenta Reformatione. Et ut magis arctaretur Regina renuntiarunt ei inter alios caſus (re ipſa viſos ex Reformatione) vidiſſe Monialem quamdam in lupanari religioſo habitu indutam, veloque nigro amictam publice in ſcortum cõverſam. Credebant Reginam caſtiſsimam, & honeſtiſsimam, hoc exemplo turpitudinis audito commoveri, ut deſiſteret à reformatione unde alia oriri poterant peiora. At illa prudenti, & ſapienti reſponſione in hæc verba prorupit : *Quamvis ex Reformatione alius non ſit ſecutus fructus, is ſufficit: æquum enim eſt, ut unuſquiſque in locum ſibi convenientem eat.* Qui vult Hæreticus fieri, eo quod adſtringunt illum, ut bene vivat, non erat ſatis in Fide Catholicus. Et plus officit infecta pecus gregi, manendo in illo, quam extra illum. In illa reformatione Regum Catholicorum multi Religioſi habitum dimiſerunt, nam & Pontifices Summi facilime eis indulgebant ſæculares fieri: & ut poſteà dicemus ad veram reformationem, efficacius non invenitur medium, quam licentiam concedere, imò, & nollentes expellere a Religionibus, qui creduntur in illis magis nocere quam proficere. Hæc Tamaius. Et ſic crediderim talem authoritatem oportere habere Viſitatorẽ, ut hæc omnia ipſe efficere valeat, & adeſo Rrmationem proſequatur.

ARTICVLVS. II.

Quid ſit Abuſus, quantumque noceat, & quomodo Reformator omnes debet abſcindere â Religione?

1 ANte quam abuſus introductos in medium proferamus, quidditatem eorũ premittamus: Abuſus nihil aliud eſt, quam *aliquare perperam uti & nimis licentioſe.* Vnde ſecundum Inſulanum ſumitur, non ſolum pro licentiori morum corruptela, ſed & pro uſu illicito cuiuſcumque rei: & ſic Abuſus ſimpliciter prolatum ſumitur in malam partem ex Iu-

Inſulanus

re 2

re, Rebuff. l. *Bona civitatis*, ff. de verbor. sign. Lucas, l. *usum aquæ*, C. de aquæ ductibus. Hæc ex Poliant. verbo Abusio, & Abusus. Vnde P. Fr. Alfonsus a Iesu Maria, lib. *Peligros, y reparos de la perfecion, y paz Religiosa*, tom. 1. part. 2. disc. 3. §. 5. *Abusus nihil est aliud, quam malum exemplum repetitum, & confirmatum, efficacissimum ad movendum alios.* Fere enim idẽ sunt consuetudo prava in comune introducta, & respectu cuiusque per propriorum actuum exercitia, quæ quasi altera natura compellit: *Magna est consuetudinis tyrannis: adeòque magna, ut per inde cogat ac natura* [dixit S. Ioan Chrys. hom. 7. in cap. 4. Epistol 2. ad Corinth.) & sic sicut pellitur homo consuetudine prava ex mala habituatione ad malum, sic in communitate malum exemplum, & repetita transgressio eorum quæ debent fieri, urget alios ad idem perpetrãdum: *Nocet plurimum conversatio incomposita* (ait S. Laurent Iustin. *De interiori conflictu*, cap. 2.) *deducta in publicum. Quisque sibi licere putat, quod videt in altero.* Et hoc non ideo, quia in alio videatur, licèt, imò, ut abominabile, & nocivum fugiendum. Ideo Chrysost. hom. 56. in Genes. *Si verò perniciosum est* [ait] *etiamsi consuetudo sit, fugiamus, & aversemur.* (Et confirmat S. Basilius in Regul. fusius disputatis interrog. 42. *Non ob hoc statim* [ait] *nos quoque imitari illos par est: & hoc modo authoritate nostra pravam illorum consuetudinem confirmare.* Vnde quando aliquid illicitum fit, & repetita consuetudine perseverat, si videntes imitamur, iam confirmamus, & non modo cõceptus, sed & in lucem editus manet abusus. Hic detestandus, hic exulandus á Religiosa congregatione, de cuius reformatione, perfectaque instauratione agitur.

Faliaus. Alfonsus á Iesu Maria.

S. Chrys.

S. Laur. Iustin.

S. Chrys.

S. Basil.

2 Et similiter Reformator omnes abusus absumere debet, aliâs reformatio nil proderit: *Etiam est apparens, & non vera reformatio* (ait P. Tamay. cap. 2. num. 7.) *instare multum in delendis aliquibus abusibus, relictis alijs*: quia bonum ex integra causa; & qui offendit in uno factus est omnium reus: *Et sicut si quis ad Sacramentalem Confessionem accedens confitetur aliqua peccata, alijs non confessis, non adipisceretur adintentam Sacramen-*

Tamay.

menti gratiam, ſic in Religionibus reformare aliquos, alijs non reformatis officiet perfectam Reformationem, quam intendimus. Hæc Tamaius.

Idem Tamayo.

3 Nec ſufficiet Viſitatori graves culpas introducentium, aut conſervantium abuſus punire, ſi ipſi abuſus non abſcindãtur: *Hæc inventio diabolica orta eſt* (ait idem Tamayo eodem, cap. 2. num. 5. *ut in Catholicam Eccleſiam incredibilia damna introducat, nam vigentibus, & ſtantibus relaxationibus.* Prodijt quaſi ex adipe iniquitas eorum: *Sicut guttæ pinguedinis, aut manantis fontis etiam ſi abſumantur, aut rivus evacuetur, non deſinunt manare, & exhalari: aliæ, manente vivo fonte: ſic quamvis delicta perſonalia puniantur, ſi relaxationes manent intactæ, unde ſimilia oriãtur damna, verbi gratia: Quid prodeſt, ſi puniantur aliquis Religioſus, ut proprietarius, aut in tranſgreſſione Caſtitatis convictus, ſi oſtium manet apertũ ad ſimiles tranſgreſſiones, ſi abuſus, non dandi neceſſaria Religioſo, & licentioſa libertas eundi quocunq; cuilibet placuerit nõ abſcinditur?* Neceſſũ eſt enim radices abſcindere malorũ omnes, quæ ſũt abuſus introducti.

Pſal. 72. 4.7.

Hugo.

4 De his ergo abuſibus, ait Hugo de Clauſtro Animæ quẽ ſuprà, tract 1. art. 2. citavimus: *Duodecim ſunt abuſiones Clauſtri, quibus tota Religionis ſumma corrumpitur. Scilicet Prælatus negligens, Diſcipulus inobediẽs, iuvenis otioſus, ſenex obſtinatus, Monachus curialis Religioſus cauſidicus, habitus pretioſus cibus exquiſitus, &c.*

Ioan. Nider.

5 Ioannes Nider lib. 2. de Reformatione, cap. 16. 17. 18. 19. 20. ſedecim radices deformatæ Religionis congerit, quibus totidem adhibet, c. 10. remedia. 1. Digni, & boni pro Prælatis ponantur. 2. Vitia debite corrigantur. 3. Inutiles officiales, non ponantur. 4. Faciliter in Regula, & ſtatutis, non diſpenſetur. 5. Prælatis rebellio nequaquam fieri permittatur. 6. Tẽporalia Fratribus in nullo appropriẽtur. 7. Raro Fratres, vel cautè cum ſæcularibus converſentur. 8. Studium litterarum præſertim Sacrarum, nõ negligatur. 9. Indocti officijs ſcientialibus, non intitulentur. 10. Nimia mala, ne fiant provideatur. 11. Monaſteria, non nimis mul-

multiplicentur. 12. Fœminis Fratres, non sine magna necessitate conversentur. 13. Viri boni pro posse manu teneãtur. 14. Divitiæ superabundantes caveantur. 15. Pro pace terræ, Deus, & Sancti crebro exorentur. 16. Denique cura animarum in parœcijs Sæcularium ob distractiones, & pericula manendi extra conventus irreligiose, per proprios Fratres, aut non retineatur, aut, ut solúm per solidos regatur, vel in toto adimatur. Sic Abbas quidam in Germaniæ partibus, cum inveniſſet Monasterium plebanum multarum parœciarum, Bullas dilaceravit, & renuntiavit dicẽs: *Malo Ecclesias perdere quam bonos Monachos.*

6 Pater Alfonsus de Iesu Maria Generalis Familiæ excalceatorum Carmelitarum integrum librum composuit, cuius titulus: *Peligros, y reparos de la perfeccion, y paz Religiosa.* Hac de re multa erudite, subtiliter, & minutim refert, quæ longum esset recensere. Et in rei veritate ea omnia quæ suprà, tract. 1. art. 2. deformatam Religionem reddiderunt, ea omnia abusus dici possunt, & per contrarias consuetudines formaliter expellenda sunt. Vt de optime S. Bernard. in Apolog ad Guiliel. Abb. *Aliqua fieri videntur in ordine* (inquit) *absit tamen, ut sint de ordine. Nullus quippe ordo quidpiam recipit inordinatum: quod verò in ordinatũ est, ordo non est.* Itaque omnia inordinata, per quæ publice frangitur Regula Religiosa violantur constitutiones, transgrediuntur mandata Dei decreta, & Ordinationes Summorum Pontificum. & Conciliorum pro bono statu Religioso edita, omnia sunt abusus, & morbi introducti, quæ debilitaverunt valetudinem, & vigorem observantiæ. Dilapsa est Religio, ac color eius optimus mutatus in scoriam. Hanc purgare intendimus, ut antiquus restituatur decor Religionis. Idq; fieret si radices malę, unde tot pullularunt mala germina, abscinderentur omnino, & extrahetentur à Religione: sic convalesceret, sic totaliter restitueretur in integram sanitatem.

Alfonsus à Iesu Maria.

Nos.

S. Bern.

7 Si enim aliquis maneat abusus, per quem observantia frangatur peiores inde fient. Vnde optime Dionys. Carthus.

serm. 4. de S. Laurentio: In *Religiosis* (inquit) *se ipsos, non reformantibus, nec digne proficientibus, inveniuntur, & regnant peiores, periculosioresque pestiones, quam in mundanis hominibus. Ita quod, qui se ipsos iuxta suæ professionis exigentiam non frangunt, nec vincunt, nec coram Deo soliciti sunt, qualiter suæ satisfaciant vocationi, ac professioni, fiunt deteriores, quam fuerunt, aut essent in sæculo*: & serm. 5. Dominic. 5. post Nativitat: *Qui diu in cœnobio est, aut optimus, aut pessimus à Sanctis Patribus perhibetur, ita ut vix medium inveniatur*: de quibus etiam, Card. Bellarm de Gemitu columbæ, cap. 6 lib. 2. cap. 6. pulchram addit similitudinem: *Regulares* (inquit) *similes esse videntur ficubus Hieremiæ, inter quas, quæ bonæ erant, erant bonæ valde; & quæ malæ, malæ valde.*

TRACTATVS. IIII.

Capitale malum est, indignos, & Ambitiosos habere Prælatos: & qualiter tollendi sunt abusus in electionibus eorum.

EX omnibus radicibus ex quibus abusus, & consuetudines pravę sunt ortę in relaxata Religione, duas tantum seligo tãquam capitales, unde aliæ, quibus cradicatis actum erit de corruptione, & relaxatione Religiosi status: *Prima radix & causa malorum sunt mali Prælati, & indigni, secunda iuvenum, & Novitiorum indisciplinatio, mala scilicet eorum educatio.* Et sic omnia media reformationis eo tendere debent, ut boni præficiantur in Prælaturis, & officijs, & selectæ novellę colentur, ac educentur summa cura, & diligentia idoneorum Magistrorum.

ARTICVLVS I.

Turbatur valde Religio, cum regnat ambitiosus: & si qui sunt Superiores observantes, nil propter illum proficiunt.

1 INdecens est improbum Prælatum Religiosos habere, dicente Spiritu sancto Proverb. 19. *Non decet servum dominari principibus.* Hinc tota turbatur Religio, & amota à cardinibus observantiæ regularis ruit, dicente eodem, Prov. 30. *Movetur terra per servum, cum regnaverit.* Qui peccato servit servus est peccati; & liber ac princeps est qui sancte, ac religiosè vivit (ut ex sæpe dictis liquet) Peccata Prælatorum per quæ tota turbatur, & evertitur Religionis observantia videamus. *Proverb.* 19. *B.* 10. *Proverb.* 30. *c.* 22.

2 Multi ambitiosè ad dignitates ascendunt [quæ est iniquitas maxima, non solum ipsis, sed & subditis, quos ad peccandum, & irreligiosè vivendum provocat: (*Malum hoc in universa Ecclesia vagatur* (ait S. Cyprianus de ieiunio, & tentat.) *& communis pestilentia innumerabiles occupat: ut pro gloria huius mundi, qui liberi erant se vendant.* Ecce ambitio servum facit ambientem, quem regnare (Author Proverbiorum) maximum malum est: *Etiam in sinu Sacerdotum* (prosequitur Cyprianus) *ambitio dormit: ibi sub umbra recubat: in secreto calami se fraudulenter occultat, & nihil intentatum ambitio prætermittit,* & S. Chrysost. hom. 43. ad Populũ: *Non est* (inquit) *vitium ita tyrannicum, & ubique dominans, sicut ambitio.* Hoc vitium est, per quod ambitiosus regnans facit turbari terram, & provinciam: *Ut sæpe quidam venti in tranquillum mare delati* (prosequitur Chrysostomus ubi suprâ) *totum ab imo subruunt, ut & arena cum undis misceatur, sic Ambitio, & turpis quæstus animam subeuntes omnia subvertunt. Excæcat mentis intuitum præsertim gloriæ furor.* S. Cyprianus. S. Chrys.

3 Et Beata Virgo Theresia in *Camino de Perfecion* de Mo- S. Theres.

nialibus æſtimationis, & honoris avidis, non admittendis ad aliarum conſortium: *Quia* [inquit, cap. 13.] *neque illæ quieſcunt, neque alìàs quieſcere ſinunt.* Quamvis enim dignitates, & honores obtineant, ibi quieſcere non valent, anhelantes pro maioribus dignitatibus: *Qui aſcendit ad gradum docendi Theologiam* (ait S. Thereſia in Camino Perfec. cap. 36) *non deſcendet ad docendam, Philoſophiam, eſt enim honoris punctus aſcendere, & nō deſcendere. Etſi forte id obedientia præciperet, crederet iniuriā inferri, nec per hoc deeſſent Patroni, aſſeverātes eſſe ignominiā, & Dæmon ſuggereret rationes quæ legi Dei conſonæ videretur. Et ſic inter Sanctimoniales quæ Prioriſſæ munere functæ eſt; redditur inhabilis ad officia inferiora. Ratio eſt* (ſubdit aliquibus intermiſsis) *quia cum appetitus adſit aſcendendi* (*& per hoc non ad Beatitudinem*) *non admittimus, deſcendere.* Sic ergo qui aſcendit prælaturam, ibi non quieſcit, maiora procurans.

Author via ſalut. eterne.

Quod confirmat Author viæ ſalutis æternæ: *Qui ad temporalia, & dignitates* (inquit) *anhelant, in hoc ſaltem decipiuntur, quod, ſi quod cupiunt ſeu ſperant, adepti fuerint, ſtatim deſiderium, & ſpem illorum in longinquum rurſus traſmittunt, & dum quærendis inhiant, quæſitorum, non recordantur: & ſic fit, ut omnia eis deſint, & quæ habent, & quæ cupiunt.*

Innocen. III.

Ioannetin Niño.

4 Conditiones autem eiuſmodi ambientium ex eodem Authore, & Innocentius III de Contemptu Mundi, lib. 2. cap. 26. & 27. aſſumit Pater Ioannetin Niño in Aphoriſ. Prælator. cap. 2. num. 16 *Ambitioſus ſemper eſt pavidus, ſemper attentus, ne quid dicat, vel faciat, quod in oculis hominum valeat diſplicere: humilitatem ſimulat, honeſtatem mentitur, affabilitatem exhibet, benignitatem oſtendit: ſubſequitur, & obſequitur: cunctos honorat, univerſis ſe inclinat, frequentat Curias, viſitat omptimates: aſſurgit, & amplexatur: aplaudit, & adulatur: promptus, & fervidus, ubi placere cognoverit: remiſſus, & tepidus, ubi putaverit diſplicere. Improbat mala, deteſtatur iniqua; ſed aliqua quibuſdam probat, & cum alijs improbat, ut iudicetur idoneus, ut reputetur acceptus, ut laudetur ab omnibus, ut*

à ſin-

à singulis approbetur. Et ecce gravem intra se sustinet pugnam, difficilemque conflictum, dum iniquitas pulsat animum, & ambitio continet manum: & quod illa suggerit faciendum; hæc fieri non permittit. Concludunt tamen in invicem mater, & filia, iniquitas & ambitio, quia in aperto ambitio subsistit, & in occulto nõ resistit. Ambitiosus libẽter agit de principatu, quẽ ambit & dicit: O quando principabitur quispiam, qui âiustitia non deviet in amore, vel odio: qui non corrumpatur prece, vel pretio, qui credat fidelibus, & acquiescat supplicibus: qui sit humilis, & benignus, liberalis, & providus: constans, & patiens, sapiens, & astutus.

5 *Et si forte hac arte non proficit advocat Simonem, promittit & tribuit: & sic quod gratis adipisci non potuit, per fas, & nefas nititur adimplere amicorum suffragio, præsidio propinquorum: tantoque damnationis inflammatur ardore, tanta libidine præsidendi, ut scisma non abhorreat, & scandalum non formidet.* Ergo Pælatus qui ascendit ad officium ambitiosè, vel illud ambitiosè tenet malus prælatus, & indignus est.

6 Quando per hypocrisim, & simulatam sanctitatem ambitiosus regit, abusum magnum affert officio illud siquidem vertit in malum Religionis; non zelo observantiæ, sed intuitu dominandi per fas, & nefas illuc omnia dirigit: finit enim licentiosè vivere, quos propositi sui adiutores invenerit, ut quocunque velint pergant. Fractiones regulæ propter humanam sapientiam dissimulat, lucrum de officio reportat, ut altiora possit ambire, fastu se extollit: & si adhibitis artibus, non suæ prætensioni consonos invenit Fratres, hos punit, & persequitur sub colore iustitiæ, & zeli Religionis. Hinc fautores eius vitia, & dolos gubernatoris, virtutes nominant, quod Bernard. in Apologia vocat: *Magnam abusionem. Remissio* (inquit) *discretio creditur, tristitia silentium reputatur, loquacitas affabilitas, cachinatio iucunditas, molicies vestimentorum, & equorum fastus, honestas: lectorum superfluus cultus, munditia.* Et nihil in laudatum in Prælato secundum carnem gubernante à filijs huius sæculi prætermittitur sub colore virtutis, cum revera omnia emissa S. Bern.

vota, & Religionis obſervantiæ per ipſos, & propter ipſos frangantur.

7 Nam exemplum horum Prælatorum exemplum efficax eſt ad diſſolutam vitam quia, ut ſuprâ dicebamus, abuſus movet efficaciter, & maximè in Prælatis, reſpectu ſubditorum. Patet exemplo Saul erga armigerum ſuum ad terribilium malorum: Sic 1. Reg. 31. dicitur: *Arripuit Saul gladiū ſuum, & irruit ſuper eum:* & ideo ſequitur: *Quod cum vidiſſet armiger eius, irruit etiam ipſe ſuper gladiū ſuū, & mortuus eſt cū eo.* Sic ſubditi, ambitioſo grati Prælato, illum imitãtur in depravatis, & irreligioſis moribus pleni libertate, & pecunijs.

1. *Reg.* 31. *A.* 4.

8 Hinc oritur aliud, non vulgare malum, nam ſi qui Prælati boni, & probi faſtigium aſcenderunt ſine ambitione, vel in eo poſiti ſecundum Deum gubernare cæperint, omnes contra illos tella vertunt, maxime cum ij ſolitarij ſint reſpectu turbæ Prælatorum diſcolarum: quaſi eſſent malæ ſectæ inventores inſurgunt in illos, perſequuntur, & inſaniunt, ut ſuprá dicebamus de amatoribus relaxationis, tr. 1. art. 4. & tract 3. art. 1. & quando vident obſervantias bonorum Prælatorum abutuntur nominibus virtutū, ut Bernardus ubi ſuprà etiam dicebat: *Magna abuſio, parcitas putatur avaritia, ſobrietas, auſteritas creditur ſilentium triſtitia reputatur.* Et ſic maxime quando Superiores Prelati reſpectu inferiorum Prælatorum auxilia, non præſtant) ipſi aut ſuccumbunt, non valentes rebelles domare, aut ſine fructu laborant in propugnanda obſervantia: imò, & aliquando ea quæ deferuntur de Prælatis debite gubernantibus per exleges Fratres corã Superiore illorum cito creduntur, & manus ligant, ut in inceptis, non perſiſtant bonis (forte quia inutiles ſuis iudicant profuturos ambitionibus) & ſic reverentia ſubditorum erga Prælatos immediatos non modo tepeſit, verū etiam repugnat.

Nos.

S. Bern.

9 Hinc optime Ioannetin, c. 7. Aphoriſ. Prælatorum, n. 4. *Si Superior Prælatus es inferiori Prælato uſque ad depoſitionem ſemper in publico opem ſe as: eius [regulariter] noli ligare manus, maxime ſcientibus ſubditis. Nec in eorum præſentia eius facta, ſine*

Ioannet. Niño

sine modo condemnes: nec in absentia aliquid, ut faciat, absolute facere præcipias. Informari desidera (descendam, & videbo) id cupias, id exoptes: id facias, ne decipiaris: aut statim, ea quæ præcepisti, cum rubore revocare debeas: & num. 6. prosequitur dicens: D. Bernardus *scribens ad Innocentium deplorat mala, quæ proveniunt ex eo quod ipse non permittit inferiores Prælatos exercere officia sua: nam recte gesta ab eis destruit: & iuste destructa iterum statuit: Non possunt* [inquit] *Episcopi castigare crimina in sua diœcesi: quia mox refertur causa ad Curiam: & omnes criminosi, tàm de populo, quàm de Clero, quam de Monasterijs currunt ad Pontificem, & redeuntes iactant se obtinuisse tutores, quos magis ultores sensisse debuerant. Quo fit, ut iustitia in Ecclesia pereat, claves Ecclesiæ annullentur, Episcopalis authoritas vilescat.*

10 Et è contra etiam quæ Superiores Prælati ordinate iubent, debent inferiores Prelati ea observare, & executioni mandare: quod non modicum malum est in Religione videre Regulam Sanctissimam, Constitutiones, & Ordinationes Pontificum, & congregationũ Ordinis, ac Superiorum Prælatorum in suis pro regimine bono visitationibus editas, & quia inferiores Prælati, & immediati executores desides sunt, imò contrarium legibus introducũt, non obseruantur & anhelantes pro reformatione plorant, ac sentiunt similes angustias, quas deplorat Ierem. Thren. 4. de Populo Israel: *Parvuli petierunt panem & non erat, qui frangeret eis.* Non dicit: Non erat panis ad saturandos parvulos famelicos, quia Scriptura Sacra, & Patrum traditiones cibus erat solidus, & substãtificus: deficiebant ergo fideles Dispensatores mysteriorum Dei. Sic quando nobis Religiosis desunt Prælati immediati, qui fideliter dispensent, & executioni mandent maiorẽ nostrorum leges, & reformationes, calamitas magna evenit. Qui talia agunt infideles sunt dispensatores, obcęcati sunt passionibus suis, nec aliquid obseruantiæ degustarũt. Ideoq; quod ipsi primi violant, quomodo obseruare facient? Et si monitis id suadeant, quid proderit, si factis cõtrariũ doceãt? *Thren. 4. v. 4.*

11 Adeó grave malum iudicavit hoc Seraphicus Franciſcus, ut Generalatu renunciaret: & ſic ſciſcitanti cuidam Fratri devoto, qui conquerebatur de tali renuntiatione facta: Sanctus Pater inter alia reſpondit: *Dolor mihi eſt, & afflictio magna (Frater) quod ea quæ per magnum orationis, & meditationis laborem â Domino per ſuam miſericordiam obtinui: & quæ in magnam totius Religionis, & fratrum præſentium, & futurorum utilitatem redundant; quidam ex Superioribus authoritate ſua, & mundanæ ſapientiæ evertere conantur, dicentes: Iſta ſunt tenenda, quæ ego contemnenda deputo, & quæ ſervare iubeo, tanquam inania, & negligenda deſpiciunt.* Debent ergo ad invicem omnes Prælati tám Superiores, quàm inferiores in unũ convenire, ut obſervantia religioſa foveatur, & conſervetur, & contrarium facientes ruinæ cauſa ſunt, & relaxationis Religioſi inſtituti.

S. Augin. 12 *Quid iniquius* (dixit Auguſtinus de opere Monachorum) *quam velle ſibi obtemperari à minoribus; & nolle obtemperare Maioribus.* Imò, nec ſatis eſt aperte, non obtemperare maioribus, contraria introducendo, quia hoc ipſo, quod poſitive, non conetur quis introducere malorum leges contrariatur illis iuxta illud, Lucæ 11. *Qui non eſt mecum, contra me eſt, & qui non colligit mecum, deſſurgit.* Quod Caietanus explicans dicit, non dari medium: *Qui non convenit mecum, in bona voluntate, & actione, contra me eſt, non ſolum, non ſuffragatur mihi, ſed & contra me eſt, &c. Itaque* (concludit) *non datur medium inter colligentem mecum, & diſpergentem.* Et iuſto Dei iudicio Prælato inferiori, non obtemperãti legi Superiorum, non obediunt ſui; bene tamen è contra quia dixit Eccleſ. *Qui honorat patrem ſuis iucundabitur in filijs*, cap. 3. & è contra, & ideo Bernard. ſuprá illud, Lucæ 7. *Nam & ego homo ſum ſub poteſtate poſitus, habens ſub me Milites, & dico huic vade, & vadet, &c. Dedit prius honorem* (ait) *Præpoſitis, ut eum á ſubditis iuſtè acciperet.*

Luce 11. cap. 23. *Caietan.* *Eccleſ. 3. & 6.* *S. Bern. Lucæ 7. & 8.*

13 Denique ex ambitione Prælatorum inter alia quæ Religioſis eveniunt mala, illuc maxime anxit timoratorum animos,

mos, & conſcientias, nimirum, quod ſuffragia in electionibus fere nulla libera datur: eo enim pervenit Superiorum tyrannis, ut ſi quis iuxta votum ſuum in conventibus Prælatum non eligant, ob id de conventu in conventum mutetur (colore ſibi queſito forte, ſine veritate) & peregrinus ſemper ſine quiete diſcurrat. Et hoc ita grave vocales iudicant malum, ut metum concipiant (ſuo videri, quia puſillanimes) cadentem in virum conſtantem: & eo capti ſuffragium contra conſcientiæ dictamen præſtent. Et rurſus, ut ad futuras electiones melius diſponantur conventus, mutatio frequens intervenit Religioſorum. Nã conſtitutio illa Clementis VIII. de non mutandis Fratribus intra tres menſes ante electionem, mille concutitur cautelis.

Hinc ſuboriuntur incredibilia mala, nam Religioſi efficiuntur proprietarij anxijq́; in corrodendis pecunijs ad crebra itinera facienda: conventus in ęrumnis magnis ſunt (detractis ſibi eleemoſynis) ad communem fratrum ſuſtentationem, eam non valentes preſtare. Occaſio eis datur, ut abſtinentias debitas in itineribus non ſervent; & alia mala ex occaſione deducta, quæ conſulto, ploranda relinquo.

ARTICVLVS. II.

Ambitio quid ſit? & quas deordinationes incurrat procurans honores? Non effugiet Ambitionis labem honores bono fine procurans, nec ſponte oblatis ante electionem conſentiens.

QVia autem omnium malorum radicem diximus malos eſſe Prælatos, hocque præcipuè fieri per Ambitionem, huius execrandi vitij longiorem ſermonem faciamus, ut dignus eligendus Prælatus (ex quo vera reſurget Religionis inſtauratio) dignoſcatur. Multa de hac materia, diximus in noſtra Eruditione Evangelica, lib. 22. Exhod. 6. & 7. Nonnulla diximus ſuprà 3. part. tract. 13. art. 4. iam nunc alia proſequamur. *Nos.*

Am-

Ambitio importat inordinatum appetitum honoris, dicit An-
S. *Thom.* gelicus Doctor 2.2.quęst. 131 art. 1. & inibi: *Tripliciter* (ait) *appetitum honoris contingit esse inordinatum, uno modo per hoc, quod aliquis appetit honorem supra suam proportionem: alio modo per hoc quod honorem sibi cupit, non referendo in Deum: tertio per hoc, quod appetitus eius in ipso honore quiescit, non referens honorem ad utilitatem aliorum.* Item honor secundum eumdem D. Thom. ibidem, & quæst. 63. art. 3. & quęst. 103. art. 1. *Importat quamdam reverentiam alicui exhibitam in testimonium excellentiæ eius*, & sic honor dicitur, Virtutis præmium: itaque commensurari debent excellentia virtutis cum præmio sibi debito: & quia hęc excellentia, seu virtus à Deo est, non debet appeti, nec teneri honor in reverentiam habentis tantum, sed præcipue Dei â quo manavit. Et quia hæc excellentia, seu virtus, quam Deus dat est quoddam bonum, illud cedere debet, non tantum in habentem, sed etiam redundare in aliorum commodum, ideoque Prælatus, sic honoratus debet esse in bonum communitatis, cui debet prospicere, & si secus fiat in ordinate fiet, & non deerit peccatum ambitionis.

S. *Thom.* 2 Et ut idẽ S. Doctor art. 1. dictæ quęst. 131. ad 2. *Honor quamvis sit præmium virtutis, hoc non est quoad ipsum virtuosum, ut, scilicet, hoc pro præmio expetere debeat, sed pro præmio expetit Beatitudinem, quæ est finis virtutis. Dicitur autem esse præmium virtutis ex parte aliorum, qui non habent aliquid maius, quod virtuoso retribuant, quam honorem, qui perhibet testimonium virtuti.* Et sic quamvis sit honor bonum honestũ, non debet expeti pro præmio ex parte habentis virtutem, aliás privabitur vera beatitudine, si illum inordinate quærit, & appetit: ipsi vero electores, seu Prælati Superiores de hoc curare debent, ut præmient virtutem per exhibitionem ho-
S. *Basil.* noris: *Dignitates verò plane, non convenit* (ait S. Basilius *de vita* Solit. cap. 25.) *appetere Religiosum. Si tamen in hac vita laborum, ac virtutum præmia requirit, miserã sciat esse mercedem, ubi æterna temporarijs commutata amittit. Si verò maluerit hic*

qui

quidem certare, in cælo vero coronas reportare, debet non solum, non affectare dignitates, sed oblatas quoque recusare, ac spernere: ne dignitas huius vitæ, futuram gloriam imminuat. Grande malum privari æterno præmio pro temporali affectato, & procurato: & omnino rationis ordinem everti: *Et hoc modo* (ait S. Thom. ad 1.) *vitiosum est, quod aliquis honorem appetat,* S. Thom. *non secundum ordinem rationis. Vituperantur autem, qui non curant de honore secundū quod ratio dictat, ut scilicet non vitent ea, quæ sunt contraria honori.* Appetitus ergo honoris in nobis inordinatus erit, si illum quæramus, aut optemus quibuscunque medijs: & de illo non debemus curare, sed de vera virtute, quæ ipsa movet, ut alij exhibeant honorem, unde optime Plautus Amp. Plautus.

Virtute ambire oportet, non fautoribus.

Sat habet fautorum semper, qui bene facit.

Ex præfata doctrina sequitur labem incurri ambitionis, cum procurantur officia, & dignitates, quæ habent administrationem, & iurisdictionem, seu animarum curam (de his enim hic præcipuè agimus) maximè si sint Ecclesiasticæ: & etiam quando sponte offeruntur, si aliqua ex prædictis deordinationibus interveniat, ut iam videbimus.

3 Qui excellentiam non habet virtutis, & dignitates procurat in prõptu est inordinate appetere; iam deordinatè appetit honorem suprà suam propertionẽ, & est manifestè indignus Si verò aliâs sit idoneus, & habeat debitas qualitates, hoc ipso quod affectet, aut procuret indignus etiam erit, quia decrescet illi virtus, Dionys. Carthus. de Conu. art. 8. apud Aphor. Superior. c. 2. n. 17. deformitatem probat sic: *Si propter huiuscemodi eminentias tuas cõtẽdis alijs præsidere, nõ deerũt qui in his, aut cõsimilibus, aut certe maioribus donis erũt, aut reputabũt se excellẽtiores te, & tuæ promotioni resistẽt, ac tibi præferri nitẽtur, Sicq; inter illos, & te oriẽtur dissẽsio, displicẽtia, inquietudo, suspitio, rancor, lis, atq; cõtẽtio.* Hæ sunt turbationes, quas artic. superiori induci vidimus ex eo quod regnet malus Prælatus, & peccati servus. Et rursus infra aliã addit rationẽ Dionys. Carthus. Nos.

im-

improbantem illum, qui iure naturali credit sibi deberi officia, quia sapientiorem, & excellentiorem se alijs credit: *Et Isaias* (ait) *Væh, qui sapientes estis in oculis vestris, & corã vobis metipsis prudentes: unde & Paulus: Nolite* (inquit) *esse prudentes apud vos metipsos: quod si, Væ his, qui in oculis suis prudentes sunt; quanto magis his, qui se alijs reputant prudentiores: potissimum cum infusa prudentia præsuppõnat charitatem, in qua nemo se esse cognoscit pro certo sine revelatione divina.*

Isaiæ 5. E. 21. Ad Rom. 11. c. 16.

4 Qui sic Prudentes, & Sapientes ad regimen se existimant, & officia procurant imprudentes potius dicendi sunt ambitione sua monstrum facientes vitiorum præcipitationis, & temeritatis. Si de via impiorum ait Salomõ, Proverb. 4 cap. *19. Via impiorum tenebrosa; nesciunt ubi corruãt:* qui nescientes sui excellentiam an illam vere habeant in vera prudentia, & an sit alia in alijs maior, procurando officia, corruent, & præcipitabitur, quia non descendũt per gradus, memoriam scilet præteritorum, intelligentiam præsentium, solertiam in considerandis futuris oneribus, conferentiã unius ad aliud, &c. qui sunt gradus Prudentiæ, & Præcipitatio (quæ est species imprudentiæ) ut docet D. Thom. 2. 2. q. 53. art. 3. *Si quis autem feratur* (inquit) *ad agendum per impetum voluntatis, vel passionis, pertransitis huiusmodi gradibus, erit Præcipitatio*) invadit illos. Talem incurrit qui se ingerit in officia inordinate; vnde in Aphoris. Superior. cap. 2. num. 4. ex Bernard. *Si prælatura onus est, ut quid appetitur? Si honor reputatur, præmium virtutis est: ergo ambitiosis non debetur, ac propterea, si desideras primatum in terra, invenies confusionem in cælo.* Tolluntur in altum, ut lapsu graviore ruant: *Quid hoc? exaltatio in ruinam: quia, qui se exaltat humiliabitur.*

Proverb. 4. cap. 19. *S. Thom.* *P. Ioannes in Niñ.*

5 Ambitio etiam importat Temeritatem, non modo quia maiora se affectat, sed quia contemnit prohibitiones divinas & humanas: *Illa dicuntur fieri temere* (ait S. Thom. ubi supra ad 2.) *quæ ratione non reguntur. Quod quidem contigit dupliciter: uno modo ex impetu voluntatis, vel passionis; alio modo ex contemptu regulæ dirigentis. Et hoc proprié importat Temeritas;*

S. Thom.

vnde

unde videtur ex ea radice superbiæ provenire, quæ refugit subesse regulæ alienæ. Præcipitatio autem se habet ad utrumque. Vnde temeritas sub præcipitatione continetur. Itaque ambitiosus obcęcatus cupiditate imperandi, in tenebris ambulat, & in præcipitium vadit prætermissis prudentię gubernaculis, & temere leges, & statuta, quæ arcent à procuratione officiorũ, spernet.

6 Lacerat charitatis habitum, & amorem Fraternum ambitiosus, qui sibi honorem arrogat, nõ in proximorum commodum, imó superbe se extollit, & præsumptuose: *Audi quid electus, & illuminatus dicat Gregorius* (ait Dionys. Carthus ubi suprá) *unus, usque toties ad Apostasiæ crimen dilabitur, quoties præesse hominibus gloriatur.* Et rursus: *Toties Deum meum præcedere cupio, quoties proximis meis præesse desidero. Et quem nunc iudicem esse delectat, Christum iudicem videre in die iudicij non delectabit.* *Dionys. Carthus.*

7 Forte quispiam persuasum, sibi habebit à bono moveri spititu, dum præfici optat, quia non pro se, sed pro bono communi appetit præfaturam, & sic liber erit à labe Apostasię, quia amore Dei, & proximorum hoc intẽdit. Ad hoc optime ex D Bernard. Ioannetin, in Aphoris. cap. 2. num 5. *Si dicas* (ait) *non mihi soli vivere, sed aliis proficere cupio. Bonum opus desidero, non tàm ut præsim, quàm ut prosim: Id* (inquit Augustt) *iudico ego difficile: & licet administretur, ut decet, tamen indecenter appetitur. Quantumcunque ergo dignus sis, non præsumas de te magna: sed stude te ipsum semper deprimere, & usque ad terram humiliare: si enim dignus fueris, vocabit te Dominus renitentem; sin minus exaltatio in ruinam, & tibi confusio magna erit. Dominari ergo ne affectes, ut non dominetur tui omnis iniustitia.* *S. Bernar*

8 Et quam falax zelus iste sit communis boni, se periculo exponere contempta lege prohibente audiamus, quod subdit idem Author, num 6. *Nec frustra extendaris in alia* (ait) *te neglecto. Quid enim tibi prodest, si universum mundum lucreris, te amum, & ipsummet perdens? Si, quod vivis, & quod sapis, totum das actioni, & ad alterum es, de te autem quasi minus cogitas:* *Ioannet. Nũo.*

lau-

laudo te, sed in hoc non laudo. Si totus vis esse omnium instar illius, qui omnibus omnia factus est: bene; sed non fiat te excluso. Si habent te omnes, esto etiam tu exhabentibus unus. Non neges te tibi. Bibe tu prius de fonte putei tui. Si omnibus bonus es; tibi malus non sis. Si tibi nequam, cui bonus? Nequam erit quicunque aliás dignus, hoc ipso quod dignitates, & prælaturas sollicitat: *O magna dementia!* (idem num. 2.) *indignum te ostendis: iam iudicatus es, si talia facias. Iusti namque semper imperare recusarunt: & ad plura tenetur qui procurat. Ideo* (dicet Dominus *Non cognovi, quia regnaverunt & non ex me.*

Denique tàm ipsa procuratio dignitatum, quàm cum bona intentione illas velle, quod inordinate fiant, & ambitiose docet Sylvest. verbo Dignitas quæst 2. *Vnde* (concludit) *dignitatem Ecclesiasticam habentem iurisdictionem, vel curam, ad quam nullus est dignus, nisi per gratiam quam nullus scit se habere*) *non solum non licet petere, sive querere, sed nec etiam desiderare: etiam ad bonum finem, nisi secundum quid, puta, velleitate quadam: Si essem dignus, vellem á Deo promoveri ad bonum: aut vellẽm, ut Deus me dignũ faceret, ut alijs in prælatione prodesse.*

Syluester.

9 Deordinatio etiam potest reperiri in appetendo honore prælatiæ, quamvis non procuretur, sed hoc ipso quod sponte oblato admitatur, & accepteturante quam electio fit facta. Pater Laurentius de Peirinnis tom. 1. de Relig. Subdito, q. 1. §. 6. concl. 6. *Dico 6.* (inquit) *cassanda est electio illius, qui requisitus antequam esset electus consensit electioni de se faciendæ: quia præsumitur ambitiosus.* Ita tenent Rosella verbo electio 1. n. 31. Pisanella eodem, §. quando potestas, Tabi. n. 26. Antonin. 3. p. tit. 19. c. 2. §. 4. Veg. 1. p. Sum. c. 97. cas 5. qui notat ad cassandam electionem, nõ sufficere petere, an velit sed debere cõsentire, & velle eligi. Habes etiam Panorm. c. *cum post.* de elect. n. 1. & Gloss. dicto c. *cum post.* verb requisitũ. & ita conc. habetur, dict. c. *Cum post.* & c. officij de elect.

Laurent. Peirinis.

Rosella. Pisanella S. Antoninus Flor. Alfonsus de Vega. Panorm. Glossa.

10 Sed quomodo inquis (prosequitur Peirin.) se debet habere electus, ut electioni de se factę consentiat; si consensus requiritur ante electionem?

Resp-

Respondeo quod nullo modo debet consensum præstare, quia cassabitur electio, ut dixi propter ambitionem, & debet respõdere: *Nolo, quod me eligatis, & ita rogo:* potest etiã respõdere: *Non intendo Dei vocationi resistere.* Et sic potest indirecte declatare voluntatem suam. Si autem requiratur consensus post electionem factam, potest electus respondere: *Nolens volo, & nollo volens:* & est honestum non statim consentire, sed aliquantulum resistere, ne notetur ambitione. Non tamen damnatur si incontinenti consentiat, præsertim si dubitat, ne aliquis pernitiosus se ingerat. Vnde tunc potest dicere: *Charitas urget me ad consentiendum.* Ita Panorm. cap. cum post de elect. n. 5. De modo se habendi post electionem factam dicemus iterum. *Panorm.*

11 Nunc l mirari non desinam cum res ita se habeat, & sic Doctores doceant, quomodo ambientes officia procurantes per fas. & nefas hoc non intelligant! Non intrant per ostium, fures sunt, & latrones, & apud Deum Prælati non sunt. Væ illis, peccatum insensibilitatis habent, quod est commune inveniri in omnibus abusibus collapsæ religionis. Excęcavit illos malitia sua. Væ illis, sicut & his de quibus Isaiæ, cap. 44. *Nescierunt, neque intellexerunt: obliti enim sunt ne videant oculi eorum, & ne intelligant corde suo, &c.* num 18. & 19. *Oblitisunt* (Hector Pintus) q. d. *sunt eorum oculi circumfœdati. Habent intellectum tenebris circunfusum.* Quasi qui in præcipitiũ vadunt, ut diximus. Et sic quando eunt in officia quãvis personent voces inspirationum, locutionum sacræ Scripturæ, & Doctorum: *Audientes non audiunt; videntes non vident*, nec á præcipitio declinant vias suas: væ eis. *Isaie 44. c. 18. 19.* *Hector Pintus.*

Videant ergo viri timorati, quando eis proponitur de se electio facienda, ne quid inordinate, aut veiint, aut loquantur, quia, ut dicebat Bernard. *Ambitio subtile malum, secretum virus pestis occulta, &c.* serm. 6. super: Qui habitat: & qui pręponunt te, dignum officio prædicando, forte præcipitabunt in ambitionem animam tuam: *Populemeus* (dicebat Isaiæ cap. 3. cap. 12.) *qui te beatum dicunt, ipsi te decipiunt, & viam gressuum tuo-* *S. Bernar* *Isaie 3 c. 12.*

tuorum diſsipant. De hac deceptione, quam pati poſſunt, quibus ſponte oblatæ ſunt dignitates, vide multa in noſtra Eruditione, loco ſuprà citato ex lib. 22. Quando ergo chariſſime Frater talia tibi offeruntur, ne hilari vultu audias, nec de oblato honore loquaris iterum quia indicium erit ingreſſi veneni ambitionis in cor tuum, &c.

Nos.

ARTICVLVS. III.

Qnomodo intervenire poſsit abuſus in tractatibus electionum: & qualiter male promoveantur ad officia ambientes illa per ſubornationem, preces, aut comminationem, inferentes vim.

1 CVm iure naturæ ad valorem electionis officiorum ſervanda ſit illæſa libertas eligentium, quam abuſus ambitionis evertit, ideo pro inſtauratione, & manutentione eiuſmodi libertatis, ut legitimi eligantur Prælati, leges multæ conditæ ſunt de modo, & ſolemnitate electionum, & prohibitiones, ac pœnæ ſuffragia pro electionibus procuranti, quas diximus contemnere ambitioſos temere, præcipitariq; ob id in barathrum peccatorum. Triplici ariete, concutitur, & evertitur libertas: prætio, ſive muneribus, aut ſubornatione, deinde prece, aut interceſsione, & poſtulatione, aut præcepto: ac deniq; comminatione. Munera ligant manus, & rupes frangunt: preces, & poſtulationes etiam ob reverentiam ſeu importunationem inclinant, & comminationes inducunt metum, per quæ ruit libertas, & deffectu illius nil valebit electio, unde Innoc. c. *Periculum*, § *Caterum* de elect. lib. 6. caſſat omnes pactiones, & conventiones ex promiſsione, ſeu aliqua obligatione. Vnde de tractibus qui fiũt ante electiones ait noſter Gaſpar Paſſarellus in Scholijs ſuprâ Cap. 1. Barchin. n. 14. Tractatus [inquit] & diſcurſus de futura electione iure fieri poſſunt in communi, & in particulari, ſed in illis definire deliberare, iurare, vel ſubſcribere ſe de promoven-

cap. Periculoſum.

Paſſarel.

vendo aliquem bonum, vel contradicendo malo, hoc est illicitum, & punibile: & nisi ante electionem à iuramento, vel conventione, se absolverint, electio in eo secuta erit irritanda. Ita in terminis tenet Innocent. cap. *In nomine Domini*, d. 23. 161. Gloss verbo *Tractantes alia*, Gloss. cap. *Cum in veteri* de elect. verbo *Tractatu*: quod si duo eundo per viam promitterent, vel definirent de aliquo eligendo, puniẽdi essent. Sed tractatus consultorius non est prohibitus á Jure: ut dicit Innocent. cap. *Bonæ memoriæ*, & ibi Panorm de elect. etiam si aliquis dicat, quod talis persona esset honesta ad talem Prælaturam, & alijs persuaderet, ut ipsam eligerent, non tamen debent omnino deliberare. Videtur autem omnino deliberatio seu diffinitio secundum Innocentium, ibi. Si quis, cui commissum est, dicit: *Eligatis talem, vel talem*: sive dicat omnibus simul, sive singulariter singulis. Idem, si dicant: *Bene sumus omnes conformes, quod talis eligatur*. Sed si aliquis, vel aliqui, non ex conditione, vel mandato aliorum, sed solum alijs suadendo dixerint: *Talis esset bonus ad eligendã*: nõ esset vitiũ, quamvis esset tutius silere. Hæc Passarellus. Semper ergo usque ad fieri electionis debet esse voluntas libera. Et nullo respectu irretita, ut meliorem, & probiorem secundum conscientiam suam eligat.

Innocent. Glossa.

Panorm.

2 Qui pretio electionem procurat committit Simoniam. & cassanda est electio: de quo idem Passarellus addit: *Idem dic de electione facta per Simoniam, etiam ignorante electo: nisi fuisset facta in fraudem ab inimicis, quia tunc valeret; secus ab amicis: quod videtur mirabile, stante ignorantia electi: Sed hoc fuit statutum, ut obviaretur fraudibus personarum inter pretandarum, ne de facili quisquam interponeret alium, qui daret pecuniam, & simularet se ignorantem.* Et rursus paulo post dicit: *Quantum vero* ad subornationem, Pius V. in Brevi emanato pro Fratribus Minoribus de observantia, quod incipit: *Pastoralis*, sic statuit: *Qui vero in electionibus omnibus, vel ante eas per sex menses pro se, vel pro alio subornaverit, in excommunicationis sententiam ipso facto incurrat; à qua nisi â Rom. Pont. præter-*

Passarel.

Pius V.

terquam in mortis articulo abſolvi non poſſit, ac à voce activa, & paſsiva perpetuo careat ſubornatus, vel alius etiam pro quo ſubornatio fiet. Qui ſubornantem non detulerit, in eamdem panam incurrere cenſetur. Hæc Pius V. ſed Gregorius XIII. extendit facultatem abſolvendi ab excommunicatione, & rehabilitandi Miniſtro, & Comiſſario Generali, & de eo qui ſubornantem, & ſubornatum non detuliſſet pœnas abolevit.

3 De precibus ſeu poſtulationibus, quæ loco pretij ſuccedunt, & libertatem debilitant electorum, idem dicendum, quod inducunt Simoniam. Audiamus noſtrum Stephanum Iſnardum in Codice Minimo Ord. Minim. verb. *Electio* ſuper illud ſtatutum generale noſtri Ordinis, Cap. Thoſ. n. 48. conditum, anno 1514. *Caveant Fratres, ne electiones aliquas, aliquas poſtulationes, vel dona faciant.* Vbi: *Hoc ſtatutum* [inquit] *eſt admodum Iuri communi conforme, in quo videtur, quod preces Simoniam inducant* 1. q. 1. *Sunt nonulli*, & 8. q. 1. *Plerique*, *ut ibi notat Gloſſa, quæ in cap. Tuam extra* de ætate, & qualit. *Ita diſtinguit: Cum quis eligitur, aut ſuis precibus intervenientibus, aut alienis. Si ſuis, quantumcunque ſit idoneus, Simonia committitur, argum. 8* q. 1. Inſcripturis, *intellige citra neceſſitatem. Poteſt enim preces porrigere Superiori, cum indiget: aliàs, preces quas aliquis per ſe porrigit, ut in Prælatum eligatur, ambitioſæ ſunt, & illicitæ* 1 quæſt. 1. Nullus itaque: *Si vero precibus alienis promovetur: aut preces ſunt ſpirituales, aut carnales: Si carnales, & fiunt pro indigno, Simonia committitur* 1. q. 1 De ordination. *quia ſuccedunt tales preces loco pretij* 1. quæſt. 1. Sunt nonnulli. *Si pro digno: dummodo Superior, non habeat reſpectum ad preces, ſed ad meritum, licitè poſſunt admitti*, ut cap. Tuam extra de ætate, & qualit. & 1. q. 1. Quibuſdam. *Si vero ſunt ſpirituales, admitti poſſunt, nec inducunt Simoniam: Hæc Gloſſ. dicit tamen* 10. 8. queſt. 1. Plerique: *Non credo, quod preces ſanguineorum inducant Simoniam ſi fiant pro digno, ut* 1. queſt. Latorem, & *maxime cum quis poſsit pro ſe rogare, ſi dignus eſt*, ut extra de Simonia, Tua: *Nec illa Decretalis*, Tuam *contradicit, ſi bene inſpiciatur. Hæc ille.*

Cap. Gen Min. Thoſ.

Iſnardus.

Gloſſ.

Ioann. Andr.

Me-

4 *Melius* (ait in sua sententia) D Bernar. lib. 4. de Consid. cap 4. hanc huic negotio electionum, non se ingerat rogans. Consilio, non prece agendum est. *Et infra.* Pro quo rogaris, sit suspectus. Qui ipse rogat pro se, iam iudicatus est. Nec interest, per se, an per alium, quis roget. Clericum, Curiam frequentantem, qui non sit de Curia, ad idem noris pertinere ambientium genus. Adulantem, & ad placitum cuiusque loquentem, unum de rogantibus puta, etiamsi nihil rogaverit. Hucusque Isnardus. Et ambientem per preces eisdem pœnis subijcit Pius V. ac subornantem: *Qui autem* (inquit) *ad officium obtinendum quorumvis favorem extra Religionē procuraverit, ultra prædictas pœnas per mensem carcere mancipetur.* *S. Bernar* *Pius V.*

5 Similem, imò arctiorem prohibitionem habemus nos Minimi in Motu proprio Pauli V. emanato, anno 1619. die 6. Septembris, ut ambitionis morbum repelleret: *Admonemur* (incipit Motus) *pastoralis officij nostri debito diligentius prospicere, ne Religiosi, qui Regularem vitam professi sæculo renuntiarunt ad dignitates, & officia per emendicata suffragia ambitiosus pateat accessus Quo circa Motu proprio, &c.* Cunctis ergo Fratribus nostri Ordinis Minimorum expræsé interdicit, ne ad instantiam quaruncumque personarum extra Ordinem, etiam Cardinalium, Regum, vel Imperatorum, aliquos favores, officia, dignitates, sibi procurent: imó, ne favores huiusmodi sponte oblatos, & ab eis minime procuratos, recipiãt sub pœnis excommunicationis ipso facto incurrẽdæ, & perpetuæ inhabilitatis, ad quælibet Ordinis officiá, dignitates, &c. Insuper omnibus, & singulis Superioribus præsentibus, & futuris in virtute santæ obedientiæ, ac sub excommunicationis pœna ipso facto præcipit, & prohibet, ne ad instantiam quarumcumque personarum: extra Ordinem etiam Card. & cuiusvis eiusdem Ordinis Religioso ullam gratiam concedant, vel pœnas aliquas remittant, seu gradus honores, dignitates Prælaturas, &c. concedant. Hanc Constitutionem adducit, & explicat optime noster Peirin. tom. 1. de Relig subd. q. 2. c. 2. §. 11. & tom. 2. Privil. Const. *Peirinis.*

5. Pauli V. & similes Constitutiones editas ab eodem Paulo V *Quoniã nemo* contra Canonicos Regulares. Ab eodẽ Pont. pro Prædic. aliam, quę incipit *Admonemur*: aliam eiusdem pro Eremitis S. Augustini, quæ incipit: *Admonemur*: Similem aliam Clem. VIII. pro Cruciferis, quæ incipit: *Quoniam nemo*, & aliam eiusdem Clem. pro Carmelitis, quæ incipit etiam: *Quoniam nemo*, & aliam similem, Gregorius XIII. pro Prædicator. quę incipit: *Cum nihil*, quas adducit Cherubinus tom. 3. Bullar. *Hinc* [concludit Peirin.] *conijcturari potest quam semper zelaverint Summi PP. vitium Ambitionis, quod est falx Religionis ignea, à Religiosorum pectoribus evellere. Et vere, ut ait Clemens, deberent potius Regulares studere promereri dignitates, quam eas appetere, &c.*

Cherub.

6 Notat 2. quod cum hæc omnia parum proficerent cogitavit SS. Vrbanus VIII. (qui felix vivat) edere anno 1627. terribilissimam constitutionem, quæ incipit: *Mẽdicatis favoribus, quos rerũ experientia docuit funditus regularem disciplinã convellere, &c.* Pro omnibus Religionibus, easdem pœnas cõtinentẽ & addit præfatos favores esse prohibitos apud quoscumq; Superiores, & Capitula, & etiam apud Protectorẽ, & Sum. Pont. sive id fecerint non privato nomine, sed Monasterij Conventus, Provintiæ, Congregationis, Capituli, vel totius Religionis: & etiãsi favores effectum consecuti nõ sint & easdem pœnas imponit scientibus, & non denuntiantibus intra terminũ quindecim dierũ suis Prælatis: & quod ipsę litterę favorabiles, seu favores absq; aliqua probatione sufficiãt ad convincendũ: à quibus pęnis solos Romanos PP. posse absolvere statuebat. Sed hęc cõstitutio nõ exivit, nec obligat. Prudenti cogitãda hęc relinquo, fuerit ne forte, nil spei quãdo præfatis innodati Fratres, & Prælati adhuc non desinunt expetere favores, & admittere Prælatos forte, ut ipsis alia maiora adipiscantur. Sapientissimi, & prudentissimi sunt filij huius sæculi Deus misereatur nostri, & benedicat nobis: illuminet super nos vultum suum, &c.

7 De comminatione, aut oppressione, quam Prælati subditis

ditis pusillanimis inducunt eadem ratio deordinationis est, quia inducit metum, & de electione sic facta ait Passarellus ubi suprà: *Electio metu facta, non valet quia adimitur libertas:* D. Thom. 1.2. quæst. 6 art. 6. corp. *Huiusmodi, quæ per metum aguntur mixta sunt ex voluntario, & involuntario. Id enim, quod per metum agitur in se consideratum, non est voluntarium, quod sit voluntarium in casu, scilicet ad vitandum malum quod timetur.* *Passarel.* *D. Thom.*

8 Huiusmodi metus inducitur, quando Superiores proponunt unum, vel plures determinatos, ut ex eis, & non alijs eligatur unus, non consulendo, sed præcipiendo, & magis si, ut quondam vidi ab Illustrissimo Nuntio præcipi determinatas personas ad officium Provincialatus sub excommunicatione ipsi Scribæ intimata ne in schedulis aliorum nomina conscriberet, aliás irritanda electio. Quod, etiam si è zelo Religionis manarit, & me unum ex illis proposuerint (laus Deo fugit fors) non acquievi eiusmodi modo cum exclusiva, quia libertas adimitur, & alijs multis fit iniuria. In Ordine Prædicatorũ quondam viguit hæc consuetudo, ut ex cap. Generalibus, & constitutionibus P. Fr. Antonius Hinojosa in Directorio decissionum verb. *Electio per scrutinium*: tradit tanquam abusum abolendum, non obstante consuetudine, quia adimitur libertas; secus si coarctaretur ad certum genus personarum, vel ex tali natione, vel collegio, sicut dicimus de Matrimonio, in quo requiritur plena libertas, & tamen restrictum fuit ad certum genus personarum, scilicet fidelium. Quapropter [concludit] SS. D. N. Paulus V. vivæ vocis Oraculo 2. Septembris anni 1619. facto Reverendissimo Episcopo Elnensi Vicar. Generali Apost. totius Ordinis Prædicatorũ, declarabit esse contra sacros Canones, & formam à Concilio Tridẽtino traditam, etiam in casu singulari, certum numerum eligendorum proponere. In nostra autem Religione, & in quali vet alia, quæ ex Regula non excludit aliquod genus personarum, vel nationum talis exclusiva non habet locum, nisi authoritate Apostolica rationabili interveniẽte causa dispẽletur. *Anton. Hinojosa*

9 Contra hæc ambientium præsidia quibus officia inordinate exercuntur remedia adhibuerunt Patres Religionis nostræ in Cap. Generali 1. Barch. num. 14. sequeti statuto: *Cum ex inductionibus, & practicis indebitis libertati electionum Ordinis plurimum detrahi possit, & turbationes, plurimaque scandala Ordini oriri, sinceritasque nostri status plurimum ledi: prohibent Patres: Ne quis Superior, aut subditus pretio, promissione, vel comminatione inducat alium ad eligendum aliquem. Qui autem secus fecerit, si Prælatus sit ab officio deponatur: subditus verò per triennium omni officio Religionis careat, & utraque voce, nisi per Capitulum Generale rehabiliter. Quod si sciens non revelaverit huiusmodi negotiationem Prælato, eidem pœnæ subiaceat. Inquiri etiam poterit propter naturam peccati, quod in Reipublicæ detrimentum vergit contra huiusmodi facinorosos, ut proceditur contra proditores Respublicæ, quod est singulariumtestium denuntiatione ad inquirendum, & torquendum.* Hæc determinata sunt anno Domini 1581. Porro Clement. VIII. contra procurantes officia anno 1599. Decreta omnibus Religionibus communia edidit. [Quæ infra ponentur] inter quæ est unum: Similes pœnæ contra procurantes pro se, vel pro alio directè, vel indirectè, & contra scientes, & non revelantes. Super quibus à nemine dispensari queat, nisi a S. Sede Apostolica.

Minim. Cap. General. Barbin 1.

10 Duo pro coronide huius articuli noto. 1. Quod eiusmodi graves pœnæ merebuntur quando rogans, vel solicitans pro se, aut pro alio extorquet libertatem eligentium, vel graviter ad id procurationem facit; secus si leviter, aut in parva materia subornationis, precis, vel comminationis. Cæterum indignum semper eligi iudico, qui voluntatem, & libidinem imperandi quoquo modo manifestavit. 2. ex *Peirinnis* Peirinnis de subdito, quæst. 2 cap. 2. § 11. con 1. quod ut incurrantur pœnę debet in re sequi effectus adepti officij. *Dico* 1. (inquit) *quod incurrunt cum effectu, & electione secuta. Per ea quæ habentur in iure cap. Perpetuo de elect. in* 6. *ubi Glossa verbo, Perpetuo, & Ioannes Andreas, num.* 1. *ponit hanc regulam:*

Ioan. Andreas.

lam: Pœnam, quæ ipso iure delinquenti infligitur, non incurrit is, qui cogitavit, & aliquid egit, sed non perfecte, etiam si per ipsum non steterit: *Quod etiam declaravit ipse Navarr. Ioan. Andræas in Regul. In pœnis de regulis iuris in 6. Habet etiam Navarrus lib. 5. Consil. de sentent. excommun. cons. 20. num.* 3. Nisi prohibitio, & inhibitio exprimat, etiam non secuto effectu, ut Sanctissimus Vrbanus VIII. dicebat suprà in constitutione, quæ detenta, & non publicata est.

TRACTATVS V.

De electione Canonica, & Electoribus, & qualiter ab eis tollendi sunt abusus

ARTICVLVS. I.

Quid & quotuplex sit electio Canonica: & primo de electione Communis ispirationis, & per Compromissum.

1 ELectio Canonica est idoneę personæ ad dignitatem, vel fraternam societatem, servata forma Canonica, facta vocatio: & ea est triplex, Prima per modum Scrutinij, Secunda per modum Compromissi, Tertia per modum communis inspirationis: ut habetur ex statuto Concil. Later. Ita Directorium Decissionum Regul. verb, Electio, & in eo differunt hæ electiones, quod via per Scrutinium petit maiorem partem Collegij consentientis scripto cum alijs conditionibus. In via per Compromissum debent convenire omnes verbo tenus Compromittentes nemine discrepante. Ea quę est cõmunis inspirationis, non supponit tractatus, nec cõmunicationẽ, sed verbo tenus prorũpũt omnes in unum à Deo inspirati & moti. Ad substãtiã cuius vis electionis, ut dicebamus requiritur libertas (Peirin, de Subd. q. 1. c. 31. nota 3. qua

Director. Decis.

Peirinis.

qua ſublata tollitur omnino electio, ut habetur, cap. Periculum, §. Cæterũ de elect c. 6. ubi dicitur, quod: *ceſſat electio, ubi adimitur libertas eligendi.* Eſtque tanti ponderis libertas in electionibus, ut nulla conſuetudine introduci poſſit contra-
Sylveſter. rium, ut habet Sylveſt. verb. electio 1. n. 26 q 23. quia eligere eſt unum é pluribus voluntarie capere, quod ſine libertate fieri nequit.

Director. Rodrig. 2 Quacunque via ex his uti poſſumus: nam ut probat dictum Directorium ex ſent. Eman. Roder. tom. 2. q. 52. art. 9. Concilium Tridentinum (de quo infra) nil mutavit, aut abſtulit de his tribus vijs, quas ſtatuit Later. cap. 24. *Quia propter*, ſed tantum reformavit viam Scrutinij ad tutandam libertatẽ eligentium. Si uteremur via communis inſpirationis actum eſſet de Prælatis diſcolis, & ambitioſis, & religiones ſuum,
Sylveſter. conſequerentur antiquum decorem: nam ut Sylveſt. electio 2. §. 2. docet quinque obſervari oporteret ad formam eius. 1. Quod electores omnes congregati in unum unanimiter conſentiant in iſtam procedendi viam, quia uno deficiente oportebit procedere per viam Scrutinij. 2. Quod conſentiant in unam tantum perſonam, quia ſi in plures partiti fuerint, non erit communis inſpiratio. 3. Quod non ſcripto, ſed quod omnes ſimul quaſi uno ore eligãt unum. 4. Quod fiat ſine vitio Simoniæ. 5. Quod non præceſſerit tractatus de tali perſona cum hominibus ſed re conſulta Deo per orationem, &c. Si hoc ita eſſet verè Dei negotium ageretur.

3 Via per compromiſſum, licet communiter non utamur Religioſi, tamen aliquando procedimus per illam. Sic Directorium decif. reg. dicit in Provincia Aragoniæ ſui Prędicatorum Ordinis Electores Provincialis commiſere ius & voces ſuas in M. Ord. Hipolytum, qui elegit M. Fr. Ioannem Baptiſtam de la Nuſa. Et nos Minimi in Capitulis Generalibus iam habemus in uſu ex qualibet natione aliquos aſignare, quibus committimus ius conferendi & terminandi aliqua negotia gravia, & electiones aliquas quæ accidunt ſecundum ius noſtrum

strum de eis providere: ideo, ut hæc via non ignoretur eam declaro.

Si electa fuerit via procedendi per Compromissum (ait Directorium in titulo de eadem) debent ab eisdem unanimi consensu eligi Compromissarij, vel Compromissarius, cui, vel quibus committere debent compromittentes liberam, vel limitatam facultatem, prout eisdem electoribus placuerit, & transferre ius eligendi cum attestatione, quod illum suscipient, & suscipient Priorem, quem ille, vel illi, aut maior pars eorum elegerint. Quam facultatem revocare possunt re integra, idest, ante quam Compromissarij cæperint habere tractatum substantialem. Si enim cæperint de persona eligẽda pertractare, vel negotio substantiali, desinet esse res integra, cap. in causis: secus si sint de solemnitate, ut dicere missam de Spiritu sancto. *Director.*

4 Competentius fiet, si huiusmodi Compromissarij sint in numero impari (eodem, cap. *in causis*, & cap. *Cum dilectus*, & cap. *Cum in iure*) nec oportet eos esse de numero eligentium. Et potest committi uni imò melius expedietur negotium per unum, quam per plures, cap. *Quia propter*. Semper intelligitur, quod Compromissarij debeãt eligere idoneũ, aliás, compromittentes, non admitent. Nemo potest se eligere, quia nemo debet oriri á se ipso 8. q. 1. *In scripturis*. Et casu quod sint septem Compromissarij (cap. Cum in iure) si tres conveniãt in eligendo uno de ipsis, alij tres de alio extraneo consentiant, ille electus potest sibi dare votum [Panorm. & Hostiensis apud Sylvest. elect. 2. §. 27.) quia eius electio primo, & per se manat ab alijs qui publice sua dederunt suffragia, & tunc sibi dare suffragiũ non est esse ambitiosum, sed consentire electioni de se factę, & potest esse meritorium. Quod non habet locum in via Scrutinij cũ vota sint secreta, & nesciat, an ab alijs eligatur, & se eligat ambitiose. Quod requiratur unanimis consensus ad eligendos Compromissarios patet quia dissentiens retinet suum ius (cap. *Scriptum* eodem tit. n. 3. Gloss. cap. *Quia propter*) & non potest invictus illo privari *Panorm.* *Hostiens.* *Sylvester.*

transf-

Sylvester. transferendo illud alijs, ut ait Sylvest. Elect. 2. §. 11.

5 Debent Compromissarij seorsim, & simul conferre, quis eligendus? & habito cõsensu ultra medietatem ipsorum Cõpromissariorum, unus in singulari publicare electionẽ; aliter electio erit nulla, cap. *Sicut*, extra eo tit. lib. 6. & de sentent. & re iudic. Nõ ab uno lib. 6. Decretum erit: *Ego N. devolutate F. A. & F. B. Collegarum meorum, in quos unanimiter compromissum est, & collata potestas eligendi, vice mea, & aliorum vocem habentium provideo, vel eligo F. N. in Priorem huius conventus in nomine Patris, &c.*

Cap. Sicut extra, &c.

6 Vtinam in omnibus electionibus hac via uterentur Regulares: nam aut Compromissarij erunt Zelatores, aut non: si primum, rectè omnia fierent; & de bonis Prælatis providerent Religioni: si verò ipsi de zelo non curarent, sed de statu conservationis, ipsis, & paucis in culpa esset exorbitantia, & facilius possent puniri, quia suffragia publica.

7 Ambitio aliud Compromissi introduxit genus illo deterius. Videmus enim apud aliquos ita subordinatos esse voluntati Superiorum Electores, ut nil agant, nil videant, deliberent ve, nisi quod Superiores præcipiunt, pro ratione nil aliud, nisi: *Sic præcipit Superior*, reddentes. Et si hoc esset in bonum Religionis, sustinerem utique: at sæpe sæpius in perniciem illius vertitur. Superior se excusare apud homines poterit dicens: Consului, non præcepi: & ipsi pusillanimes, & pseudo obedientes, cum vota secreta fuerint, interpolatis aliquibus in contrarium, singuli apud iudices excusari possunt, quia delictum natura improbabile.

8 Monstrum video, voluntariam actionem electionis ab extrinseco fine cognitione finis, cum ratio Voluntarij importet motum ab intrinseco cum perfecta cognitione finis. Dicam violentam? minime gentium, quia violentum importat motum ab extrinseco, passo non conferente vim. 1. positive resistẽte, ut 1. 2. q. 6. de Voluntario docent Theologi cum

S. Thom. D. Thom. Electores autem eiusmodi moventur ab extrinseco, nec resistunt: sicut enim simia castaneas manu cati è prunis

nis extrahit. Movetur cati manus, non à se, sed simia ecce monstrum ex simia, & cato.

9 Ambitiosus hypocrita est, quia Ambitio matrem hypocrisis diximus: fictas, habet virtutes. ut homines capiat, & quātūcumq; in culmine sit dignitatis malus, & improbus est: *Simulata æquitas* (ait Aug. in Ps. 23. *)nō est æquitas, sed duplex iniquitas, quia iniquitas est, & simulatio.* Bene in Aphorif. Super. c. 2. n. 14. ex Bernard. de indigno in dignitate posito, ait Ioannnet *Imperator iussit, ut simia fieret leo: & quidē eius provisione simia vocari Leo potest; fieri autem non potest. Vnde necesse est, ut omnes culpas ac negligentias meas non mihi, sed suæ pietati deputet, qui virtutis ministerium infirmo commisit.* Qui Prælatum ambitiosum, & fictæ virtutis præficit, non facit ex simia Leonem, quamvis simulata virtute ambitionis zelum communis boni tanquam Leo dicatur habere: simia manet etiam in dignitate positus iuxta, illud vulgare: *Aunque la mona se vista de seda, mona se queda.* Quia indutus officio, tanquam simia manus electorum movet ad suas similes ambitiones, cum ipsorum eligentium discrimine siquidem libere, & rationaliter electiones non faciunt.

S. Augustin.

S. Bern. Ioannetin. Niño.

ARTICVLVS II.

Electio per Scrutinium quomodo facienda sine fraude

1 FOrmā electionis per Scrutinium definivit Concil. Lateran è illo. *Quia proter* his verbis. *Statuimus ait, ut cū electio fuerit celebrāda, præsentibus omnibus, qui debent, & volūt, & possunt commode interesse, assumantur tres de Collegio fidedigni, qui secrete, & sigillatim vota cunctorū diligenter exquirāt, & inscriptis redacta mox publicent in cōmuni, nullo prorsus appellationis obstaculo interiecto, ut his collatione habita, eligatur, in quem omnes, vel maior, & sanior pars Capituli consentit.* Notat P. Peirinis, de subd. quæst. 1. cap. 31. not. 2. ex Panormitano

Concilium Lateran.

Peirinis Panorm.

Sylvester Tabiena. Angelus de Clauas. Rossella.

no in d. cap. *Quia propter* á num. 12. Sylvestro electio 2. q. 10. num. 12. Tabien. eodem 1. num. 19. Angelo num. 26. Rossella, num. 23. Quod multa sunt de substantia Canonicæ electionis, quorum vel omnium, vel aliquorum, vel singulorum omissio electionem omnino irritant; alia, quæ de substantia non sunt, non ita: quæ in eisdem Authoribus, & in dicto Directorio decisionum, vel in alijs Authoribus videri possunt: nunc breviter que, aut per abusum introducta, aut malitiata sunt, per quæ libertas electionis periclitatur, advertam.

Peirinis.

2 Ordinat quod tres de Collegio secrete exquirant vota: quod, ut notat Peirinis, not. 5. ex Panorm. cap. *Quia propter*, & Sylvestro difficultatem, ac periculum imminebat Religiosis illis, qui simul vivunt: quando enim Scrutatores vident aliquem non dare votum, ut ipsi prætendebant, concipiunt erga eum malam voluntatem, & sæpissimè odia, ex quibus rumores, rixæ, contentiones: & ut in plurimum eli-

Glossa.

gentes his dictis respectibus non eligunt secundum iudicium conscientiæ suæ, & quia ut notat Gloss. cap *Quia propter* verb. *Sanior* hic numerus Scrutatorum non est de substã-

Cap. Generale. Parisius Ordin Minor.

tia, dummodo tales sint inquisitores, quod fraus fieri non possit. Ideo Patres nostri in cap. Paris. Generali, num. 5. anno 1520. *Quamvis antiqua consuetudine* (inquiunt) *quatuor auditores vocum electionis generalis ordinarentur. De fidelitate tamen Scriptoris actuum capitularium confidentes ad audiendum eligẽtium vota illum sufficere determinarunt.* Quod quia adhuc non

Cap. Generale Bononiæ 1.

sufficiebat ad liberam electionem anno 1538. Patres in Cap. Generale 1. Bononiæ num. 5. *Quorundam pusillanimitati consulentes, ut quem quis eligat etiam ipsum lateat Scribam, ordinaverunt hunc modum in sola Patris Generalis electione servandum. Quilibet eligentium accipiat tres cedulas de manu Scribæ, in quibus exarata erunt trium Patrum, quos eligens voluerit, nomina, unamque ex illis cedulis inscriptam nomine illius, quem elegit, reponat que cum aliorum eligẽtium votis, alijs duobus cedulis palam fractis, aut in ignem proiectis.* Ex hoc statuto colligo, quod nomen eligentis quod simul cum electo consueverat apponi

iam

3 Et quamvis rationabiliter fieret, quod illi quatuor audi-
tores viderent secrete suffragia, ut maior, & sanior pars eli-
gentium dignosceretur quam requirit Conc. Later. citatum:
Vnde inde à Scrutatoribus (Direct. decis. tit. Electio Canoni-
ca,) *non solum numeratis suffragijs, sed ponderatis fieret collatio*
numeri ad numerum, & zeli ad zelum. Tamen quia propter in-
convenientia notata deficiebant pusillanimes in libere suffra
gando: Concil. Trident. sess. 25. de Regularibus, c. 6. refor-
mauit hanc antiquam electionis formâ: *In electione* (inquit)
Superiorum quorumcunque, Abbatum temporalium, & aliorum
officialium, &c. Quo omnia rectè, & sine ulla fraude fiant: in pri-
mis S. Synodus districtè præcipit omnes supradictos eligi debere
per vota secreta, ita ut singulorum eligentium nomina nunquam
publicentur, &c. Et electionem secus factam irritam esse de-
clarat: & qui sic creari permiserit existat deinceps inhabilis
ad omnia officia ordinis, & revocat facultates habitas, & si
aliæ in contrarium concedi contigerit tanquam subreptitiæ
habeantur.

Cons. Lateran. Director. Decision Pred.

Concil. Trident.

4 Si hoc decretum ad unguem servaretur actum esset de
metu pusillanimorum concepto, aut ex minis, aut ex reue-
rentia Superiorum proponentium, aut præcipientium, & sic
ex hac parte liberam facerent electionem, & si aliunde non
vitiarentur bonos eligerent Prælatos: sed quia modus pro-
cedendi ad exequendum decretum Concilij varij sunt pro
varijs formis Religionum, ideo adhuc abusus introduci pos-
sunt, quos nunc reijcere cupimus. Ordo noster Minimorum,
anno 1571. in Cap. Gen. Valen. IIII. num. 25. ut hoc Conci-
lij decretum exequeretur statuit formam sic. Ad observatio-
nem decreti Concilij, ut omnia sine fraude fiant, & confu-
lendum pusillanimitat i formam illam electionis Generalis,
Cap. Bonon. extenduntad omnes Superiorum electiones, &
sic congregati in Capitulo eliguntur tres Scrutatores, quo-
rum unus sit Scriba, de cuius manu accipiunt duas, vel tres
Schedulas diversorum nominum, & involutas mittunt corã
omnibus in capsa; & postquam omnes suffragati fuerint Scru-

Cap. Gen. Minimorum. Valen. IIII.

ta-

tatores conferunt numerum Schedularum, ut conueniat cum numero electorum (aliâs franguntur, aut coburuntur, & procedunt ad aliam electionem) & qui invenitur habere excessum votorum respectu aliorum is publicatur electus ab ipso Scriba, exceptis electionibus Correctorum, quæ cum fiant iuxta Regulam ante celebrationem Capituli Prouincialis, servãtur clausæ usquedum in Capitulo Provinciali aperiantur, & approbẽtur. Dixi conferendum numerum electorum, & schedularũ post omnia suffragia: & sic Scriba cuius schedulas vident Scrutatores (ut fidem faciant non sibimet conferre votum) quarum alteram, sicut & alij in capsam mittere tenetur Scriba, debet facere ante quam aliæ schedulæ aperiantur Fieri secus erit contra Concil. Trident. ut declaravit Paulus V Motu proprio contento, 3. tom Bullarum anno Domini 1614 in favorem electionum Ecrem. S. Augustini, & secus factum scienter, vel ignoranter irritum, & innane decernit.

5 Non explicat excessum votorum, an debeat esse supra dimidietatem capitulantium, sed cap. *Quia propter* hoc vult, & Clementis VIII. ut videbimus, declaravit non censendam electionem Canonicam, ubi non convenerit maior pars votorum: quam fere formã habẽt PP. Prædicatores ut tradit Directorium ubi suprâ: & dicit quod si aliquis extra corpus Capituli habeat unum votum ultra medietatem omnium eligentium electio sit rata, at si fuerit ex numero eorum requirunt duo vota ultra medietatem omnium, ne quis a se ipso eligatur, & etiam qui de corpore capit publice cassat votum; ut ex reliquis si habet unum ultra dimidium capituli puniatur, ut ambitiosus, nec fraus illi prosit, secus si habent excessum duorum votorum.

Peirinis. 6 Notat P. Peirinis ubi supra, Not. 6. quando aliquis ex electoribus unam schedulam tantum recipiunt, seu plures unico nomine scriptas, quarum unam reponunt in capsam, ita ut nomen electi sit notum Scribæ, electio illa est omnino nulla, tum quia est contra formam Concilij Triden-

dentiui cum non sit secreta, tum quia in Ordine nostro est contra formam, quæ debet omnino servari. Vnde puto Scribam peccare omnino mortaliter, tum contra fidelitatẽ promissam capitulo, tum contra decretum Concilij in re graui: & sic electum, non esse in conscientia securum (si illi de huiusmodi nullitate constat) sed debere, vel renuntiare, vel confirmationem petere á Sanctissimo. Peccant ergo sic eligentes mortaliter. Quod idem etiam dicendum est, quando Electores accipiunt, duas schedulas quidem, sed eo modo unam scindunt, & alteram reponunt in capsulam, ut tamen data opera, Scribæ innotescat, quam nam reposuerint ad eligendum, & quam nam laceraverit ad reprobandum. Quod diligenter debent advertere tùm Scriba, tûm electores. Quod etiam dicitur fuisse determinatum á Congregatione Concilij. Hæc Peirinis. Et postquam explicuit formam nostræ electionis: *Vnde apparet* concludit, *quod optima est ista nostra forma, utpote in omnibus, & per omnia conformis sacris Canonibus.*

7 Ego vero existimo, ut magistra docet experientia, per hanc formam, nec satis consultum pusillanimitati electorum, nec decreto Concilij Tridentini, qui sunt statuti fines, & sic necessario reformandam, ut abusus introductus longe fiat. Idem sentit noster Usuardus in Codice Minimo, verbo *Electio.* Solet apponi, ut eligatur Scriba, qui schedulas det electoribus, vel ille qui eligendus est, vel alius ex eius parte, quem non latet non modo illorum suffragia quæ ultro volunt (ut dicebamus) Scribæ innui, sed etiam timoratorum conscientiæ, qui si plures quam duas schedulas petant fiunt suspecti. Et de quo Scriba suspitionem habet potest certo cognoscere, cui suffragatus sit, apponendo schedulis illius certa pecularia signa, quæ, cum postea cum Scrutatoribus videat, dum omnes schedulæ aperiuntur omnia suffragia innotescunt illi per signum, cui suffragatus fuerit; & sic nec servatur secretum, nec pusillanimes inveniunt præsidium, quin potius forte quẽ non vellent eligunt, & sic nec libera, nec valida electio. *Stephan. Usuardus.*

Acce-

8 Accedit quod cum præcedant tractatus electionis, ut humano modo de idoneo conſulant: ſi ex modo conferendi tepiditatem in aliquo videant, aut amphibologice loquatur, aut aliquo ſigno ſuſpicentur nõ futurum conformiter ad propoſitum, poſteà per præfatam cautelam probant eventum. Et qui, ut debet in tractatu non definit, quid facturus, ſed audit, & intra ſe confert quid Deo, & Religioni magis gratum faciet, iam pro ſuſpecto habetur, & inde oriuntur lites, & perſecutiones: ergo abuſus huius formę eligendi tolli oportet.

Ufnardus. 9 Credit P. Ufnardus, quod ſi forma a billo excogitata approbaretur a Sede Apoſtolica ipſa funditus everteret ambitionem, & hereditariam ſucceſſionem, de qua curant Superiores. Nimirum ſuppoſito quod de electionibus nullatenus eſt, nec iocoſe tractandum ſub gravi pœna extra locum Capituli: & ſic tunc legitimato capitulo paretur capſula tali forma quod iutus habeat duo foramina duarum diviſionum ſeu loculorum: loculus unus ſignabitur ſuper ſcriptione *Approbo*, & loculus alius *Reprobo*, & foramina non pateant aſpectui, ſed tali forma, ut intromittatur manus, & pars brachij ad reponendos globulos laneos eiuſdem formæ, & coloris, qui prius è diſco ab electoribus æqualibus in numero capiantur ſinguli. Proponat ergo in Capitulo Provinciali Provincialis, unum eligendum, & facto tractatu inter ipſos de eius idoneitate mittant ſuo ordine globulos, & ſi reperti fuerint plusquam dimidia pars vocalium in loculo *Approbo* cenſeatur approbatus, ſin veró reprobatus: & habita de hoc ratione per Scribam, antiquior poſt Provincialem proponet aliũ, de quo fiat ſimilis approbatio, vel reprobatio. Prætereà alius qui ſequitur vocalis proponit alium approbandum, vel reprobandum, & ſic fiat circulus quoadusque inveniantur tres electi canonice: qui (ſi intra tres circulationes inventi fuerint) ille quĩ plura ſuffragia habuerit cenſeatur, & ſit Provincialis, ſin autem devoluatur electio ad Superius Capit. vel immediatum Superiorem.

10 Prætereà poſt ultimum eorum, qui propoſuerunt eligen-

gendum Provincialem, qui sequitur proponat primum Collegam Provincialis eodem modo ac propositus fuit Provincialis, & sic procedant in alijs ibi faciendis electionibus. Similiter in locali capitulo in electionibus, quæ per Scrutinium fieri debẽt: necnon in Cap. Generali excepto quod ibi quælibet natio è tribus præcipuis nostræ Religionis, Italica, Gallica, & Hispana proponetur unus eligendus a sua natione, secũdus, & tertius, ut corã toto capitulo unus, è tribus maneat, quantum ex se est electus: quod similiter facientibus alijs nationibus, hi tres (è qualibet natione unus) proponentur suo ordine, ut denuo, modo supradicto à toto capitulo approbetur, vel reprobetur, & qui plura suffragia habuerit manebit generalis: & nationes æquandæ sunt in numero reducendo eas quę plures habet vocales ad illam quę pauciores habet, ut possit fieri collatio votorum. Deniqúe ut Collegæ Generalis trium nationum melius dignoscantur quilibet à sua: ipsa natio suum eliget Collegam, & qui maiorem numerum habuerit è tribus eiusdem nationis ipse erit canonice electus, non expectata denuo electione totius capituli: explicat etiã quid faciendum in casibus paritatis vocum.

11 Hinc concludit, si hæc forma eligendi servaretur, multos fructus, scilicet omnimodam vocalium libertatem, ambitionis necem, Religiosorum quietem, peccatorũ multorum vitationem, & consequenter immunitatem à pœnis contra ambientes latas, breviorem electionum conclusionem, quia in conscribendis tribus singulis schedulis multum teritur tempus. Denique nullus abusus sequi potest. Hæc non inficior sed difficulter introducetur, & sic frustra per plura, quę fieri possunt, per pautiora, æque benè.

12 Igitur Patres Prædicatores, qui fere nostrum eligendi modum habent [secluſa nominata, quam iam reprobavimus) melius consulunt, & pusillanimitati electorum, & secreto prætenso â Concil. Trident. ex eo solum quod tollantur auditores, nec Scriba det schedulas, nec accipiat suffragia, sed apponatur mensa cum attramento, & schedulis albis

ut ibi vocalis ad libitum formet formam litterarum non sibi assuetam, vel aliunde trahat scriptam cum nomine expresso illius quem eligere velit, sic invenientur omnino ignotæ litteræ, & Scrutatores latebit, cui quisque suffragium dederit, & omnia cessabunt inconvenientia.

13 Denique sicut ipsi Prædicatores in Cap. Barchinon. anno 1574. ordinarunt, ut nullus præsumat in schedulis notam aliquam, characterem, vel signum addere, unde possit persona cognosci, sub pœna utriusque vocis, qua inducentes, facientes, & consentientes comprehendi iubetur: sic statui oportebit nostro Scribæ, si ipse audiat, & det schedulas, & ipsis electoribus, si aliunde schedulas reponat in capsam.

14 Et si aliquis pro defensione nostri statuti adducat exẽplum de electione Monialium, in qua Concil. Trident cap 7. sess. 25. de Regul. decernit Præsidentem vota singularum audire, vel accipere: quod Congregatio Card. Rotæ 4. part. decisionum corroborat dicens: *Superior, qui electioni Abbatissarum præest, potest una cum Vicario, vel Secretario, vel alio ab Episcopo assumpto vota singularium monialium ore tenus expressa, audire.* Ergo ex eo quod Scriba audiat vota eligentiũ non fiet contra Concil.

Congre. Rota.

15 Respondeo disparem esse rationem, nam cap. 6. absolutè exquisivit Concilium vota omnina secreta Fratribus, & Monialibus, ita ut nomina eligentium nunquam publicentur. At quia Moniales non sunt ita aptæ, ut trahãt vota scripta, & quia auditores, non sunt de corpore Capituli, nec officia ambire sibi possunt, ut inde maneat in eis odium contra negantes suffragia; quod fit secus in Fratribus: ideo non est extendenda declaratio pro Monialibus electionibus Fratrum quia ex abusu, & cautela Scribarum, ut vidimus publicari potest votum, & non esse secretum: & sic quia ut dicunt Itali: *Fata la lege, fabricata la malicia*, huic exortæ, & fabricatæ malitię providere oportet de remedio, & reformari nostrum statutum quia finis eius non assequitur, ut *scilicet ipsum lateat Scribam*: nec finis Concilij quod vult vota esse omnino secreta Fratribus, quæ revera non sunt.

AR-

ARTICVLVS III.

Electores officiorum quos oporteret eſſe, ut occaſiones ambitionis in ipſis Superioribus omnino ceſſarent: & Fratres quiete, & in magna obſervantia viverent.

1 TOtum negotium ambitioſorum, ut perpetuitatem adeant officiorum, conſiſtit in votis adeptis per illa inordinata media, ut iam in prefatis electionibus ſucceſionem ſui propoſiti relinquant, ut alternis vicibus regnent uſquead improviſam mortem. Ius antiquum (Panor. in c. 2. de poteſt Præl. & Sylveſter. ibid. 6. not.) concedit conſtitui Pro curatorem ad electionem, ſi ipſi ſint legitime impedeti. Tamen abuſus introductus fuit, quo ipſi electionum Preſidentes in locum abſentium ſubſtituebant, quos volebant ad effectum electionis faciendæ. Hunc abſtulit Conc. Trident. ſeſſ. 25. cap. 6. diſtrictê præcipiens, ut in poſterum non liceat voces, & ſuffragia abſentium ſupplere. In quo non abſtulit ius illud antiquum, ſed abuſum introductum, ut declaravit Sacr. Congr anno 1570 & habetur 4. part. declarationum: *Procuratores verô* (inquit) *legitime conſtituti cum generali mandato ad eligendum non excludũtur, dummodo non habeant mandatum de certa perſona eligenda: tunc enim votum non eſſet ſecretum.*

Panorm. *Sylveſter* *Concil. Trident.* S. Congr Cardin.

2 Prælati locales apud nos eliguntur a Sacerdotibus conventualibus, qui habiles reperiuntur ſecundum regulam, & conſtitutiones: ut poſteà in Cap. Provinciali electiones aperiantur, & confirmentur: quæ ſi fuerint nullæ caſſantur, & ſi in una perſona plures electiones convenerint, Capitulum ipſum creat alios, ut provideatur omnibus conventibus. Abuſus introductus eſt apud ambitioſos Superiores, nam: *Cum videãt* (ait Iſnardus verbo electio) *ipſorum electionem â Correctoribus, & Commiſſis pendere, & Correctores, & Commiſſos in ſingulis con-*

Iſnardus.

ventibus eligendos proponant, Correctorem quidem eumdem sæpe, sed amicum semper sufficienter dignum in diversis conventibus: ut illo in uno conventu confirmato, cæteris conventibus in Capitulo Provinciali de Superioribus ad libitum provideant. Hoc feciſſe aliquos ex maioribus noſtris in bonum finem, audivi, quando ſcilicet ipſi fratres nolebant eligere idoneos, & Zelatores obſervantiæ, ſed magis temporales, & humanos: tunc electiones duplicatas vertebant in viros bonos, honeſtos, & prudentes. Ergo indifferẽs eſt lex ad bonum, & malum uſum. Si Provinciales cogitarent magis de Deo placendo, quam de ſucceſſore amico, nec extorſiones vocalibus facerent, neque hæc ambirent ſuffragia. Et quamvis ipſi Prælati excederent, ſi electores non eſſent timore trepidi, & ſoli Deo placere cuperent, deſpreta propria commoditate fortiter adverſarentur indignis propoſitis, & nullum ex dignis, quos ſcirent alibi propoſitos eligerent, benè omnia fierent. Peſſima ambitio quotidie novas adinvenit artes, ut officia teneantur.

Ioannet. Nũñe. 3 Has calamitates plorat valde P. Ioannet. in ſuis Aphoriſ. c. 6. n. 28. quando videt in ſua Religione Franciſcana Guardianos eligi à Provinciali, & Diffinitoribus, ubi, qui ſemper regnare volunt, ut habeant Diffinitorium proſequenti Capitulo accomodatum, militante pro ratione ſola voluntate, locales Prælatos eligunt ad propoſitum futuræ ſucceſſionis cum circulo dominandi, ex quo omnes ſupradictæ relaxationes oriuntur. Durante (inquit) dicta dependentia quidquid pro Reformatione ſtatuatur in vanum ſemper laborabitur, & ea ſublata omnes eorum infirmitates facile reformari, & reparari poterunt. Sic docet poſt longiſſimam experientiam B. Icannes à Capiſtrano ſanctiſſimus, & excellentiſſimus Reformator, ut habetur in ſuis Chronicis 3. part. l. 2. capit. 57. Cum enim ſuo tempore Eugenius Papa IIII. felicis recordationis affectuoſe ageret de Reformatione: ipſe B. Capiſtranus genu flexus ante Vicarium Chriſti, Spiritu ſancto movente linguam eius, ſic affatus

Chronic. Minor.

eſt:

eſt: *Beatiſsime P. ut Regulariũ ordines [prout oportet] reformentur, ante omnia ſimpliciter neceſſarium eſt, tollere occaſiones ambitionis Prælatorum, & aliorum Patrum: & uſquequo iſta fiant quidquid de alijs agatur, nihil fiet, & in vanum ſemper laborabitur.* Hucuſque Ioannet. *B. Ioann. Capiſtr.*

4 Vnaquæque Religio ſuas habet Conſtitutiones ad electiones, per quos fiunt faciendæ, nec in diverſitate conſtitutionum recẽſenda immorari oportet: cęterum quia inter alias occaſiones ambitionis, quibus ſe iuvant ambientes, maxima, & validiſſima eſt, quod electores, & electi adinvicem poſſint eſſe ſibi cauſæ, ſic enim illud vulgare verificari poteſt: *Hazme la barba, harete el copete: do, ut des*, iam illud medium ambitioſorum, promiſſio ſcilicet, non deerit, & ſic omnes quæ ſua ſunt quærent, non quæ Ieſu Chriſti.

5 Pater Ioannetin, ut hæc mutua dependentia ceſſet, & inconvenientia inde ſecuta, proponit reformationem efficaciſſimam pro ſua Religione, quam alię poſſint imitari. Clemens VIII. & Gregor. XIII. *Excluſerunt* (inquit) *Patres perpetuos a Diffinitorio, & Diſcretorio in Provincialibus Capitulis, ne ſcilicet poſsint habere ſuffragium in electione Provincialium, Patrum, ac Guardianorum.* Hoc optimum principiũ fuit, ſed an perfecta lætitia reſultaverit, aut maiora inconvenientia? Hîc opus hìc labor eſt. *Ioannet.*

Pius V. fæl. rec (*partibus auditis*) *ſtatuit quod Guardiani eligantur per ſuffragia conventus, & Provinciales eligantur â Generali, & Diffinitoribus Generalibus ex alienis provincijs.* Et ſic ſuo tempore ceſſarunt dictę dependentiæ, & inconvenientia: *Si ergo Prælati locales eligantur per ſuffragia conventus, hac conditione, quod eligendus tunc temporis non ſit præſens, nec antea per ſex menſes fuerit de familia eiuſdem cõventus, pro quo eligitur: & quod finito officio ad alium conventum de familia mittatur, ut ceſſent inconvenientia* eſſet ſanctiſſimum pro omnibus Religionibus. *Pius V.*

6 Item, ſi *Provinciales omnium Provinciarum totius Ordinis à Generali, & Diffinitoribus Generalibus eligantur, hac con-*

ditione, quod nullo modo sint: aut fuerint eiusdem Provinciæ pro qua eligitur, sed quod ex aliena Provincia semper assumantur, & finito officio ad suas revertantur Provincias, ut cessent inconvenientia, causa esset magnæ pacis inter Regulares. Sic statutum est in Capit. General. Salmant. & confirmatum a Iulio III. anno 1553. Sic pro Conventualibus Pius V. (*partibus auditis, & re mature considerata*) anno 1568. & id ipsum extendit ad Patres de observantia, anno 1571. in Capitulo Romæ celebrato, & sic hoc remedio multa cessarunt inconvenientia: *Hoc sanctissimo, & efficacissimo remedio* [Tabula Capituli refert) *cessarunt omnia supradicta, & multa alia inconvenientia, & tunc temporis sanctè quietè, & pacificè procedebant, & vivebant omnes Fratres, & quia vere humiles vere sancti, & obedientes erãt: quia non dignitates, & officia: non præesse, sed omnibus subesse desiderabant, quia non inter se pugnabant, nec ullo modo, aut quæsito colore belligerabant, quia non quærebant divisionem, sed fraternalem conservabant unionem, & inter se unanimes, & conformes erant: contra diabolum Mundum, Carnem, & Sanguinem, die, noctuque pugnabant, & victorias reportabant.* Et ita erit modo si sic fiat ab omnibus Regularibus, facilimèque omnia alia, quæ reformari indigent, reformabuntur.

7 *Ex hoc iam cessabunt Capitula Provincialia, cessabunt præcedentes visitationes, cessabunt Procuratorum seu Discretorum electiones.* Cessabunt ea omnia inconvenientia, quæ numerat
S. Bonav. S. Bonavent. Epist. ad Ministros Provinciales, & Custodes. Legatur, & attente consideretur: *Cessabunt incredibiles expensæ & omniũ Fratrũ turbationes, quæ rutnæ forte sunt totius Religionis. Iam omnes Religiosè procedent, ut suis meritis digni ad officia inveniãtur, & quin ipsi curêt, nec de officijs cogitent, in absentia à Deo eligentur. Provinciales etiam, quia sic iam Monarchiam conservare nequeunt, nec Prælati localis, nec aliorum subditorum indigent suffragijs: ipsos omnes rectè vivere cogent, indignos eligi non permittent in monasterijs. Omnes inferiores Prælatos, & subditos, ut dilectos in Christo filios charitative benigne, paternaliter, æqualiter, libere, & secundum Deum gubernabunt de-*

defectuoſos (ſi qui ſint inobedientes, proprietarij, incaſti, & quocunque alio modo ſuæ Regulæ transgreſſores (ſi antea non poterant, aut ne contriſtarent, non audebant) iam viriliter, fortiter, & miſericorditer punient. Sanctos, & Religioſos Fratres, in quantum poſsint, ad præmia, dignitates, & officia, etiam renuentes, quia digni ſunt, exaltare curabunt. Sic ceſſabunt partialitates, quia ceſſabit materia: nec iam eſt, propter quid Patres inter ſe diſſentiant. Non propter Monarchiam Provinciæ, quia ſic iam ipſi nec aliquis ex eadem Provincia eligi poteſt in Provincialem ipſius: non propter elèctiones Prælatorum localium, quia iam non dependent ab ipſis Patribus, ſed á ſuffragijs monaſterij. Ceſſabunt murmurationes, quærimoniæ, lites, diſſenſiones, cõtroverſiæ, rixæ, odia, inimicitiæ, ſcandala. Omnes fraternaliter ſe diligent, & tandem ab illo tunc (ex dicta Pij V. Reformatione) ſumma pax, charitas, & amor in Monaſterijs noſtris regnabit, Amen.

8 Et quantum interſit quod Provinciales, ex aliena Pro- Ioannes.
vincia ſint, nec non Correctores ex alijs conventibus probat regimen bonum, quod dictat Legatos, Nũtios, Vice Reges, Rectores Civitatũ, & alios Miniſtros nõ eſſe eorumdẽ Regnorum, aut civitatum pro quibus aſſumitur: ergo ſic in noſtro caſu: ſic ipſi non ſolicitabunt ſuas electiones. Sic Provinciales, quorum merita notiſsima erũt Generali & Diffinitoribus erunt ſelectiſſimi, & proſpicient bono cõmuni, & quamvis in incognitos veniãt ſubditos, quia ab ipſis non depẽdet electio localiũ Prælatorũ, ſed ab ipſis capitulis, non errabunt in diſtributione officiorũ præterquã quod à Collegis ſeu Conſiliarijs qui eiuſdẽ erunt provinciæ cacile de rebus eius informabũtur, & quia ex probatis officijs bonũ nomẽ acquirẽt, circa generalẽ, curabũt ſemper Dei cauſam agere. Et ſi aliqui ſuo muneri non ſatisfecerint minus malum eſt ad tempus Provinciã pati, quam æternaliter per Monarchiam quam incolæ, & filij Provinciæ introducerent, á qua liberi erunt. Et quia ad electionem localium Prælatorum ſimiliter omnimoda libertate locales vocales eligent, probiorem, & magis idoneum ſuis Monaſterijs faciẽt: *Et experientia compertũ eſt quod totus*

conventus, si libere, ut secundum Deum eligat, relinquatur, fere nunquam errabit; in Diffinitorio autem Provinciæ non sic.

9 Placet valde modus iste amputandi mutuas dependentias, & materiam ambitionis: & utinam in nostra Minimorum Religione illum Santissimus motu proprio servari præciperet. Denique quamvis electiones conventuum ad Diffinitorium necesse est ire confirmandas, & approbandas, curabũt tales eligere, quos Diffinitorium non posset non confirmare. Neque aliquod alicuius momenti inconveniens in hoc conspicio futurum, quod cogat sentire oppositum. Repugnabunt forte ambitiosi, & iniqui possessores, sed non audiendi, ubi manifesta ratio convincit.

10 Concludo ergo quod si ipsi Diffinitores seu Consiliarij Generales, quibus sit potestas eligendi Provinciales in habiles sint ad officium Generalatus, eligent Provinciales sine spe circuli, quia non possent Provinciales, ad quos spectat electio Generalis retribuere eis dando suffragia: Provinciales, si dirigunt electiones locales, non sperabunt sibi vel amicis ad officium Provincialatus vota, quia non pertineret ad locales Prælatos: neque ipsi Fratres locales eligentes localem Prælatum possent reeligi ab ipso, cum is deberet esse ex alio Conventu, & sic omnino cessabit mutua correspondentia nutrix ambitionis, & malorum, quæ inde oriuntur.

TRACTATVS VI.

De bonis & idoneis promovendis Prælatis, ut instauretur observantia: & de duratione officiorum maximè Generalis, ac situ, ubi habitare debeat.

MAlos vidimus Prælatos reprobandos in electionibus; nunc ut secundum Deum electiones fiant, ut instauren-

rentur Religiones, quales debeant esse Prælati, quique dicendi sint probi, boni, & idonei, videamus: & quamvis exẽpla bonorum inveniri possint, ex qualitate in hucusque dictis de antiquis fundatoribus status Religiosi 1. part. de Seth, tr. 4. A. 6. Enos, Cainam, tract. 4. A. 7. & Enoch A. 8. art. 2. & 3. de Noe, tract. 5. A. 1. & 4 de Abraham, tract. 6. de Moyse, & Nazareis, tract. 7. de Cinæis, tract. 8 & de Filijs Proph. tract. 9. de Esdra, & Neemia, ac Machabæis suis in tractatib & 2. part. de Supremo exemplo Prælatorum Christo, Discipulisque, & Apostolis eius, & 3. part. de Omnibus Fundatoribus Religionum Legis gratiæ, & hac 4. parte maximè, tract. 2. art. 3. de conditionibus boni Visitatoris pro reformãdo statu Religioso, nunc specialius Prælatos bonos constituã, quia ab eorum positione, depẽdet perfecta Religionis instauratio. Nos.

ARTICVLVS. I.

De bonitate, & idoneitate Prælati in se, ut prælatura, & regimen nunquam habeat finem.

PRælatus ille bonus erit, qui caruerit illis deformitatibus, & vitijs, maximè ambitionis (quę in malo Superiore vidimus) pervenerit ad dignitatem per Deum: & secundum legem Dei gubernaverit in Religiosorum subditorum utilitatem: qui diverterit à malo, & fecerit, quod bonum, & iustum est.

Optime depingitur a Prophpeta Ps. 1. *Beatus vir* (inquit) *qui non abijt in consilio impiorum, & in via peccatorum non stetit: & in cathedra pestilentiæ non sedit* (Ecce mala non facienda, sed fugienda) *sed in lege Domini voluntas eius: & in lege eius meditabitur die, ac nocte.* (Ecce sectanda bona:) *Et erit tãquam lignum, quod plãtatum est secus decursus aquarum: quod fructũ suum dabit in tempore suo* Ecce utilitas subditorum, quibus debet esse bonus: *Et folium eius non defluet, &c.* Ecce perpetuitas iudicaturæ cum prosperitate usque ad diem iudicij, quando Ps. 1. A. 1. 2. 3.

cum

cum alijs Beatis: *Sedebunt ſuper ſedes iudicantes duodecim tri-*
Pſ.1.A.4 *bus Iſra.* Quod ſecus eveniet impijs Prælatis: *Non ſic impij nō*
5. *ſic, ſed tāquā pulvis, quē proijcit vētus à facie terræ. Ideo non reſur-*
gent impij in iudicio, neque peccatores in concilio iuſtorum. Quia viæ illorum ad prælaturas, & machinationes ad monarchiam conſervandam, exitum infelicem habebunt: erunt enim rei cum damnatis, non ad thronos elevati, ſed in terra tanquam pulvis iudicandi, & damnandi. Hæc late proſecuti ſumus in
Nos. noſtra Eruditione Evangelica, tom. 2. lib. 22. exh. 3. nunc aliqua breviter dicamus.

2 Beatitudo hominis formalis conſiſtit in operatione ſecundum virtutem perfectam, & ultimam, ut docent Theo-
S. Thom. Theologi Ariſtotel. S. Thom. logi cum D. Tho. 1. 2. q 3. a. 2. & Philoſophi cū Ariſt. 1. Ethicorū, c. 7. & hæc operatio nō debet eſſe circa honores, neq; aliquod creatū ut idem D. Tho. q. 2. maximé art. 2. *Præmiū virtutis* (ait S. Tho. ad 1.) *eſt ipſa Beatitudo, propter quam virtuoſi operantur: ſi autē propter honorē operarentur iā non eſſet virtus, ſed magis ambitio.* Operatio item humana omnis quoad corpus tribus partitur membris, ambulare, ſcilicet ſtare, & ſedere, & hę omnes operationes non á conſilio impiorum, ſed à diuino faciendæ ſunt, ut & verba pſalmi demonſtrant: *Non abijt in* concilio impiorum: non *ſtetit*, & in cathedra peſtilentiæ *non ſedit.* Verba concilij ambitioſorum ſunt vanitate, & mēdacio plena: *Linguam noſtram magnificabimus* (Pſ. 11. A. 4.)
Pſ.11.A. 4. *labia noſtra à nobis ſunt: quis noſter Dominus eſt?* Nulli, nec ipſi Deo ſubeſſe, ſed præeſſe anhelant ambitioſi, & ut celebres
Gen. 11. fiant Gen. 11. *Venite* (dicebant) *faciamus nobis civitatem, &*
A.4. *turrim, cuius culmen pertingat ad cœlū. Celebremus nomen noſtrū, &c.* Nec profectum aliorum, ſed ſuum, *faciamus nobis*, nec gloriam, & honorem Dei, ſed propriam (*nomen noſtrum*) vaniſſimi ambitioſi prætendunt. Quando ergo impij dicunt vobis: Procuremus honores, & media ad impetrandas dignitates. Idque ſuaſerint quocunque colore virtutis, & communis
Nos. boni [ut ſuprà dicebamus, tract. 4. art. 1. num. 4.] non te ingeras, nec extendas manum ad accipiendum, nec in eorum

eas

eas concilio, nec per transenam in eorum stes via pacisce-do pro electionibus aliquid: nec tandem sedeas in cathedra dignitatis pestifera, & corrupta per ambitionem; fuge eos quasi affectos peste, & tanquam virus exhorreas, fuge & salvaberis, & eris Beatus.

3 Tribus gaudent Beati bonis in Patria: *Immutabilitate, iugi Dei visione, & beneficentia erga nos*, qui in exilio sumus: totidem & debet habere bonus, & idoneus Prælatus in via, quibus disponitur ad Patriam: *Immutabilitate*, non enim debet mutari prece suasione pretio, promissione, minis aut terrore hominũ ad procuranda sic officia sibi vel alijs ambitiose. Non debet mutari sicut Primus Parens, & Prælatus Adam, qui nõ contentus præesse omnibus sublunaribus, ad suggestionem, & consilia impij Serpentis motus alta ascendere ambivit, & honorem magnũ per excessum ad sua merita, & sic corruit, & in servitutem peccati delatus est. Sit sicut Primus Reparator, & institutor status Religiosi, qui dimoveri non potuit suggestionibus, & consilijs, ac promissis Sathanæ triplici via tentãtis cũ Immutabilitas hæc boni Prælati explicatam ciusdem, Ps. 1. verba: *Follium eius non defluet, & omnia quæcunq; faciet prosperabuntur*, sicut de Christo Domino dixit Angelus, Luc. 1. *Et regnabit in domo Iacob in æternum, & regni eius non erit finis.* Sic Prælato bono erit dominatio cõtinuata usq; ad Beatitudinem (ut dicebamus) ubi æterna, & perpetua gaudebit immutabilitate, & S. Isidor. lib. 3. sent. c. 48. *Qui in hoc sæculo* inquit, *bene imperat, sine fine in perpetum regnat: & de gloria sæculi huius ad æternam transmeat gloriam.*

Ps. 1. A. 3.

Luc. 1. D. 33.

S. Isidor.

4 At impij & mali ac ambitiosi Prelati mutabilitati subiacent quã ipse subdit Propheta: *Non sic impij, non sic, sed tanquã pulvis, quem proijcit ventus à facie terræ.* Quia ipsi de successore curantes, ut semper dominentur, è pulvere terræ formant fictiles, & virtute carentes Prælatos *Prælados de manga*, ipsi in pulverem convertuntur, & tám ipsi quâm ipsorum creaturæ, *levantados del polvo de la tierra* proijciuntur a facie terræ, & quo firmari curabant, ruunt: *Ideo non re-*

Ps. 1. A. 4.

Ps. 1. A. 5.

resurgent impij in iudicio, neque peccatores in concilio iustorum. Exempla secuti prævaricantis Adam in pulverem convertuntur, & virtus quam viriditate fingebant, non erat foliorũ ligni permauentis, sed fœni: gloria enim ambitiosi fœnum
Isaiæ 40. B.6 7. est. Sic clamavit Isaias, cap. 40 B. 6 & 7. *Omnis caro fœnum: & omnis gloria eius quasi flos agri. Exiccatum est fœnum, & cæcidit flos.* Honor & gloria Prælati boni permanebit cum immutabilitate, quia Beatus, non abijt in via ambitionis; ambitiosi ve
Ps. 1. A. 6 ró via in casum ducit, & sic Propheta Ps. 1. concludit: *Quoniã novit Dominus viam iustorum: & iter impiorum peribit.*

5 Secundam Beatorum felicitatem, iugem Dei visionem, [in qua ipsa formalis consistit Beatitudo] cum amore Beatifico, quibus intellectus, & voluntas in bono rectificantur, bonus habet Prælatus, quatenus *in lege Domini voluntas eius* per bonam, & rectam intentionem, & per prudentem electionem mediorum Legi Dei conformium, â qua & observantijs ac legibus sui instituti recedere nullatenus patitur. Legem ascendendi ad Prælaturam describit Ecclesiasticus, cap.
Eccles 7. A. 4 5. 6. 7. & 8. 7. *Noli quærere à Domino* (temporali) *ducatum, neque â Rege cathedram honoris. Non te iustifices ante Deum* (præsumendo esse idoneum) *quoniam* (si apud homines te ostendas ac fingas puritate intentiouis, apud Deum non iustificaberis) *Agnitor cordis ipse est. Et penes Regem noli velle videri sapiens. Nolî quærere fieri iudex, nisi valeas virtute irrumpere iniquitates: ne forte extimescas faciem potentis* (in iniquitate, in qua gloriatur] *& ponas scandalum in æquitate tua. Non pecces in multitudinem civitatis* (peccata in illa permittendo pro tui conservatione) *nec te immittas in Populum* (quia cum onus excedat vires, & honor excellẽtiam virtutis, per excessum ambitiose peccas: (*Neq; alliges duplicia peccata* (tui inordinate procedẽtis, & populi misere labẽtis) *nec enim in uno eris immunis.* Siquidem strictè de omnibus reddes rationem, & acriter
Sap 6. A. 7. punieris: *Nam potenter potentes tormenta patientur*, Sap. 6. & Prælatorum causę strictius examinabuntur.

6 Prohibet, & permittit lex prohibet ambire officia, & dig-

dignitates quantum est ex se, & permittit quando aliunde coguntur boni viri ad honores. Prohibitio inducit timorem mali, & permisio amorem boni, quę reperiri oportet in viro habente voluntatem in lege Dei. Exemplum Christi, & Sanctorum secuntur Prælati boni: Christus Dominus Ioan. 6. B. 15. post illud celebre miraculum de panibus auctis ad saturitatem tot millium hominum: *Iesus ergo* (ait) *eum cognovisset quia venturi essent, ut raperent eum, & facerent eum Regem, fugit iterum in montem ipse solus.* Renuit promoveri ab hominibus ad dignitatem Regiam, quia repellendi sunt officia offerentes, quia onus grave timendum, S Gregor. tom. 2. lib. 4. cap. 4. in 1. Reg. 10. in illa verba: *Vnxit te Deus* de viris sanctis: *Cum viri Sancti* (ait) *ad primatū Sanctæ Ecclesiæ sustollūtur vehementer expavescunt, ne onus tanti ordinis sibi in iudicio hominum sit impositum, non ordinatione Conditoris.* Quia cum homines decipi possint in iudicanda idoneitate, timere debẽt honorandi: an ipsi decipiantur, aut decipiant laudando, quem attrahere procurant ad consentiendum electioni de se faciendæ? ideo & Christus D. & Sancti timidi sunt, nec ab hominibus promoveri patiuntur, sed fugiunt: promotio sit a Deo.

Ioan. 6. B 15.

S. Greg. 1 Reg. 10 A. 1.

7 Idem Christus Dominus quamvis, utpote Filius Dei naturalis Regiam mereretur dignitatem, & dixerit illi Pater: *Filius meus es tu: ego hodie genui te. Postula á me, & dabo tibi gentes hereditatem tuam: & possessionem tuam terminos terræ:* tamen tanto non est usus iure, nec honorem quæsivit, aut affectavit, sed voluntati Dei præcipientis se subiecit. *Ego autem* (inquit) *constitutus sum Rex ab eo super Siõ montem Sanctum eius: prædicans præceptum eius.* Non adduxit excellentiam meritorum, & idoneitatem ad regnum, sed præceptum, & voluntatem Patris de sua prælatione, ut discamus humiliter sentire de nobis, & non iactemus nostris meritis dignitates obtinuisse, sed præcepto Superiorum, in quo manifestata sit voluntas Dei. Circa quod optime S. Gregor. lib. 5. cap. 3. sup. 1. Reg. 13. in illa verba: *Quæsivit Dominus sibi virum iuxta cor suum: & præcepit ei, ut esset Dux. Sed quæri debet secundum cor Dei, ut vi-*

Ps. 2. R. 7 8.

S. Gregor 1. Reg. 13 cap. 14.

videlicet, non solum divinam voluntatem intelligat, sed bonis operibus ostendat. Quia item electi viri ad honorem primatus, non ex ambitione veniunt, sed coacti perducūtur: benè dictum est: Et præcepit ei, ut esset Dux. Oportet, ut eligendus ad prælaturam, non solum voluntatem habeat in lege Domini, sed quod operibus notum sit ea adimpleviſſe, potest enim quis te decipere promittendo, magna facturum, qui revera anteà non fecit.

Ioannet. Vnde: *Nemo se imaginibus cogitationum* [ait Ioannetinus ex eodem Gregor. cap. 2. Aphor. num. 11) *magna facturum proponentibus illudat; sed ex ante acta vita se iudicet, quid in Prælatura acturus est. Quomodo enim in culmine positus discere poterit humilitatē, qui in imis non desinit superbire? Quomodo avaritiā superare poterit deputatus ad sustentationem multorum, qui anteà propria tenaciter servabat? Nam quid est officium Pastorale, nisi quædam iugis, & perpetua mentis tempestas fluctibus curarum, & cogitationum semper fervens? Qui ergo mentis naviculā, dum in tranquillo navigabat dirigere vix poterat, quomodo in medio procellarum servabit illesam.*

8 Vacuo virtutum prohibetur quærere fieri iudicem, & pleno virtute ad rumpendas iniquitates aliorum conceditur prælaturas ascendere, non ex motu proprię voluntatis, nam erit ambitiosus, sed motus a præcepto Domini, & obedientia. Si imponatur tibi á Superiore præceptū, humiliter te non idoneum, indignū quinimo, & insufficientiā tuā recognosce: & hoc non ita tenaciter, ut repugnes obedientiæ tuam illi nō resignando voluntatem, quia beati Prælati volūtas in lege Domini esse debet. Sed obedire oportet, & Deus laborabit pro

S. Gregor te, erit adiutor in tribulatione: *Inter hæc* (prosequitur Aphorism. ex Gregor. num. 12.) *itaque quid sequendum est, quid tenendum, nisi ut virtutibus pollens coactus ad regimen veniat, & virtutibus vacuus, nec coactus accedat. Ille, si omnino renitetur, caveat, ne acceptam pecuniam in sudario ligans, de eius occultatione iudicetur* (pecuniam siquidem in sudario ligare est percepta dona sub otio lenti corporis abscondere) *iste si faciliter acceptat, videat ne per mali operis exemplum fiat ob-*

sta-

staculum ingredientibus Regnum cælorum, more Phariſæorum quibus Dominus dixit, quod, nec ipſi intrabant, nec alios intrare permittebant. Denique qualiter in acceptanda dignitate ſe gerere debeat bonus, & beatus Prælatus: *Cum ad Prælaturam* (idem ex Bernardo, num. 1.) *aſſumeris, ſic te gerere debes, non quaſi ſponte tua, hilarivé, & lubenti animo gaudens, ſed flendo potius, & lugendo conſentias. Siſque revera aſſumptus, constitutus, vocatus, raptus: ac invitus â tuæ Rachelis amplexibus avellaris. Non te ingeras. Melius eſt enim omnibus ſubeſſe; quã uni præeſſe. Nec ſumas tibi honorem; expecta quinimo, ut ſis vocatus tanquam Aaron à Deo: quia, qui aſcendit aliunde, & non intrat per oſtium in ovile ovium, ille fur eſt, & latro, non Paſtor, ſed mercenarius, nõ diligendus, ſed tollerandus: cito cavẽdus, & repellendus.* Fuge, & ſalvaberis, quia apud Deũ nõ te defendent honores. Hæc ille. Ioannes.

9 Et quia bonitas, & rectitudo voluntatis ducitur, & conſervatur â ſcientia, ideo non tantum voluntatem dixit nobis Propheta in lege Domini eſſe ad fugiendos honores collatos ab hominibus, & ſubeundos collatos á Deo, ſubdit: & *in lege Domini meditabitur, die, ac nocte,* quia probitas Prælati non tãtum ex probis moribus, ſed etiam ex ſcientia penſanda eſt. Vnde c. Cum in cunctis de electione dicitur: *In cunctis ſacris ordinibus, & Eccleſiaſticis miniſterijs ſunt ætatis maturitas, gravitas morum, & litterarum ſcientia inquirenda.* Si enim bonus Prælatus declinavit a via impiorum, neceſſe eſt viam per quã ambulet agnoſcat, & hoc per meditationem Scripturarum aſſiduam fiet: *Non recedat volumen legis huius* (dixit dominus Ioſue quando gubernationem, & ducatum commiſit Populi) *ab ore tuo: ſed meditaberis in eo diebus, ac noctibus, ut cuſtodias, & facias omnia, quæ ſcripta ſunt in eo: tunc diriges viam tuam, & intelliges eam: Qui Sacerdotem dicit* (ait Dionyſ. de Eccleſ. Hier. cap. 1.) *auguſtiorem prorſuſque divinum inſinuat virum, totiuſq; ſanctæ ſcientiæ peritiſſimum,* & S. Gregorius lib. Regiſtri, c. 30. *Quid eſt Sacerdotale cor* [inquit] *niſi arca Teſtamenti, in qua quia ſpirituali doctrina viget, proculdubio Tabulæ legis iacent.* Verum eſt tamen, quod non omnes Prælati æqualem ſcientiam

Ioannes.

Pſal. 1. B. 3.

c. Cum in cunctis.

Ioſ. 1. B. 8.

S. Dionyſ. Areopag.

S. Gregor.

tiã debent habere, sed magis, & minus secundũ gradus suos, de localibus Prioribus tenent Prędicatorum Constitutiones quod diserte sciant loqui verba latina, & sufficienter intelligant sacram Scripturam exponendam subditis, & sic ascendendo iudicare poteris de superioribus Prælatis: *Generalis* (ait Peirin. de subdito quęst. 1. c. 31. §. 2. quæst. 6.) *debet esse Theologus in eminenti gradu, Provincialis in inferiori (intra tamen eamdem speciem) Corrector sufficit quod Grammaticæ, & casuum conscientiæ aliqualem doctrinam caleat. Ita colligitur* ex Innoc. c. *in cunctis*, de elect. num. 2. Abbate, ibid. num. 4. *qui expressè declarat, quæ scientia requiratur in quolibet officio.* In omnibus tamen necesse est, quod tanquam Magistri suorum suam legem, & constitutiones, ac observantias, die, noctuque meditentur, & recurrant: nam bonus Prælatus in lege Domini Religiosa sibi commissa *debet meditari, die, ac nocte.*

Peirinis.

10 Videant Prælati, & Electores ne stulto, & ignoranti prælaturam conferant, nam qui cæcum ductorem habet, in foveam, & barathrum cum illo cadet. Bene Sapiens, Prov. 26. *Sicut, qui mittit lapidem in acervum Mercurij: ita qui dat insipienti honorem:* ubi Septuaginta habent: *Sicut, qui mittit lapidem in fundam.* Mittit incautus pusio lapidem in fundam, eamque in gyrum ter, aut quater ductam in altum deijcit, dumq; magni aliquid se feciſſe autumnat, dilabitur lapis super caput eius, illudque rumpit, ac frangit. Sic evenit illis qui, ut dicebamus, é pulvere Prelatos insipientes erigunt pro sui conservatione, nam illis venit in ruinam: *Tanquam pulvis quem projcit ventus â facie terræ.* Accidit illis, quod Israelitis Exhod. 32. maxima diligentia, & sumptu fabricatum aureum vitulum ducem, & Prælatum ac Deum, cui reverentiã exhiberent; in pulverem, imperante Moyse, reductum potaverunt in ruinam, pulveres enim illorum labijs adhæserunt, & omnes aurata labia habentes occisi sunt. Sic isti, qui forte subornati auro, & argento simoniace insipientẽ erexerunt, aurum gustatunt in delicijs, & fastu quem sustinent, illis in ruinam, casum, & perditionem est. Satis.

Prov. 26. B. 8.

Septuag.

Ps. 1. A. 4.

Exh. 32. E. 20.

AR-

ARTICVLVS II.

De bonitate, & ſufficientia Prælatorum in bonum ſubditorum: & qualiter Prælati Superiores, & Electores eam ponderare debent, ut etiam renuentem eligant, & ſe ingerentem explodant.

1 PRoſunt nobis Beati in Patria, eodem etiam módo proſunt boni Prælati ſuis ſubditis. Id proſequitur Propheta Pſ. 1. *Et erit tanquam lignum, quod plantatum eſt ſecus decurſus aquarum quod fructum ſuum dabit in tempore ſuo. Hic conſequẽter (*ait Gloſſ. Incog.*) oſtenditur Chriſtum omni bono abundaſſe quo ad opera.* Fuit Chriſtus Dominus plantatus in Incarnatione divini Verbi, in abundantia aquarum, id eſt plenitudine Gratiæ Spiritus ſancti: hos decurſus aquarum illam gratiæ abundantiam ſignificant iuxta illud. Ioan. 7. *Flumina de ventre eius fluent aquæ vivæ. Hoc autem dicebat de ſpiritu, quem accepturi erant credentes in eum.* Et etiam ſecundum eamdem Incognitam plantatus eſt Chriſtus ſecus de curſus aquarum, id eſt, divinæ Sapientiæ unitus iuxta illud, Eccleſ. 15. *Aqua ſapientiæ ſalutaris potavit illum.* Fructum dabit tempore ſuo, quia dedit illũ tempore ſuo: quod dixit prope eſſe: Matth. 26. *Quo ſcilicet tempore (*Incog.*) dedit fructum noſtræ redemptionis.* Quo ſcilicet tempore ſuę paſſionis de Chriſto impletum eſt illud: *Lignum attulit fructum ſuum*, Ioel. 2. E. 22.

Pſ. 1. A. 4

Gloſſ. Incogn.

Ioan. 7. F. 38.

Eccl. 15. A. 3.

Matthæi 26. B. 8.

Ioel. 2. E. 22.

2 Tempus Chriſti quatenus Redemptoris, fuit tempus paſſionis, quando dedit fructum; at quatenus Prælatus, & Præſes tempus ſuum habet, in quo ſemper dat fructum, quia illud eſt lignum vitæ. Sic de throno ſuæ prælationis, in quo Agnus ſedens regnaturus in æternum fluvios aquarum mittebat ait Ioan. Apoc. 22. *Oſtendit mihi fluvium aquæ vivæ, ſplendidum tanquam cryſtalum procedentem de Sede Dei, & Agni. Et in medio plateæ eius, & ex utraque parte fluminis lignum vitæ afferens*

Apoc. 22. A. 1. 2.

fructus duodecim, per menses singulos reddens fructum suum, & folia ligni ad sanitatem Gentium. Sic Prelati per lignum significati decursus aquarum gratiæ, & bonitatis, necnon Sapientiæ Scripturarum irrigatum debent dare fructum suum in tempore suo, quod est totum tempus officij, non æstate, aut autumno, sed per singulos menses duodecim fructus: omni tempore prodesse debẽt subditis suis, die, noctuque, quia in commodum, & utilitatem illorum dati sunt.

3 Munus hoc tertium bonorum Prælatorum reddendi fructum suis subditis significavit pulchre Apostolus Ad Hebr. 5. B. 4. *Nec quisquã sumit sibi honorem, sed qui vocatur á Deo tanquam Aaron* Non ab hominibus, sed á Deo vocatus, & electus est Aaron in Sacerdotium, ut præesset Populo, & assumptis duodecim virgis duodecim familiarum, & virga Aaron de Tribu Levi: *Quem ex his elegero* (dixit Dominus, Numer. 17. B. 5. *germinabit virga eius*, & sic factum est: nam *sequenti die regressus, invenit germinasse virgam Aaron in domo Levi: & turgentibus gemmis eruperant flores, qui, foliis dilatatis in amygdalas deformati sunt*, ibidem. 8. Sic qui præest debet esse virga florida, viriditate virtutum grata, & odore bono plena: dilatareque debet folia Religiosarum observantiarũ modestiæ, & sanctimoniæ in aliorum utilitatem: sic producit amygdalas virga regiminis ad alendos, sustentandos, fovendosq; blãde, & suaviter, subditos, & etiam punicdos virga ipsa percutiẽte, quãdo fuerit opus ideo ipsa Aaronis virga, ut Exod. 7. B. 10. & 12. *Versa est in colubrũ*: & virgas Magorũ: *quæ versæ sũt in dracones: sed devoravit virga Aarõ virgas eorũ.* Et alias percusiones, & plagas fecit Ægyptijs quia qui à Deo vocatur Prælatus valet virga irrumpere iniquitates, nec faciem potentum pertimescere. Virga ergo Prælati debet fructu sustẽtare, ictu percutere, & absorbere abusus, & dilatatis folijs observantiæ, sanitatem, & instaurationem introducere: *Et folia ligni ad sanitatem gentium* sicut, & Christus pertransijt bene faciendo, & sanando omnes.

Ad Hebr. 5. B. 4.

Num. 17 B. 5. 8.

Exodi 7. B. 10.

4 In omnium autem Prælatorum maximo Christo Domino

no exemplari singulare conditi num boni, & perfectissimi Superioris adijciam ex Isaiæ cap. 11. *Egredietur* (ait) *virga de radice Iesse, & flos de radice eius ascendet.* Qui odorem bonum undiq́ue fundet: sic enim Cant. 1. in odorem unguentorum illius currere Fideles significatur Sunt hæc unguenta quibus Spiritus sanctus eum unxit in Regẽ cũ suprema super omnes potestate: *Vnxit te Deus Deus tuus oleo letitiæ præ consortibus tuis.* Ps. 44. Dona, quæ accepit, boni Prælati fuere: *Et requiescet super eum spiritus Domini, spiritus Sapientiæ, & intellectus* ad intelligenda altissima divinitatis, & intelligendam Sacram Scripturam ab eodem spiritu revelatam in lege in qua erat eius voluntas quamq́ue meditabatur: *Spiritus Consilij* in rebus agendis, & *fortitudinis* ad evertenda mala, & *scientiæ* qua pollebat, & *pietatis* in parcendis miseris peccatoribus: *Et replevit eum spiritus timoris Domini.* Ideo Prælaturam recusavit (ut dicebamus) ab hominibus accipere. Fructus pietatis fuit, toties condolere miserijs pauperum, tùm sanando illos á languoribus, tùm in ægestate, & fame saturando multitudinem. Isaiæ 11. a. 2 3. Ps 44. B.

5 *Non secundum visionem oculorum iudicabit, neque secundũ auditum aurium arguet*; quia virtute divina interiora penetrabat, & corda: *Sed iudicabit in iustitia pauperẽ, & arguet in æquitate pro mansuetis terræ.* Sic mulierem quam dicebant Scribę, & Pharisæi deprehensam in adulterio, neq́ue secundum visionem oculorum eorum, neq́ue secundum auditum iudicavit, neq́ue secundum accusationem, quia ipsi etiã rei erant, sed in tacente mulière humilitatem, & cõtritionem aspexit: Et dixit quando iam disparuerunt acculatores, quorum peccata illis dedit intelligi: *Mulier, ubi sunt qui te accusabant? Nemo te condemnavit? Quæ dixit: Nemo Domine. Dixit autem Iesus: Nec ego te condemnabo: vade, & iam amplius noli peccare.* Conformiter ad hoc S. Franciscus in instructione Ministri Generalis dicebat: *Ad eum maximè pertinet* [Aphoris. cap. 11. num. 93.] *latentes conscientias distinguere, & ex occultis venis eruere veritatem. Omnes accusationes in principio habeat suspectas, do-* Ioan. 8. B. 10. 11 Ioannet.

nec veritas ex diligenti examinatione incipiat apparere. Aures etiam non præbeat multiloquis; & multiloquos in accuſationibus habeat ſuſpectos, nec faciliter credat eis.

6 Fortitudinem etiam boni Prælati explicant ſequentia verba: *Et percutiet terram virga oris ſui, & ſpiritu labiorum*
Iſaiæ 11. ſuorum interficiet impium, Iſaiæ 11. A. 4. Verba Prælati in cor-
A. 4. rectionibus virga debet eſſe percutiens terrenos, & obſtinatos: ſic Chriſtus virga ſermonũ ſui oris Magdalenã percuſit peccatricẽ, & è duricie cordis pro fluvia lacrymarum melius quã virga Moyſi è petra aquã eduxit: & ſpiritu eiuſdẽ virgę tetigit ſuperbum Phariſæum in corde murmurãtem Chriſto negãtẽ divinitatem veri Prophetę. Imò, & fortẽ ſe exhibuit
Ioan. 2. c. quando Ioan. 2. c. 15. videns domum Dei profanari, venden-
15. tes boves, & oves, & columbas, ac nummularios ſedentes: *Et cum feciſſet quaſi flagellum de funiculis, omnes eiecit de templo, oves quoque, & boves, & nummulariorum effudit æs, & menſas ſubvertit* Veluti Sapiens, & prudens, quando oportebat ægenos & pauperes liberabat, & quãdo oportebat ſuperbos percutiebat, famelicos ſaturabat, & infirmos ſanabat, ac contritos corde iuſtificabat.

7 E contra Prælati ignorantes, ac vitijs obcæcati non ſic proſunt ſubditis, ſed damnant, non in æquitate iudicantes: *Pœ-*
Ioannet. *nire, cui parcendum* (Aphoriſ. cap. 11. num. 2.) *aut parcere, cui puniendum, utrumque malum eſt. Severitas non ſit crudelitas, ſed dulceſcat, quia continua ſeveritas eſt odioſa, & exaſperat animos. Sit Superior clemens, affabilis, & humanus Multoties, quæ ſuavitas apparet, remiſſio eſt: & quæ fortitudo, crudelitas. Corrigendo ergo nunquam quaſi nimium emugientes, aut elicientes ſanguinem, ſed benigne.* Verba Prælati ſint, & Patris, virga percutiens, & ſanans, qualis bonum decet Prælatum.

1. Tim. 3. 8 Denique conditiones boni Prælati depingit Paulus 1.
A. 2 Ad Tim. 3. *Oportet Epiſcopum irreprehenſibilem eſſe* qui locus
Ioann. ſecundum Ioan. Andr. cap. *Cum inuncti*s de elect. n. 7. Na-
Andr. varrus, *Miſcellane* 33 de Oatione, Gratianus cap. *unus*, d.
Navarr. 25. §. *Nunc autem* extendunt ad eligendum adquælibet Ec-
Gratian.

cle-

cleſiaſtica beneficia:) *Sobrium, ornatum, prudentem, pudicum hoſpitalem, doctorem, non violentum, non percuſſorem, ſed modeſtum, non litigioſum, non cupidum, ſed ſuæ domui bene præpoſitũ.* Vir ergo his virtutibus pollens, hiſque vitijs carens eligendus eſt ad prelaturas; & non alius. Sic Regula noſtra Minimorum, cap. 10. n. 45. de eligendo in Generalem dicit: *Vnum ibidem mature eligant in generalem Correctorem veluti ſervum bonum, & fidelem, honeſtum, virtuoſum, ac prudentem:* quæ ſunt conditiones ab Apoſtolo requiſitæ. *Regula Minim.*

9 Ex quibus ſequitur quam ſolerti diligentia, & examine tũm electores, tũm Superiores Prælati debeant eligendorum merita ponderare, ambitioſos, veluti peſtem Religionis fugere, virtuoſos, probos, & idoneos proſequi, ſe intromittẽtes reijcere (quamvis alias idonei ſint) recuſantes, fugientes, cunctantes (ſi alias idonei ſint) querendi, aſſumendi, rapiendi, & ad dignitates evehendi, etiam invicti, & renuentes, quia bono publico utiles. Ita excellens debet eſſe Prælatus, ut bonus ſit, ut de eo verificetur illud cap. *Vnum*, d. 25. ubi dicitur, quod *eligendus ad Eccleſiaſticam dignitatem talis debet eſſe, ut illius comparatione, cæteri grex dicantur.* Ipſe debet eſſe Paſtor bonus, qui paſcere poſſit gregem, ſana, & utili doctrina, & exemplo confirmare, ac movere, ut illum ſequantur tanquam oves Paſtorem quia ab eo, cum ſit caput dependent omnes reſolutiones, & deliberationes pro bono regimine. Sic natura ipſa magiſtra docet. Apes enim, grues, & cætera animalia, quæ ſibi conſtituendi regem, ſeu Coriphæum habent inſtinctum, ſemper eligunt, qui cæteris præſtat magnitudine corporis, pulchritudine formæ, & virium fortitudine Hanc eminentiam ſuper alios eligens in eligendo debet recognoſcere, de quo habeat moralem, & humanam certitudinem, ut docet Caiet 2.2 quæſt. 63. art. 2. ubi Aragon, & alij. Ex ante acta vita venit hęc certitudo iudicanda: nec qui antea mali ſunt ſubditi, prudenter exiſtimandi ſunt futuri boni in Prælatia, hoc enim valde peregrinum eſſet. Rumor enim de veteri, facit ventura timeri. Cras fieri poterunt turpia ſi- *c. nimis d. 25.* *Caietan.*

cut heri. Ad quod facit, c. *Scriptam*, cap. *Cum in iuventute*, & cap. *Mandata* de præsumptionibus ubi dicitur: *Quod ex transacta vita discitur, quid de sequenti conversatione sit præsumendum.* Vnde est illud: *Nemo umquam imperium flagitio quæsitum bonis artibus exercuit.* Et sic quantumcunque quisque de aliquo flagitioso congerat rationes bonę spei, & huius intuitu eligat eum, qui anteà bonus, & observans non fuit, peccabit mortaliter illi suffragando.

Tacitus.

S. Thom.

10 Deniq; notandum est, cum D. Tho. 2. 2. q. 63. art. 2. & q. 185. ar. 3. ubi Cai. & quodl. 8. ar. 6. quodl. 6. ar. 9. & alijs quos sequitur, & adducit Peirin. (ex quo hęc deduco) de subd. q. 1. c. 31. § 1. not. 3. quod ille qui aliquem eligit, non est necesse, ut illũ iudicet meliorem simpliciter, quod est secundũ charitatem, sed meliorẽ quoad regimen Ecclesiæ, qui scilicet possit Ecclesiã, & instruere, & defendere, & pacificè gubernare. Itaque sanctior, & doctior est ille, qui est aptior ad tale regimẽ, li. êt cõparatione alterius nõ tã apti sit minus sanctus, & minus doctus. Vnde ait Sot. de iust. lib. 3. q. 6. ar. 2. con. 9. *Quod licet occurrat vir litteris clarissimus, & prudentia conspicuus; vecors tamen, vel alijs implicitus negotijs, de quo non est tanta spes, quod prædicabit, aut gubernabit secundum suas dotes, vel forte non est publicis negotijs aptus; huiusmodi est ille præferendus, quì licet huiusmodi dotibus non sit tã potens, speratur tamen curã solicitius habiturũ, diligentiãque adhibiturũ ad suũ exequẽdũ munus.*

Peirinis.

Dom. Soto.

11 Qui huiusmodi partibus pollent, omni sinistro favore, amore, & livore prorsus seclusis, compellendi sunt ad dignitates Ecclesiasticas adeundas; secus verò repellendi, excludendi, ac dimittendi: ex his enim ruina; ex illis conservatio, & augmentum status Religiosi dependent. Hinc optime Aristoteles, tom. 5. lib 3. Ethic. cap. 8 *Fortissimi* [inquit] *videntur esse, apud quos timidi sunt inhonorati, fortes autẽ honorati.* Nec debiles in virtute, nec ambitiosi inordinate honores appetentes, nec alias idonei, temere, & præsumptuosè se ingerentes ad honores sunt admittendi, qui in eis positi, pro sua conservatione timidi sunt ad rumpendas iniquitates. at timen-

Aristotel.

mentes de se, suaque sufficientia, dummodo sint virtute pollentes, fortiter attrahendi sunt ad honores, quia revera fortes sunt, & magnanimi, quia ambitio opponitur Magnanimitati, & sic ut docet D. Tho. 2. 2. q. 131. art. 2. corp. *Magnanimitas autem est circa honores, & utitur eis secundum quod oportet. Unde manifestum est quod ambitio opponitur Magnanimitati, sicut inordinatum ordinato.* Inordinate appetit non vocatus â Deo, sed à libidine imperandi, aut ex vana præsumptione; ordinate appetit, qui non volens vult propter præceptum, & voluntatem Dei, & in dignitate positus viriliter agit, & ut fortis nullam pertimescit potestatem, ut causa Dei, & communis boni agatur: & electores, hos fortissimos eligentes, fortes sunt: at eligentes ambitiosos, qui timent, ne ab hominibus odio habeantur, uti officio ut oportet; timidi & ipsi sunt, & pusillanimes, & infelices omnes. *S. Thom.*

ARTICVLVS III.

Prælatus in officio iam positus (maximè si non á Deo) quid considerare, & facere debet circa se, circa officium, & circa subditos; ut ex indigno dignus, & ex bono melior fiat.

1 FActus ergo, & electus Prælatus, & in dignitate positus, ut bonus sit, debet tria considerare. 1. Se ipsum 2. Officium, & dignitatẽ. 3. Quomodo erga subditos, & leges se gerere debet. Si ascendisti ad Prælaturam per inordinata media, quamvis alias idoneus fueris, scias te nõ esse apud Deũ vere Prælatũ, quamvis ab hominibus tollereris, quia qui non vocatur á Deo, nec intrat per ostium fur est, & latro, & iniustẽ possidet, &, si omnis potestas á Domino est, tua potestas non est potestas, quia non est à Domino; ideò, ne in æternos adeas cruciatus relinque quod tuũ nõ est, ut detur cui debetur, tuta siquidẽ conscientia omnes officij actus non poteris exer-

exercere, à peccato in eis non eris immunis: si alias eras idoneus, & in officio manere volueris, ad Sedem Apostolicam recurrere oportet, ut præter censurarum pœnæ remissionem, ratam habeat electionem, alias nullam: si alias idoneus non eras, ne petas ratificationem, quia a labe ambitionis non liberaberis, quia secundum excessum, honorem appetis: *Magna confusio tibi esse debet* [ait Ioannet. in Aphoris. cap. 3. num. 21.) *quod, quo tempore subditos & Deum* (qui te in dignitate posuit, aut poni permisit] *plurimis, & horrendis sceleribus offendis, tũc ipsi pauperculi filij tui Deum ipsum, etiam & temet collaudant, adorant, & venerantur. Mitte manum tuam in sinu tuo, & qualis es, bene considera.* Abstine: *Monstrosa ergo res est* (num. 38. ex Bernardo) *gradus summus, & animus infirmus, sedes prima, & vita ima, lingua magniloqua, & manus otiosa: sermo multus, & fructus nullus: vultus gravis, & actus levis, ingens authoritas, & nutans stabilitas. Diabolica cura est* (n. 26.) *prius Superiores evertere, ut posteà subditos perdat, etiam media diligentia, aut Superioris negligentia, quibus quasi ministris utitur. Quod canes non resistant lupis, malum: quód autem ipsi canes comedant oves, ultima miseria est.* Cave, resiste, abstine. *Væ qui culmen regiminis* (num. 39. ex Gregor.) *non ad officium portandi oneris suscipit, sed ad appetitum gloriæ, & transitorij honoris. Væ qui Dux Christianæ militiæ fieri sustinet, non dum veteranus Miles, id est, non diu exercitatus in omnium victoria. Ne ergo in vacuum gratiam Dei, nova cum Prælatura receperis: Fac, ut quæ debebant, & non præcesserunt merita in te, saltem, & subsequãtur: Redime tempus, quoniam dies mali sunt.*

Ioannet. Niñ. S. Bernar S. Greg.

2 Si in adoratione exultantes videas, & *Te Deum laudamus* concẽtu cantare, magnaque de te promittere pro bono Religione, mœrorem potius quam exultationem concipe, humiliari te oportet, non extolli: *Si de exaltatione tua forte exultasti* (Idem Ioannet. in Aphoris. cap. 3. num. 6 *timor, & tremor veniant super te: considera gradum, & casum verere. Si lætatus es de fastigio dignitatis intuere faciem abyssi iacentis deorsum. Si attendis celsitudinem honoris, é vicino periculum reformida: pro*

Ioannet.

eo quod ſcriptum eſt: Homo cum in honore eſſet, non intellexit: quia honor forſan abſorbit intellectum. Altiorem locum ſortitus es (num. 8.) *ſed non tutiorem, ſublimiorem, non ſecuriorem. Terribilis prorſus, terribilis eſt locus iſte. Locus* (in quam) *in quo ſtas terra ſancta eſt. Locus Franciſci, Dominici, aut N. eſt, ubi ſteterunt pedes eius: illius ergo hereditare vocem, & vitã, cuius adeptus es ſedem. Multi audita electione tua* [num. 10.) *forſan dixerunt apud ſe: Flores apparuerunt in terra noſtra, tempus putationis advenit, in quo ſarmenta ſterilia recidentur, ut ea quæ prævalêt, uberius fructum afferant. Ita fac & vives. In omnibus operibus tuis memento eſſe hominem* (n. 11.) *& timor eius qui aufert ſpiritum Principum, ſemper ſit ante oculos tuos. Quantorum in brevi prædeceſſorum tuorum mortem tuis oculis aſpexiſti? Ipſi te tuæ certiſſimæ, & citiſſimæ diſceſſionis admonet. Et modicum tempus dignitatum ſuarum, paucitatem dierum tuorum nuntiet tibi, quia quibus ſucceſiſti in ſedem, ipſos ſine dubio breviter ſequeris ad mortem.*

3 *Denique cum ad dignitatem aſſumeris* [idem, num. 41.) *& ſubditos lætanter.* Te Deum laudamus *decantantes videris conſidera quomodo Iudæi quicquid honoris, & gloriæ in ingreſſu ſanctæ civitatis Ieruſalem contulerunt in Chriſtum, id paucis poſt diebus totum indedecus, & infamiam eius converterunt. Nunc honorem illi exhibent, & cum pompa inducunt in Vrbem; paulo poſt Crucem in humeris baiulantẽ ex eadem Vrbe eijciunt, &c. Hæc igitur omnia, cum primum ad dignitatem aſſumeris, bene conſidera, quia ita evenient tibi. Sed Chriſti Domini imitare veſtigia, & opera fac, ut cum ipſo poſteà regnare valeas.*

4 Ex his conſiderationibus ductus novus Prælatus, ſi bonus non erat, bonus fiat, ut munus acceptum digne poſsideat, & ſi erat iuſtus iuſtificetur adhuc, videat ne cadat: *Homo iſte* (ait S. Franciſcus, depingens bonum Miniſtrum Generalem apud Aphoriſ. c. 11. n. 93.) *debet eſſe vitæ graviſſimæ, diſcretionis magnæ, famæ laudabilis, privatis affectionibus carens, ne dum in parte plus diligit, in toto ſcandalum generet. Homo, qui ſanctæ orationis ſit amicus: ita tamen, quod certas horas animæ ſuæ,* S. Frãciſ. de Aſſis.

cer-

certas gregi ſibi commiſſo diſtribuat. Nam primò mane debet ſanctiſsimum ſacrificium Miſſæ præmittere, & ibidem longa devotione ſe ipſum, & gregem divinæ protectioni affectuoſius commendare. Poſt orationem vero ſe ipſum ſtatuat ab omnibus depilandum, omnibus reſponſurum, omnibus cum charitate, patientia, & manſuetudine proviſurum. Non debet eſſe acceptator perſonarum, ita quod non minus curet de ſimplicibus, & idiotis, quam de ſcientibus, & ſapientibus. Cui, ſi donum ſcientiæ eſt conceſſum, tamen plus in moribus pietatis, & ſimplicitatis, patientiæ, & humilitatis imaginem ferat. Foveat quoque virtutes in ſe, & in alijs, atq; in practicando eas continuo ſe exerceat, ad hæc alios plus exemplo, quam ſermonibus invitando.

Ita ſit bonus Prælatus, ut revera cum officio Spiritũ ſanctiſſimi Patriarchæ, ac fundatoris ſui hereditare videatur. *Princeps tuorum* (Aphoriſ. cap. 3. num. 12.) *heres, & ſucceſſor Patris, primatu Abel, gubernatu Noe, Patriarchatu Abraham, ordine Melchiſedech. dignitate Aaron, authoritate, & poteſtate Moyſes, iudicatu Samuel, poteſtate Franciſcus, Dominicus, aut N. unctione Chriſtus*, quia hos omnes imitari debes (maximè ſi Supremum Religionis caput ſis.)

5 Circa Prælaturã conſiderare debes, quam vis excelſã, nõ eam eſſe dominium, ſed miniſterium. Punctum hunc ſtatuit Chriſtus in Evang. Mat. 20. c. 25. quãdo diſcipuli contendebãt quis eorum eſſet maior: *Scitis* (ait) *quia Principes Gentiũ dominantur eorũ: & qui maiores ſunt poteſtatẽ exercent in eos. Non ita erit inter vos: ſed quicunque voluerit inter vos maior fieri, ſit veſter Miniſter, & qui voluerit inter vos primus eſſe, erit veſter ſervus: ſicut Filius hominis non venit miniſtrari, ſed miniſtrare.* Ideo humilitate opus eſt pollere Prælatum, nec dominari in Fratres. Subditi enim natura æquales ſunt Superioribus. Et ideo Superiorum excellentia inferiorum excitat invidiam, potentia odium: amant namque ſubditi paritatem, & odio habent potentiam. Sic habemus exemplar in fratribus Ioſeph. Geneſ. 37. in ſomniata Præfectura Ioſeph, quando manipulos fratum adorabant manipulum Ioſeph ſtantem, &c.

Mat. 20. c. 25. D. 26. 27. 28.

Ex

Ex quo indignantes dixerunt B. 8. *Numquid Rex noster eris? Aut subijciemur ditioni tuæ? Hæc ergo causa* [notat Tex.] *somniorum atque sermonum invidiæ, & odij fomitem ministravit.* Gen. 37. B. 8.
Hac ergo ratione Princeps pacis, & amoris Magister Christus Dominus Prælaturas Ecclesiæ voluit esse, non dominationes, sed servitia, & ministeria, servorum, non dominorum. Quod & Discipulus Petrus Senioribus, & Prælatis admonuit 1. Petri. 5. *Obsecro consenior, & testis Christi passionum: pascite qui in vobis est gregem Dei, providentes non coacte, sed spontanee secundū Deum: neque ut dominantes in Cleris, sed forma facti gregis ex animo.* Si Prælatus quæ iubet facere facit, & dominio nō utitur, sed æquatur subditis, animos conciliat eorū, & amatur; non odio habetur. *Tibi impositum est Ministerium* (Aphor. cap. 3. num. 35.) *non dominium datum est, non tam ad imperandum, quam ad faciendum, & operandum* (hoc est quod Petrus dicit forma facti gregis:) *Non regnaturus, sed extirpaturus, ac propterea sarculo tibi potius, quam sceptro opus est. Ministerij enim tui nomen, non Dominium, sed officium sonat. Villicus es, ministerium tuum imple.* Oves non præmendas, sed pascendas accepisti, & quo excelsior cæteris, eo humilitate apparebis illustrior. 1. Petr. 5. A. 1. 2. 3. Ioannes Niño.

6 *Sis pater prietate* (Aphor. c. 3. n. 31.) *auriga in gubernatione, & currus ad ferendum subditorū onera. Nec semper dicas: Ite* [*ut dominans*] *sed magis: Venite, eamus: Ministerium tuum imple.* Primus sis non novissimus, quia maior, & Primus in Evangelico; Minister, & servus est: *Sapientibus* (ait num. 1. ex Bernardo) *& insipientibus* (sicut dicebat Paulus) *iam debitor es. Debitoris molestum nomen: servienti potius, quam dominanti congruit. Non enim regnare, sed bene regnare, laude dignum est. Cathedram ascendisti?* (numer. 2.) *dispensatio tibi, non data possessio est. Possessio namque, & dominium Patris tui est, tu quasi Vicarius illius: curam igitur hæreditatis illius habe.* Ioannes. S. Bernar.

7 Si ergo officium est animarum cura, summa vigilantia opus est Superiori, Pastor est enim, qui super gregem

ſuum excubias, & vigilias facere debet: *In ſingulari animarum*
Ioannet. *miniſterio Dei coadiutor factus es* (Aphoriſ num.16.) *præcipuum munus animas inſtruere: ſummis ergo precibus à Deo ſolicitudinis donum petere debes, ne tibi commiſſa munera negligêter exerceas: ſed oves amore diligas, doceas, moneas, corrigas, ne pereas.*

8 Iam denique quia officium Prælati in bonum ordinatur ſubditorum Superior ipſe conſiderare debet, quod iam non eſt ſuus, ſed potius ſubditorum. Præſis, ut proſis, ut diſpenſes, non ut impe es: nec ut de ſubditis creſcas ſed ut ipſi de te. Parentes enim filijs, non filij parentibus theſaurizare debent. Facta hac mutatione tui, ipſa quoque, quæ tibi commiſſa eſt Domini tui Sponſa mutetur in melius: & iam nequaquam Sarai, ſed Sarra de cætero nominetur. In Chriſti hereditate, non tua retinere, nec quæ tua ſunt quærere: imò nec tuus eſſe debes, ut ubique merito glorietur, & in Domino exultet, omnis Eccleſia Sanctorum. Hæc ex Ahhor. cap. 3. num. 2. & 3. *Felicitas Superioris* (idem, num. 15.) *in eo ſita eſt, ut ſimul ab eiſdem eodem tempore timeatur, & ametur. Hoc, & optime gubernare ars artium, & Dei donum eſt. Te tamen diſponere poteris Deo*
Ioannet. *adiuvante. Talis denique debet eſſe* [Aphoriſ. cap. 11. num. 93. ex
Niñe. doctrina S. Franciſci de Miniſtro Generali] *Superior, quod propter cupiditatem retinendi honorem, virilem formam iuſtitiæ, & æquitatis, nullatenus inficiat, vel relaxet: ita tamen, quod ex nimio rigore nullius anima occidatur, & ex ſuperflua manſuetudine non naſcatur torpor, atque ex laxa indulgentia, non proveniat diſſolutio diſciplinæ, ſicque ab omnibus timeatur, & ab ipſis timentibus diligatur.*

9 Amorem, & timorem ſubditorum rec enciliabit qui, ut dicebamus, ſe primò compoſuit, ac ſervum non Dominum ſe cognoverit, & quæ de hoc Regula noſtra Minimorum tradit in intitulatione Prælatorum quos Correcteres vocat: *Huius*
Regula *denique* (ait cap. 10. num. 44.) *Ordinis Minimorum directioni in-*
Fr. Min. *cumbentes, ſinguli Correctores, non immerito veniunt nuncupandi, ut ſe ipſos primitus corrigentes, compaſsivè ſibi commiſſos Fratres ita corrigant, quod fraternis defectibus pie condoleant, & ipſo-*

rum

rum emendationem, potius quam punitionem prætendant, ac requirant. Et cap. 9. prius dixerat. *Huius Religionis, & vitæ regimini intendentes, cæteris in victu, ac vestitu se iuxta posse conforment, & virgam cum manna, ac oleum cum vino, ideſt, iustitiam cum misericordia, & é contra, in eorum correctiodibus provide adhibeant.* Ex his veluti principijs universalibus deducere possunt Superiores in officio positi, quid in rebus agendis intendere debent pro subditorum bono: cæterum nonnulla specialius dicamus, ut abusus introducti melius propellantur, & instaurationem status Religiosi melius insinuemus.

ARTICVLVS IIII.

Corripiat Prælatus novarum constitutionum transgressiones, nec facile dispenset, ne gignantur abusus; quæ est magna ruina Religionis. Et qualiter incurrit omissiones correptionis culpabiles.

1 IN animarum curatione duo extremi abusus intervenire possunt, quos Prælatus bonus fugere oportet, ut mediam teneat viam. Sicut enim duplici ex capite Medici in infirmorum curatione errare solent, per excessum videlicet, aut per defectum, sic eodem modo Superiores, si non præveniantur, deficere possunt: cavere enim summo pere debes, ne sub specie quadam pietatis, aut suavitatis, sis in tua administratione remissus. Sicut namque nimia Superiorum asperitate per excessum, sic etiam nimia remissione per defectum solet Respublica turbari, Medicus es animarum, ne prætermitas, cũ oportet, curare per correctionem, quamvis dolorem inferas patienti, ne totum corpus morbus percurrat ad aliorum membrorum corruptionem: *Molestus est, & Medicus furenti phrenetico, & pater indisciplinato filio* (ait Augustt. Epistol. 50.) *ille ligando, iste cædendo, sed ambo diligendo. Si autem illos negligant, & perire permittant, ista potius mansuetudo crudelitas est.* Casti- S. Augustt.

ga-

Apoc. 3. D 19. *Ad Hebr.* 12. B, 6. gare dum oportet amoris eſt: *Ego* (ait Dñs Apoc. 3,) *quos amo, arguo, & caſtigo*, Et ad Hebr. 12. Paulus *Quem enim diligit Dominus* (ait) *caſtigat: flagellat autem omnem filium quem recipit.* Quia caſtigatio tendit in ſanitatem, & emendationem, ideò qui corripitur gratus eſſe debet corripienti, quia, ſicut Medi-

S. Chryſ. cus illi procurat ſanitatem.

2 Vnde Chryſ. ho 44. in 1. Ad Corin. *Qui arguitur non ægre ferat: medicina enim, nõ inimicitiæ res eſt.* Et ideo qui corripi nõ vult ſtultitiã nõ fugiet, quia ſtultorũ infinitus eſt num. *Quis*

S. Auguſ. *facile inventur* (interrogat Aug. Epiſt. 87) *qui velit reprehendi? Et ubi eſt ille Sapiens, de quo dictum eſt: Corripe ſapientem, & amabit te.* Si ergo Superioris correptionem Religioſus ſuſtinere non vult, meritò fatuus, & inſipiens erit, & extremmam

Mat. 25. incurret ſententiam: C*lauſa eſt ianua. Neſcio vos*, quod fatuis.

A. 10 12 Virginibus dicturum aſſeverat Evangelium. Imò, & quantocunque quis Religionis vota emiſerit, & continenter vivat, ſi correptionem, dum peccat refugit, indignus eſt ſanctorum Monachorum conſortio. Quòd eleganter reſolvit S. Petrus

S. Petrus Damian. Damianus Epiſtol. 18. lib. 6. *Qui corripi fugit* (inquit) *nobiſcum habitare non poteſt. Ad hoc enim homo de ſæculo, magiſterio Regularis diſciplinæ ſubmittitur, ut rubiginem, quam de mundo lenocinante contraxerat aſperæ correctionis lima detergat.*

3 Prælatus ergo, qui omiſerit corripere corripiendos ſplendorem virtutis obnubilat, dum rubigine peccatorum tota afficitur Religio: ex tali enim omiſsione peccata præva-

M. Tull. lent: *Impunitas* (dixit Tullius) *magna eſſe ſolet illecebra peccãdi.* Quia ſubditi delinquentes non puniti ſibi perſuadent licere facere, quod faciunt, & ſui obliti obtenebreſcit intellectus eorum, & inſoleſcunt ſine timore, imò eorum exceſſus ex omiſsione Prelatorum manẽt quaſi iuſtificati, quos alij imitari non verentur. Circa quod optime Bernard. lib 3. de Cõ-

S. Bernar ſid. ad Eugen. *Impunitas incuriæ ſoboles, inſolentiæ mater, radix impudentiæ, tranſgreſsionum nutrix.* Nocet blanda nimis gubernatio punitionem ommittens, & Superioribus, & ſubditis, quia contemptibiles fiunt, nec quando volunt proficere poſ-

possunt parvi habiti; & subditi quin on puniti de malo in malum ad extremum apostasiæ properant, sine Rege, sine lege, valde insolentes facti: *Nimis æquanimes principatus* (dixit Philo Iudæus lib. de Agricultura) *præfecturæque officiunt. Benignitas enim res est contemptibilis utrisque, tùm Principibus, tùm subditis noxia: illis dum contempti, nec privatim, nec publicè valent aliquid rectè constituere: interdum etiam principatu se abdicare coguntur: his vero, dum ex continuo Magistratuum contemptu negligentes facti, magnum morbum, arrogantiam sibi contrahunt.* Philo Iudæus.

4 Ex omissione punitionis Prælatus in causa est abusuum qui generantur, & cum irrevocabili tempore transmittuntur in posteros cum bonorum etiam damno. Non expulsis abusibus omnes boni reputantur, & mali non puniti, & boni non præmiati: *Vitia transmittit ad posteros* (dixit Seneca) *qui præsentibus culpis ignoscit. Bonis nocet, qui malis parcet.* Bonis inquam, & presentis temporis, quando non puniuntur mali, & futuri, ad quod transmittuntur vitia. Seneca.

5 Quia Prælatorum obligationem diximus, ut boni sint, esse, voluntatem habere in lege Domini, & in observantijs Religiosis, in eisdemque meditari, indemnem curare debet ipsam legem, integram, non violatam. Indemnitatem legis Religiosæ Vincentius Bandellus in Prologo Constitutionum Præd. tex. 2. commendat, dum dicit. *Mutare, vel addere, vel minuere nulli quicquam propria voluntate liceat: ne si minima neglexerimus paulatim defluamur*, ubi Gloss ex Isidoro: *Paulatim erescunt vitia* (ait) *& dum parva non cavemus, in magnis prolabimur.* Si quid rimarum, vel incuria, vel nimia licentia in Religiosis observantijs appareat, omnia protinus efluunt: & quod deventis Æolis ait Virgilius. Vincent. Bãdellus. S. Isidor. Virgilius

Qua data porta ruunt, & terras turbine perflant. etiam ventis dissolutionis rectè dici queat. Etenim verò, si porta laxitatis parumper fuerit aperta, videas protinus regulares ceremonias magno turbine concitari, & ventis ipsis (quos dissolutionis diximus) usque adeo turbari omnia, ut vix unquam

pos-

possit Regularis disciplinæ postmodum haberi tranquillitas.

Ioannet. *Quandoque damnum parvum magis nocet quam magnum* (Aphor.cap.10.num.45.(*quia hoc statim videtur, & reparatur, illud autem, quia despicitur, multum nocet, sicut ethica. A minimis nanque incipiunt, qui in maxima cadunt. Nec potest* (inquit *S. Benav.* S.Bonavent) *dici parvum, quod ordinatur ad magnum.*

6 Magis damnabilis erit Prælatorum suavitas, si novis legibus, & statutis desides sint in puniendis illis per quos frãguntur : tunc enim nulli dispensatio adhibenda est in executione correptionis, & supplicij. Videmus nanque, Num. 15. hominem deprehensum in die Sabbathi colligentem ligna in

Num 15 D.35. solitudine, iussu Dei extremmo suplicio punitum: *Morte moriatur homo iste : obruat eum lapidibus omnis turba extra castra,* D.35. & ita factum est quamvis Minutula colligeret ligna, & leve videretur peccatum. Quare? quia præceptum hoc noviter erat impositum, & prima transgressio non debebat manere impunita, in aliorum ædificationem :

S. Chrys. *Quoniam erat maximæ iniquitatis* (ait S. Chrysost: in Ps. 6.) *præceptum statim ab initio transgredi, & oportebat alijs magnũ timorẽ immitti.* Circa

Caietan. quod Caietanus notat. quod quælibet prima peccata, quæ commissa sunt contra aliquod divinum præceptum summo rigore punita sunt. Sic primum peccatum superbiæ, & gulæ in nostris primis Parentibus, sic primum homicidium in Cain, prima luxuriæ peccata in Diluvio, primum Idololatriæ in Populo Israel, primum sacrilegium in filijs Aaron, primam fractionem Sabbathi (ut vidimus) primam inobediẽtiam Regum in Saul, primum mendacium in Anania, & Saphiria, & sic de singulis videre est. Quod, & bonus Prælatus, ac Reformator attente consideret, ne blanda punitio, aut omissio in prima legum fractione contemptum constitutionum, & observantiarum introducat, & corruptio ac abusus inolescant, pereatque Religio.

S. Bonav. 7 Vnde optime S. Bonavent. de sex alis Seraph. cap. 3 *In hoc enim* [ait] *differunt laudabiles Religiones, & iam dellapsæ, nõ quod nullus peccans in laudabilibus reperiatur, sed quod nullus im-*

impune peccare sinatur, & peccandi aditus studiose præcludantur, & incorregibiles, & alij inficientes eliminentur, & boni foueantur, & diligantur. Non tollit, quin etiam in laudabili, & reformata Religione aliqua prudenter prætermittantur, & dissimulentur, sed quod ea quæ incipiunt introduci eodem modo, quo incorrigibilium, & nocivorum hominum peccata omnino, & sedulo puniantur, ne prava introducatur consuetudo, qua data, & quibus datis [quod in relaxatis, & dilapsis Religionibus] non omnia simul, sed paulatim à præcipuis incipiendo reformare oportet. Nunc autem de iam statutis pro reformanda Religione agimus, quæ noviter imposita omni diligentia [rælati indemnia debent servari, & transgressores primi puniendi ne in deterius relabantur Religiosi: *Vix distat reformatio á relaxatione* (ut vulgo dicimus] *un canto de real* (ait P. Alfonsus á Iesu M. to. 1. Peligros, y reparos de la perfecciõ Religiosa, part, 3. disc. 3. §. 4.) *& latitudine eius præcipua inimica propter contradictiones, & turbines, quæ quo magis perfectum est opus patitur, non solúm à Demone, Mundo & Carne commilitonibus, sibiq; devinctis, sed etiam á sectatoribus Evangelicæ perfectionis, qui nimios putant eos, qui in his observantijs rigidi sunt.* Re tamen vera nimij non sunt de hoc curantes in principio reformationis, ne propter simulationem minimæ fractionis novi statuti concipiatur, & nascatur mala consuetudo: *O si attendißemus* (ait S. Theresia *Camino de perfection*, c. 13.) *quantum noceat in eo quod initium detur pravæ consuetudini! optaremus magis mori, quam in causa illius esse; illa enim mors temporalis, hæc animarum est, cui alias, & alias subsequi necesse est.*

Alfonsus à Iesu Maria.

S. Theres.

8 Ad hoc genus mali pertinet inordinata Prælati dispensatio in legibus, & pœnis infligendis, hæc enim suavitas erudelis est Religionis pernicies. Dispensationem sic diffinit P. Ioannes à Neapoli, lib. de Quæstionibus status Religiosorũ part. 2. quæst. 80. *Dispensatio est* (inquit) *provida iuris communis relaxatio, utilitate, seu necessitate pensata.* Quare qui hac causa non pensata, nec sufficiente interveniente ratione, non uti-

Ioannes á Neapoli.

utilitatem, sed grave damnum inducet Religioni. Ea propter
Ioannis Nider. P. Ioannes Nider lib. 1 de Reformatione Religiosorũ, c. 11. de dispẽsatione sine legitima causa facta sic ait, apud multos diffiniri: *Dispensare, est cum licentia ad infernum intrare.* Tã crudelis iudicandus est Prælatus, qui omnibus, quám qui nulli parcet, neque enim tota gratia concedenda semper, nec semper tota neganda: oleum cum vino, id est iustitia cum misericordia miscenda in correctionibus. *Verus Prælatus* (Apho-
Ioannet. ris. cap. 8. num. 7.) *nihil negat, nisi quod negatum prodest; nihil eripit, nisi quod habere nocet, & carere prodest.* Non sine delectu, & ad cuiusque instantiam dispensare debet Prælatus cum subditis; secus autem impij, invitantur ad peccandum (si tota gratia conceditur) cum spe veniæ; boni desperabunt, si nulla sẽper fiat dispensatio, & grátia: *Super Fratrum transgressiones*
S. Bernar [inquit Aphoris. ex Bernardo ubi suprâ] *non super Patrum Constitutiones instituitur, qui Prælatus eligitur, ac propterea, quando oporteat non dissipator, sed fidelis, & prudens sis dispensator: non in destructionem; sed in ædificationem.*

9 Intentos esse vellem Prælatos, ut boni Prælati sint: ne propter nimiam suavitatem destruant obsevantiam in subditis. Casus in quibus deficere solent huiusmodi blandi Præ-
Ioannet. lati annumerat Ioannetinus, cap 5. Aphoris. Per defectum ergo (ait) potest errare Superior in multis præcipuè in sequentibus. 1. Si tantummodo magna, & quæ scãdalosa sunt delicta, curare studeat, cætera vero, aut quia forte multa, aut quia parva negligat. 2. Si ob exiguam subditi repugnantiã, vel aliorum intercessiones, quæ ritè, rectè, & prudenter præceperat, facile, & absque sufficienti ratione mutet, aut prætermittat. 3. Si ex frequentibus subditorum transgressionibus assuescat Superior, quasi minus mala iudicare, quę mala esse cognoscit. 4. Si, quæ mala cognoscit, ne contristet, aut cõtra se subditum excitet, nec monet, nec correpit. *Quãdo namq; mala* (inquit Gregor.) *corrigi loquendo possunt, si sileat Superior, consensum præbet.* 5. Si ad consolationem particularium, ne murmurent, vel propter Magnatum authoritatem,

ami-

amicitias aut privatos respectus ea facile concedat, quæ vel illis, vel communi ædificationi non conveniāt. 6. Si ad evitandas amaritudines, quasi oculos claudit Superior, nec investigat, nec scire vult delicta: ne corripiat. 7. Si prætextu humilitatis, & mansuetudinis, pacis, & quietis permittat se negligi, aut ea contemni, quæ præcipit. 8. Si ex naturali timiditate, aut respectu aliquo, ita frigide monet, & corripit, ut nihil delinquentem moveat, quasi admonitione illa id tantum voluerit, ut officio functus coram Deo videatur seque ipsum liberet scrupulo prætermissæ correctionis. 9. Si cōtentus monitis, cum ostenderit sibi errata displicere, putet se iam Deo, & officio suo satis feciſſe: cum solúm remisse dixerit. *Non est bonum quod audio de te*; nec gladium evaginare curat, cum necesitas expostulat. His & alijs similibus solent Superiores per defectum errare in sui, & suorum detrimentum: *Noli ergo fieri Iudex, nisi valeas virtute irrumpere iniquitates.* Quod si dicas: *Tempus hoc malum est, aliter vivere non possum nisi dissimulando*, & procedēdo taliter qualiter: sic alij faciunt, &c. Dico tibi: *Ministerium tuum imple*, vel non admittas officia, vel admissis renuntia, si vis salvus fieri. Vide quid facias, quia potentes, & male operantes potenter tormenta sustinebunt: Hucusque Aphorismi. *Aphoris.*

ARTICVLVS V.

Nimia asperitas prælatorum in corrigendo nocet: nec non necessaria subsidia negare subditis. Ac denique si se, ipsis invictu, & vestitu non conformet.

QVamvis ut suprà dicebamus, tract. 1. a. 3. Prælati debent armari zelo sancto, & pugnare pro correctione delinquentium, abusus erit intolerabilis, & â bono Prælato repellendus, plusquam oportet punire, & rigide subditos gubernare: *Sapiens* (ait Bonavent. de Prælatis de sex alijs Se- *Nos.* *S. Bonav.*

raph cap. 3.) *quascunq; ponderat prout sunt, tàm bonas, quàm malas; insipiens autem quandoque magna pro parvis reputat, & levia quasi magna ponderat, trabem festucam iudicat, aliquando culicem, deglutiendo camelum* Decimatis mentam, & rutã, & relinquitis quæ graviora sunt (ait Salvator, Lucę 11.) *Tales zelo proprio feruntur, & non spiritu Dei in hac parte aguntur. Sunt quidam pro una inclinatione in Choro neglecta, plus accenduntur puniendo, quam pro longa detractione de alio Religioso excitata. Gravius indignantur pro versiculo, & rubrica neglecta quam pro magna perturbatione cum scandalo procurata. Principaliter igitur cavenda est, & dolenda transgressio præceptorũ Dei, deinde inviolabilium præceptorum S. Ecclesiæ, &c.* Discurrit gradatim S. Doctor per transgressiones diversimode appretiandis, ut puniantur duce lege Dei, & ratione optima.

Luc. 11. *f.* 42.

2 Quærere debent Superiores Magistrum, ut bene regẽdi artem addiscant: nec studuisse, sed semper studere necessarium est; est enim difficilima ars imperandi. *Zelus disciplinæ dormire non debet* (ait Bonavent. ubi supr.) *verus egitur Zelator iustitiæ primo caveat, ne malum aliquomodo faciat, vel doceat, &c.* Ne sit nimis remissus in arguendo, & subdit utilitatem debitæ correctionis: *Quinto* (ait) *ne inultum esse patiatur quia aliquod bonum parit peccati castigatio, scilicet quod ipse qui fecit prohibetur ultra peccare, dicente Domino*, Ioan. 5. *Iam noli peccare, ne in deterius tibi aliquid contingat. Item quia purgatur à peccato, ne à Deo posteà durius puniatur: ait enim Scriptura* Proverb. 23. Tu virga percuties illum, & animam illius de inferno liberabis.

S. Bonav

Ioann. 5. c. 14.

Prov. 23. B. 14.

Semper enim bonus Prælatus misericordia motus punire, vel omittere debet, ut lucretur suos. Vnde Seraphicus Frãciscus monebat Prælatum sic: *Consoletur pie afflictos, cum sit ultimum remedium tribulatis: ne si apud Deum defecerint remedia sanitatis desperationis morbus prævaleat in infirmis. Vt proterbos flectat ad mansuetudinẽ se ipsum prosternat: & aliquid sui iuris relaxet, ut animas Christo lucri faciat. Ad refugas ordinis velut ad oves quæ perierunt viscera pietatis expandat, & nunquam*

Seraph Francis

quam misericordiã neget (Aphoris cap. 11. num. 93. refert) *Raro per obedientiam præcipiendum est á Prælatis* (idem, num. 100) *nec primò fulminandum est iaculum, quod debet esse extremum. Ad ensem non statim manus est immittenda. Prælatus ergo non debet esse temerarius in præcipiendo: nam quid in temerario Præceptore authoritas imperandi, nisi gladius in manu furiosi?* Qui sic semper præcipit contemptum, aut desperationem in subditis generat.

3 Insipientes Prelati duri sunt, & impij propria ducti præsumptione & superbia. Regulam S. Hieronymi, quia Magistrum non quærunt, frangunt. Ait enim Doct. Sanctus (in Regula Monach. quæ habetur in fine, tom. 4. tit. de Tribus generibus Monach.) *Bonum est post regulas Scripturarum vitæ tuæ tramitem ab alijs discere, nec Præceptore uti pessimo, scilicet præsumptione tua.* Præsumptuosi ergo Superiores nullo ducti Præceptore, nisi proprio sensu, extorquent leges ad errorem, ut furiosi gladio potestatis trucident miseros subditos, dure, & asperrime illos gubernando. S. Hier.

4 Audiamus conditiones, & actiones eiusmodi Prælatorum, quas Aphorismi c. 4. depingit. Ex nimia Superiorum asperitate Respublica, & subditi turbari solent, maximê in sequentibus, videlicet. 1. Si res quę præcipitur gravis difficilis, & importabilis sit, 2. Si quæ ex se facilis, subdito tamen pro tunc difficilis. 3. Si præcipiatur verbis asperioribus, modoque despotico quasi dominãdo: aut suspicari subditus possit id quod præcipitur ab immoderato Superioris affectu proficisci. 4. Si urgeat executio eo tempore, quo subditus, non est bene dispositus: nec detur illi tempus auxilia, & quæ necessaria sunt, ut se ipse disponat. 5. Si tam graviora quam levia eodem exigantur, aut imperentur ardore, & affectu. Imò si aliquando leviora maiori. 6. Si Superior omnes subditi rationes, aut excusationes primò statim affectu despiciat: pro nihilo habeat, nec eas audire velit. 7. Si Superior suspicios sit: & se sita male affectum erga subditum ostendat, quod ipse subditus putet, & apud se statuat, nulla Ioannes.

iam in re posse se Prælato, seu Superiori amplius satisfacere. 8. Si Superior malã sic de subdito opinionem habeat, ut omnia in deteriorem partem interpretetur, & hoc sciat, & cognoscat subditus, & apud se ut certum statuat. 9. Si se ipsum non consideret Superior, non velit compati subditi infirmitatibus. Imò cum Superior ipse virtute sit inferior, aut undequaque perfectus non sit, multum rigide Regulam, leges aut constitutiones interpretetur: defectus subditi nimis exageranS: ipsum non tanquam rationalem, & dilectum filium, sed tamquam inanime instrumentum tractat. 10. Si quando aliquid præcipit, ita obscure loquatur, quasi si studio nollet à subdito intelligi: quatenus eidem Superiori semper liberum sit subditum arguere. 11. Si fere semper neget, quod subditus petit. 12. Si quæ dubia sunt semper scrupulosius, & rigidius interpretetur. Dilce ergo á Christo Domino, non violenter, & coacte, sed blande, modeste, & benigne subditos gubernare. Rigor namque & asperitas Superioris, subditum, vel omnino inutilem, vel parum utilem reddit. Vide quid facias, & quomodo procedas. Hæc Aphorismi.

5 Sit ergo Prælatus, vt boni mereatur nomen, iustus & misericors, æquus & prudens, non nimis blandus omittens quãdo oportet punire; nec nimis durus, ac rigidus, ut a punitione misericordiam dividat. Nil neget, nisi quod negatum profit, nil indulgeat, nisi habere noceat: ne differat, non improperet, ne retrahat manum, ne ruget frontem: non attolat supercilium, nullum despiciat, nullum destituat, nullum fallat, in nullum sæviat, non irascatur, non mutetur, unus semper sit, & ubique Pater, nisi cogatur fieri iudex pro eo, qui dixit: *Gladium evaginaverunt peccatores.*

6 Quia Prælati munus Magistri, & patris est, ideò debet docere, & providere subditis necessaria, ut & ipsi lucrentur, & suo muneri melius satisfaciant. *Prælato datum negotium sit*

S. Basil. sait Basil. in Regulis brevioribus interr. 132.) *ut singulorũ necessitates animadvertat: qui quidem sit eiusmodi, ut præcipuè animi illorum utilitatem inquirat, tum autem secundo loco, ea*

quæ

quæ ad uſum corporis pertineant ſubminiſtret ex Dei voluntate. Ipſe, proprio motu, & cura, ad nullius inſtantiã, Prælatus Fratrum neceſsitates conſiderare, inquirere, & providere debet tũm de ſpiritualibus, tũm de temporalibus.

Tribus devinctum obligationibus conſiderat D. Thomas in Epiſtol. ad Corinthios 2. c. 12. lect. 5. Prælatum erga ſubditos: de doctrina ſana providere, exemplum bonum eis dare, ac de neceſſarijs corporis providere: idque Chriſtum Dominum oſtendiſſe Petro, quando trina interrogatione amorem erga ipſum examinavit: *Amas me?* totidemque vicibus dixit illi: *Paſce oves meas, id eſt* (ait ſanctus Doctor) *paſce verbo, paſce exemplo, paſce temporali ſubſidio.* Doctrina efficax Prælati in exemplo bono conſiſtit. Hinc Paulus Epiſ. ad Titũ 2. *In omnibus te ipſum præbe exemplum, bonorum operum in doctrina, in integritate, & gravitate. Ad Miniſtrorum namque & Prælatorum exempla, ſubditi, & populi ædificantur* (dicebat Seraphicus Franciſcus (refert Aphoriſ. c. 11. num. 99.) *vacant libenter orationi, & humiliter inclinant ſe ad humilitatis opera, & obſequia vilitatis, ſi enim & hæc illi facere nollunt, non poterunt abſque ſui confuſione, præiudicio, & condemnatione, de illis alios admonere. Oportet namque exemplo Chriſti prius facere, quàm docere, ac ſimul facere & docere.*

5. Thom.

Ioan. 21. C. 18.

Ad Tit. 2. v. 7.

Seraphic. Franciſc.

7 Et S. Bonaventura de Sex alis cap. 6. *Prælatus* (ut exemplum det bonum inquit) *communem vitam cum cæteris obſervet in victu, veſtitu & labore, ut non vacet convivijs & potationibus, cum alij ſobrio cibo, & potu utantur: nec ſit eis diſſimilis habitu, cum quibus eſt ei profeſsio communis. Nec à labore cæterorum ſe ſubtrahat, qui illos iubet in eiſdem laboribus exerceri. Sit etiam humilis* [nonnullis intermiſſis] *in uſu rerum temporalium ut nihil habeat pompoſum, vel diligat, ſed omnia, quæ habere videtur paupertatem voluntariam demonſtrent, & humilitatem oſtendant: ſcilicet veſtes, libri, cella, lectus, utenſilia, menſa, pallia, & huiuſmodi, ut nihil in omnibus appareat, quod notam iactantiæ, vel curioſitatis habeat, nec talia haberi ab alijs patiatur. Similia etenim ſimilibus congaudent*

S. Bonav.

alta sublimibus, humilia humilibus delectando. Non est autem humilis cordis indicium curiosa quærere, pretiosa affectare & excelsa ambire. Hæc S. Bonaventura, & quidem sic superflua, & curiosa habere non compatitur cum paupertate Evangelica, nec cum nomine Beati, quod bono Prælato adiudicavimus: *Quid differt a proprio (* dicebat Ioannes à Neapoli lib. de qq. statuum Relig. part. 2. q. 31.*) habere vestes superfluas, libros habere inutiles?* Quasi diceret, nihil: pro eodem reputantur, & sic Prælatus his abundans, fastu plenus, non potest facere servare paupertatem, cuius oppositum exemplo suo docet, & servat; Christus Dominus, & sanctissimi Fundatores nostri non item. Pauperes fuere verbo & opere, & vere pauperes Evangelici, nosque exemplo suo pauperes esse induxerunt, ut nostri sit regnum cœlorum. *Doctrina verborum sine exemplis operum est sicut cæmentum sine calce (* concludit Bonavent. ubi suprà*) aridum & invalidum. Ipsi liniebant parietem absque temperamento: dic eis quod casurus sit. De correctis exemplaribus correcta scribuntur volumina, de corruptis corrupta. Tenatius inhæret doctrina operum, quam verborum. Nam, cuius vita despicitur, rectat ut eius prædicatio contemnatur. Rector enim præcipuè ad hoc studere debet, ut sibi commissos faciat Christi formes, idest, ut formam vitæ, ac doctrinæ Christi eis imprimat, ut non solùm mente eum attendant, sed & moribus imittentur. Scire enim Prælati debent* [ait Gregor. 3. part. de Cura Pastorali admonitione 5.) *quia si perversa unquam perpetrant, tot mortibus digni sunt, quot ad subditos suos perditionis exempla transmittunt. Vnde necesse est, ut tanto se cautius á culpa custodiant, quanto per prava, quæ faciurt non soli moriuntur, sed aliorum animarum, quas pravis exemplis destruxerunt rei sunt.*

Ioannes á Neapoli.

S. *Bonav. Ezec. 13. B. 11.*

8 Bonus ergo Prælatus debet paupertatem amare in se, ne abundantia eius; inopia sit subditorum: quod est malum formidabile, & magno digni suplicio, ut vidimus 1. part. tract. 13. art. 10. num. 8. &c. Subtrahunt a subditis, & exhactiones faciunt, ut sibi prosint, sed de hoc sæpe diximus. Debet ergo Prælatus in omnibus forma esse subditorum. Vnus ex socijs

Nos.

S.

S. Franciſci (refert Aphoriſ. cap. 11. num 97.) interrogavit, cur non mitius ſecum ageret, & corpus tenellum, & pœnitentię rigore pene mortuum, tanta rigiditate, & abſtinẽtia affligebat. Rogavitque, ut deinceps permitteret meliora cibaria ſibi præparari. Ad quem veré pœnitens, & Prælatorum exẽplum ait: *Bene fateor* (Frater) *quod corpori meo plura neceſſaria ſuni, nec omnia, quibus indiget ſemper illi miniſtro. Memini namque me poſitum à Domino in multorum formam, & exemplum: nollo ergo lautioribus, nec abundãtioribus cibis uti, ſed paucis, & pauperculis veſci: & in omnibus, quæ ad vitam opus ſunt ijs ſolummodo gaudeo, & delector, quæ ſanctam redolent paupertatem: alia vero, quæcumque ſumptuoſa, & delicata penitus abhorreo.* *Ioannes.* *Seraphicæ Franciſ.*

9 Ex nimia abundantia Prælatorum provenit aliud non contemptibile damnum, quod ſcilicet ſubditis non miniſtrẽtur neceſſaria, de qua abominatione diximus 1. part. tract. 13. art, 12. num. 6. quod inter alia mala Viſitator ſanctus Nehemias abolevit, ac de remedio provident. Contractus Religioſi cum Religione, quo ſe tradidit illi induxit obligationem providendi ei de neceſſarijs, quam non adimplente Prælato, ſolvitur quodãmodo Religioſus ab obedientia impeditiva quærendi ſibi neceſſaria ex iure naturæ: *Det Superior omnia neceſſaria* (Aphoriſ. cap. 10. num. 48.) *inferioribus, & tunc quæ ſua ſunt quærat ab eis: quin potius, petere, & non dare, erit in vanum laborare.* *Nota.* *Ioannes.*

ARTICVLVS VI.

Prudens, & diſcretus Prælatus, quos Conſiliarios debeat audire: & quæ Conſilia ſequi, & documenta.

1 DIvus Bonaventura de ſex alis Serahin. cap. 7. elegantẽr probat bonum Prælatum debere habere quintã alam Seraphim quæ eſt circunſpecta diſcretio, & ideo non ſibi, ſicut ſuperbi et inſipientes Prælati, fidere debent, ſed cõſilia quærere, ad idque bonos habere cõſiliarios: & ideo cum illo *S. Bonav.*

S. Bonav. illo proprijs ipſius verbis pauca dicamus. Vicarius Chriſti Prælatus (ait cap. 7. poſt medium circa finem) ad hoc maximè ſtudeat à ſubditis diligi, ut ſic facilius trahat eos ad amorem Chriſti. In omni tamen dubio ſemper magis inclinet ſe ad illud quod ſecundum veritatis iudicium virtuti charitatis & humilitatis, & profeſſæ puritati magis conſonat, & Evangelicæ perfectioni. Vltimo etiam ipſa diſcretio (quæ cætera omnia diiudicat) circũſpiciat ſe ipſam, ne ei contingat, ut oculo corporis, qui cum alia videat, non videt ſe ipſum: videlicet, ne plus ſapiat, quam oportet ſapere, ne ſibi plus credat, quam

S. Gregor expedit, ne ſit ſapiens in oculis ſuis quia teſte B. Gregorio: Sicut ſubditorum tentatio eſt reprehendere in Prælatis quod in multis non rectè agant, ita Prælatorum tentatio eſt, quòd

Prov. 26. C. 16. ſe cæteris ſapientiores æſtimant. Vnde dicitur, Proverb. 26. *Vidiſti hominem ſapientem ſibi videri, magis illo ſpem habebit ſtultus.* Stultus enim ſibi met non confidens, quærit conſilium â Sapientibus, ne decipiatur: ille autem dum de ſe pluſquam debet præſumit, etiam ubi errat rectè ſe plerumque ſentire, deceptus putat. Inter omnes autem tentationes videtur iſta periculoſior cuique Chriſtiano, ſcilicet, propriæ ſenſui nimis inniti (& paucis interiectis.)

2 Vnde cautum eſt (proſequitur S. Doctor) ſemper Rectori, conſilia libenter audire, & humiliter quærere. Et in hoc triplex humilitas conſiſtit. Primò ſi alij idem ſentiunt, quòd & ipſe, ſecurior eſt, quòd non decipiatur. Secundò, quicquid fecerit cum prudentium conſilio, ſi aliquid inde evenerit contrarij, minus ei poterit imputari, quàm ſi de ſuo tantum ſenſu id feciſſet. Tertiò, quod ſæpe in meritó humilitatis talis, Deus dat ei agnoſcere per ſe, vel per alium quod ante

Exod. 18. D. 21. non intellexit. Hinc Moyſes Exodi 18. (cui Deus facie ad faciem loquebatur) conſilium Ietro ſoceri ſui gratum habuit, & ſervavit. Hinc Apoſtol. Paulus, Galat 2. Spiritu Sancto repletus Evangelium, quod per revelationem Ieſu

Ad Gal. 2. d. 2. Chriſti didicerat, ipſius inſtinctu aſcendens Ieruſalem cum Petro, Ioanne, & Iacobo Coapoſtolis ſuis contulit, ut eſſet ſe-

ſecurior in prædicando, cum ab eis non diſcordaret, & exemplum per hoc daret fidelibus Prælatis conſilium requirendi. *Omnia cum conſilio fac; & poſt factum non pœnitebit* (ait Scriptura Eccleſ. 32.) Eccl. 32. D. 24.

3 Aliqui verò cum ad officium regiminis aſſurgunt, ita ſe continuo repletos ſpiritu Scientiæ reputant, ut omnia anteceſſorum ſuorum facta ſtulta iudicent, & perverſa: alij verò ê contrario, cum ab eodem abſolvuntur officio, quæcumque ſucceſſores eorum faciunt, ſimili modo condemnant, non attendentes, quod ſicut ipſi aliorum facta deprimunt, ita eorum facta alij poſſunt deſpicere. Hinc dicit Iſaias 33. *Væ, qui ſpernis: non ne & ipſe ſperneris?* Nullorum enim facta tam ſtudioſe ſolent ab alijs obſervando notari, ſicut illorum, qui aliorum facta ſæverè iudicant, ſi forte, in quo ipſi alios arguunt reprehenſibiles, reprehendantur. Iſaiæ 33. A. 1.

4 Sunt enim duo genera hominum, quorum conſilia prudens Rector, non facile debet recipere, ſcilicet, adulatores, & detractores. Primi iſtorum ſeducunt eum, ut magis de ſe quam expedit præſumat, iuxta illud Iſai. 3. *Qui beatum te dicũt, ipſi te decipiunt, & viam greſſuum tuorum diſſipant.* Ne de te vera ſentias humilitate propriæ cognitionis. Secundi inducunt eum, vt peius quam habet de alijs ſuſpicando ſentiat, & ſæpe innocentes condemnet, priuſquam veritatem rei plenè cognoſcant: dicente Scriptura Heſter 16. *Aures Principum ſimplices, & ex ſui natura aliud æſtimantes, callida fraude decipiuntur, & malis quorumdam ſuggeſtionibus regum ſtudia depravantur, ut eos, qui credita ſibi officia diligenter obſervant; & ita cuncta agunt, ut omni laude ſint digni, mendaciorum cuniculis conentur ſubvertere, &c.* Iſaiæ 3. 6. 12. Heſt. 16. B. 6.

5 Cum autem tribus de cauſis ſoleat requiri conſilium, ſcilicet propter emendationem, ut diſcatur, de quo iudicatur: propter authoritatem, ut magis habeat vigoris, quod per tales conſultum fuerit: & propter pacem, ne habeant aliqui

qui occasionem murmurandi. Propter primam consulendi sunt prudentiores: & propter secundam nominatiores: & propter tertiam omnes ad quos negotium pertinere videtur. Hæc Bonaventura.

6 Revocentur ad memoriam quæ de Visitatoribus, & *Nos.* socijs diximus supr. tract. 2. art. 3. & addatur, quod S. Franciscus optabat de Ministro Generali, ut refert Aphoris. cap. 11. *Seraphic. Francisc.* num. 93. *Vellem etiam* (ait) *eum habere Socios præditos honestate, rigidos adversus voluptates, fortes in angustijs, & compassivos delinquentibus: habentes æqualem affectum ad omnes: nihil de labore suo recipientes, nisi puram corporis necessitatem, & nihil appetentes, nisi laudem Dei: Ordinis profectum, animæ propriæ meritum, & Fratrum omnium perfectam salutem: omnibus convenienter affabiles, & omnes convenientes ad eos cum sancta iucunditate recipientes: atque formam & exemplum observantiæ Evangelij, iuxta professionem Regulæ in semetipsis pure, & simpliciter omnibus ostendentes.*

Hęc de circunspectione, & discretione Prælatorum, sed quia singularia sine numero sunt, in quibus discretio est necessaria, diffinire non possumus omnia, cæterum pro Consilijs aliquas regulas generales addamus summatim ex his, quas *Ioannet.* Ioannetinus in Aphorismis Superiorum congerit, cap. 10.

Superiorum Regulæ Generales.

S. Bernar Primà: Inter sæculares (inquit Bernard.) nugæ, nugæ sunt: in ore verò Religiosi, Sacerdotis, aut Superioris blasphemię. 2. Sis verbis modestus: & de potentium iniurijs non vindictam, sed ne in futurum maiora eveniant gravamina solliciте cura. Durum esset tibi contra stimulum calcitrare. 3. Vrbanitatem etiam cum subditis non recuses. 4. Honorifica, & bene semper loquaris de tuis: præcipuè in presentia extraneorum. 5. Non referas historias indecentes in præsentia præcipuè subditorum, ne ab ipsis despitiaris: talia enim nunquam obliviscuntur. 6. Excusa conversationes inutiles, ut negotiantibus sit locus. 7. Mendacium non proferas: si enim semel noteris, etiam si posteà veritatem dicas, non credeut

dent tibi: quod (præcipuè in Superiore) grande malum eſt. 8 In publico, nec triſtitiam, nec multam lætitiam, nec te alteratum oſtendas; ſed faciem habeas ſerenam, & magis ad lætitiam, quàm ad triſtitiam inclinet. 9. Nunquam dicas, quod non licet facere. 10. Nec facias quod à Deo, & ab hominibus videri non poſſet. 11. Verba, & converſationes vanas, ridiculas, & laſcivas omnino fugias. Sunt enim in Superiore blaſphemiæ, 12. In laudem tui, aut parentum tuorum laudes non referas, laudet te alienus, & non os tuum.

8 13. Nihil abſolutè promittas; melius eſt prius facere, ne ſi poſteá forſan facere non poſſis, alij conquærantur de te. 14. Sis ſecretus in his quæ facere deſideras. 15. Loquaris parum, & audias multum. 16. Gravitatem in converſatione cõſervare cura. Sta ſupra te, nã ibi ſolet Superiorum reputatio periclitari, & gravitas ſit ſine ſuperbia: multum enim vicinę ſunt gravitas, & ſuperbia, ſicut homo craſſus, & inflatus. 17. Venientes ad te læto animo recipe, benigne audias, gratioſe, & liberaliter expedias. 18. Eſto manſuetus ad audiendum Verbum, ut intelligas: & cum ſapientia proferas ſermonem verum. 19 In mẽſa temperatiſſimus ſis: imó, & ubiq; ſemper: quia ſpectaculum factus es omnibus. 20, Superioris præſentia ſubditis oneroſa, & odioſa, ſed valde utilis, & proficua eſt. 21. Cura multos obligatos relinquere, offenſum neminem: *Et laudavit villicum iniquitatis.* Sed ſine iniquitate facias. Et cum ipſis bene feceris, nihil, niſi á Deo expectes. 22. Non eſt bonus cui non diſplicent mali. Nec bene ſuadent verba quando facta repugnant. 23. Non ſemper cum uno aſsiſtas, ne alij triſtentur. Fias omnia omnibus ut Chriſto lucrifacias. 24. Diligę omnes, ut diligaris ab omnibus: & ſis afflictorum conſolatio. 25. Id quod cupis ſic prętendas, ſic incipias, & proſequaris, quod ſi aſſecutus non fueris, confuſus non maneas: ne dicatur, quod cæpiſti ædificare, & non potuſti conſumare: quod valde ſuperiorem dedecet.

9 26. Sic dictis, & factis ſemper procedas, quod quando familiares, & amici contra te revertantur [quia nullum inve-

nies

nies qui ſemper in eodem ſtatu permaneat) in nullo tibi noce re poſſint. Inter homines vive, ſicut inter amicos, & inter amicos ſicut inter hoſtes. *Ama fratres tanquam fratres, fuge Fratres tanquam dæmones: quia inimici hominis domeſtici eius.* Ipſi enim non te ſed tua quærunt, & ſic de acceptis non gratulantur, ſed de non habitis clamant, & conquęruntur 27. Exerceas officium generoſe procurans bonum ſubditorum ſicut Pater filiorum: non tãquam dominus utaris officio. 28. Sic exequaris in te leges, ut ſubditi vereantur petere diſpenſationem in ipſis. 29. Si ratio urget muta conſilium: hoc enim ſapientis eſt. 30. Cura ut qui non ſapiunt, ſapiant, & qui ſapiunt non deſipiant, & qui deſipuere, reſipiſcant. 31. Si omnia fęliciter, & ex animi ſententia tibi ceſſerunt, fine negotijs impoſito, caveas ne ob res ſecũdas elatior erga victos, aut gravior videaris, ſed placidus ſis ac benignus.

10 32. Adulatores nunquam audias, ſed reprehendas, quia qui te in præſentia laudat, ut ignorantem tractat: te magnam iniuriam facit. 33. Quia munera placant Deos, nihil recipias, maximè á malis: ipſa namque munera ſemper clamant, & ad oſtium pulſant. 34. Litteras ſine ſubſcriptione nunquam legas: quòd ſi in præſentia aliquorum eas recipias; ipſis videntibus frange, ut & omnes ſe abſtineant: lętantur ſubditi, quando talia vident in Superiore. 35. Quærere debẽt Superiores Magiſtrum ut bene regendi artem addiſcant: expertis crede. 36. Studeas primo benevolentiam acquirere, & ſubditorum dominari cordibus: & poſteá ſecure procedere poteris. 37. Omnibus ſis æqualis, amicis & contrarijs, & etiam potentibus cum prudentia. 38. Amicos ſequere quos non te pudeat elegiſſe. Sintque uſque ad Aras: uſque ad portas iniuſtitiæ; non intres, ſed magis amica ſemper veritas. 39. Quandoque damnum parvum magis nocet. Illud fugere non deſpicias. 40. Non ſemper aliena ſcribas manu, præcipuè dignioribus etiam ſubditis: & ſi ſecus facere non poſſis excuſationẽ, vel propria manu, vel paternis verbis, ut ameris, nec iudiceris elatus. Nota bene. 41. Defectus proprios emen-

emenda, & caute procedas quia ſpectaculum factus es Deo, Angelis & hominibus. 42. Cum omnibus liberalis ſis taliterque procedas, ut confidenter omnes quæ neceſſaria, & honeſta ſunt petere audeant. Det Superior omnia neceſſaria ſubditis. 43. Tales (inquit Gregorius) ſe exhibeãt Paſtores ſubditis, ut illis occulta ſua, ac fluctus tentationum pandere non erubeſcant: ſed fidenter ad Paſtoris mentem quaſi ad ſinum matris recurrant. 44. Cùm ſubditis bene viventibus quaſi æqualem ſe exhibeat: vnde ſolis illis ſubditis ſe timendum, ac tremendum exhibeat, qui Deum non timent. *S. Gregor.*

11 Ex capite 11. eiuſdem deduxi ſequentia. 45. Dulcedinem benignitatis cum amaritudine ſeveritatis miſcere curet. Quando enim ſubditi vident, quod Superior eos quaſi dolenter punit maiori patientia pœnas ſuſtinet; ſecus ſi contra. 46. Neceſſe eſt (inquit Seneca) multos timeat, quem multi timent: *Ama, ne timeas.* 47. Conſideret Superior qualitatem morbi in infirmo: multoties namque quod ſanis cibus, infirmo venenum eſt. 48. Nunquam publicam culpam ſine pœna relinquat, publica, etiamſi aliquando oporteat diſſimulari: nec diſcooperiat delicta occulta quando fieri poteſt, & debet ne opinione bonus; reputetur malus: hoc autem ferociſſimum, & crudeliſſimum quid eſſet. 49. ſubditos tractet, ſicut ab alijs ſuperioribus tractari deſiderat: & quòd malum antea in alijs Superioribus iudicabat, non faciat: recordeturque quæ paſſus eſt, non ut ulciſcatur, ſed ut reparet. 50. Lites prudenti brevitate reſolvas, ne turbationes diu durent, & magis utere correctione Fraterna, quia Prælati maiori obligatione præceptum correctionis fraternæ ſervare tenentur: *Væ illis, qui non faciunt væ, væ, & mille væ.* 51. Turbatus, non corrigas, da locum iræ: & in reprehenſionibus cõmunibus nullum verbum ſit, quo ſubditi exaſperẽtur, & multa quæ ad te pertinent oſtendas te neſcire, ne ex paſſione credaris corrigere. 52. Nunquam dicas: Hoc tollerari non poteſt: ſevere punire curabo, & alia quæ ſigna ſunt iracũd ę, ſed manſuete potius dic: Doleo bonum Fratrem: ex vehe- *Idem Ioãnetinus.* *Seneca.*

men-

mẽti paſſione dixit: compatiamur, oremus, & emendemus.

S. *Bernar* 53. Veniq́ue ſiquidem (inquit Bernard.) in ruinã & reſurrectionem multorum aſcendiſti hunc cathedram, ruant, ruãt, qui noxie ſtant: erigantur digni. Ponatur ſecuris ad radicem ſterilium plantationum. Præſidente humili Eugenio deponãtur ſuperbi de ſede & exaltentur humiles: eſuriẽtes repleantur bonis, & divites dimittantur inanes. Hæc ubi ſup. Et nos concludimus optimam reformationem dilapſæ Religionis, futuram, ſi Prælati mali deponantur, & boni, quos depinximus, erigantur. In convivio Septem Sapientum (refert Plutharcus in Conv.) quæſitum eſt: *Quænam Reſpublica foret optima & feliciſſima?* Et reſpondit Pittacus: *Vbi Magiſtratũ gerere non licet malis; licet bonis.*

Pluiarc.

ARTICVLVS VII.

De duratione officiorum Prelatorum, maximè Generalis: & quod ipſe cum Conſiliarijs oporteret Romæ ſemper aſsiſtere pro bono regimine & Reformatione, ac obſervantiæ conſervatione.

ACTO iam de bonis Prælatis, quales ad inſtaurationem damnorum à malis introductorum decent: pro coronide huius tractatus videndum eſt de duratione, & ſitu illorum, ut operationes, & reformationes melius introducant.

1 De duratione officiorum unaquęque Religio ſuas habet cõſtitutiones, & quidem, Generales aliæ perpetuos, aliæ temporales habent. Sanctiſſimus P. F. de Paula perpetuus extitit Generalis, & in aliquibus Religionibus ſic in primordio erant, ut vidimus 3. part tract. 7. de Carmelitis, & expoſitores Regulæ Minorum ſupr. cap. 8. ſic affirmant de ſua; & revera à fundatione uſque ad annum M.D. XVII. ſemper fuerunt perpetui: quamvis ipſe Seraphicus Pater renuntiaverit Generalatui Leo X. dicto anno ordinavit quod fuerint ſexen-

Nos. Expoſit. Regulæ S. Franciſc.

sexenniũ. Pius V. anno 1571. statuit Octenniũ, & Sixt. V. anno 1587. reduxit ad sexenniũ. Societas Iesu usq; hodie perpetuos habet Præpositos Generales: & aliæ Religiones, ut in suis tractatibus vidimus varię sunt in hoc. Noster autem P. Fran-
cis. de Paula in Regula, cap. 10. de triennio in triennium in *Regula Minimor*
die Ascẽsionis Dñi precipit celebrari Capit. General. & eligi Correctorẽ generalem. Sixtus V. causa grassantis pestis in Gallia, ubi erat indictũ Cap. Generale transtulit Romã, & celebrari iussit primà die Pentec. & inibi electũ Generalẽ Gregorium á Paula pro maiori commodo visitandi extendit ad sexennium anno 1587. cum Zeloso, & Collegis: & Correctores locales ad biennium, cum ex regula sint annuales. Cõpleto vero sexennio in Capitulo Generali Valentię V celebrato anno Dñi 1593. Clemens VIII. reduxit ad terminos Regulæ tám Generales, quã Correctores, Postmodũ Paulus Papa V. anno Dñi 1605. die 1. Octobris in Bulla. *Cũ sicut*, quę est Cõstit. 4. eiusdẽ apud Peirinis Motu proprio, & ex certa scientia *Peir inus.* Stephanũ Augeriũ in die proxime præterita Pẽtecostes noviter electum ad triennium, confirmavit ad sexennium: sic perpetuis futuris temporibus fieri præcepit: quia ordo dilatatus in triennio rectè visitari non poterat, & ut expensæ Capitularium venientium ad electionem excusarentur alijsque iustis de causis: quod hodie usque observamus. *1587.*

2 Porro consulendo cõmuni bono, & immensis quæ fiũt expensis, dum ex omni Religione congregãtur ad celebranda comitia Generalia: bonũ esset quod Generales essent perpetui, si ipsi essent sicut P. Franciscus de Paula; at quia dies mali sunt, & ambitio, ut vidimus maximè serpit Religiones, ideò & quia nõ obliviscãtur humilitatis professionis suæ, melius est quod tẽporales sint, taliter quod ad iniunctum officium commode possint attendere, vel in sexennio, octennio, vel duodeno. Hunc terminũ præfinit suæ Religioni Minoritanæ P. F. Ioannet. Niño, quẽ cupit stabiliri. Vt ergo (inquit c. 6. n. 34.) ipsi Generales operi reformationis perfectũ, & felicẽ finẽ imponere possint, & valeant: ad minus necessarium *Ioannet. Niño*

videtur, quod per dictos duodecim annos durent. Si namque quando incipiunt aperire oculos suos, negotia intelligere, & experientia præditi sunt, tunc Generalatus expleant officiũ, & alius de novo incipiat, nihil omnino fiet, ut (experientia magistra) vidimus. Sic etiã cessabũt maximæ, & incredibiles expensæ, quæ pro uno quoq; Generali capitulo fiunt, túm in ipsomet capitulo, tũ veniẽtiũ, & revertẽtiũ ab universo mũdo & ea quæ ex multiplici Fratrũ vagatione resultant: incõveniẽtia innumerabilia cessabũt. Hęc ille. Et pro nobis etiam militant hę rationes ad sexennium saltẽ iam concessum, vel octennium, quia valde iam dilatata est nostra Religio.

3 Provinciales competenter tres semper habuerunt annos sui officij. Correctores locales, quia minimos, & humiles nos voluit Patriarcha Sanctissimus, congruum est unicum tantũ per annũ durare Experiẽtia docuit illo sexennio, quãdo Correctores locales erant biennales, nil emolumenti Religioni obtigisse: primò enim anno cogitabant, ut facerent secundo, & secundo nil operabantur. Nunc autẽ si res Religiosa viget, & quales oportet præficiuntur, uno anno profectui spirituali, & temporali melius incumbunt. Propter aliquas rationes ad tempus hoc immutari oportebit, ut postea à dicemus.

Nos infr. 2. ultim.

4 An autem Generales, ad effectum bonæ gubernationis, sit melius quod discurrant visitando Religionem, vel Romæ semper assistant? Idem Ioannet. ibid. n. 35. censet, quod Romæ: *Item* (ait) *ipse Generalis & sex Generales Diffinitores* (*tres ex una, & tres ex alia familia*) *Romæ semper assistant pro electione Provincialium, & totius ordinis regimine: & nullus ex eis in sequenti Capitulo ad Generalatus dignitatem assumi possit, ut cessent inconvenientia.* Sanctissimum erit pro omnibus Regularibus: & non erit aliquid omnino de novo condere in Religione Minorum: quodque deducit ex Bulla Pij V. *Pastoralis, &c.* anno 1571. ubi agitur de Consiliarijs, qui Generali debent assistere adiuncta Bulla *Illa nos cura.* Et adiuncta executione Capituli Generalis anno eodem 3. Iulij facta, & mente S. Francisci, & Sociorum eius.

Ioannet.

Hoc

5 Hoc placitũ multipliciter probat I. quia si Cõsiliarij sex ad hoc dati sunt ut cũ ipso Generali negotia Religionis tractẽt, & diffiniãt, ergo in loco determinato debẽt omnes assistere, quia peragrari simul omnes cũ Generali impossibile est

II. Quia exemplo constat hoc congruere: sic Summus Põtifex (cui assistentia Spiritus Sancti promissa est) in magni momenti negotijs: *De consilio* (inquit) *Fratrum nostrorum S.R. C. Cardinalium, re mature, & diligentissime perpensa, præcipimus,* &c. Cur ergo non ita Generalis, ut sine consilio nihil faciat.

III. Reges, & Principes sæculares Episcopi, & alij Ecclesiastici omnia regnorum statuum, imò, & oppidulorum non solum in spiritualibus, sed & in minimis tẽporalibus, de consilio, & matura deliberatione Consiliariorum, Senatorũ, Procuratorum Capitularium, & aliorum inferiorum Ministrorum negotia resolvunt: Ergo, &c.

IV. Item Provinciales multoties pro bono regimine congregant Diffinitorium; aut Patres expertos: ergo potiori iure Generalis suos Diffinitores consultabit pro terminandis negotijs regnorum, & provinciarũ, cõsilia quærere debet suorum Diffinitorum, quia sensus proprius æque bene nõ sufficit.

V. Item: Quia si Generalis, & Consiliarij. Romæ semper assistant, omnia, ut oportet, bene disponentur in bonum Religionis, cui datus est, sicut Pontifex Ecclesiæ.

VI. Reges, Vice Reges, Principes supremi, Gubernatores, imò, & aliquorum ordinum Generales in uno loco sunt, & assistunt cum optima & fęlici suorum gubernatione: ergo, & Generales Romæ fæliciter gubernabunt, liberabũturque ab importunis intercessionibus, magnique habebuntur à Pontifice, & melius negotia reformationis impetrabunt, liberiusq, causam Dei agent.

6 VII. Quia si generalis Romæ semper assistat habebit ibi archivium singularum provinciarum, etiam & conventuum, Fratrum, & Monialium totius ordinis, & in eo erunt cum distinctione, & claritate scripturæ omnes ex quibus ipsi Generali facile constare poterit de antiquis, & modernis casibus, &

ſucceſſibus,& de his, quæ quotidie ſuccedũt, etiam circa ſingulares perſonas. Habebit notitiam eorum omniũ, quæ in Religione fuerunt, & in præſenti ſunt, & erunt : quia per ſingulos menſes accipiet litteras à Provincialibus, & alijs patribus, quibus ea omnia quæ ſeſe offerunt (abſque ullo amore, & paſſione) ſcribent : quod maximé fiet, ſi, ut dicebamus Provinciales ſint eligendi ex aliena Provincia : tunc omnes Patres, & Fratres magis liberi ab amore, & paſſione, & ipſemet Provincialis vera ſemper nuntiabunt Generalibus Romæ aſſiſtẽtibus: quia iã tunc ceſſabit tota ratio diſcordiæ, & controverſiæ, ſiquidẽ ex tali informatione non reſultabit, quod contrarius Petri: v.g. Paulus ponatur, ſuper ipſum Petrum, ſed quod mittatur ad aliam Povinciam, quod ipſe Petrus nõ recuſabit, imò gaudebit ex relationibus. Ergo auditis, & ſcripturis bone perpenſis, Generalis, & Cõſiliarij melius negotia Religionis expendent, & iuſtitiam adminiſtrabunt.

VIII. Quia quãdo ipſi Generales ambulant per mũdum nõ poſſunt ſecũ ferre, nec portare ſupradictas ſcripturas, ac propterea à, quæ in ipſis continentur ſcire nequeunt. Et cum non ſciant, nec negotia expedire, nec reparare poſſunt.

7 IX. Quia Romæ aſſiſtẽtes ſemper, cũ S. D. N. Illuſt. DD. Cardinalibus cæteriſq; Miniſtris omnia Religionis negotia melius agere poterũt: quatenus ipſi, & bene informentur, & Religionẽ ab impugnatoribus defendãt, & protegant: & ipſe Sum. P. vidẽs, quod Romæ pro bono regimine Religionis eſt quaſi Parlamẽtũ. Senatus Cõſiliariũ, & Diffinitorũ, ubi defectus Religionis reparari poſſunt, omnia ipſis Patribus negotia remittẽt, ut videãt, & prouideant, & ſic ceſſabunt multa, quæ hodie contra Regulares adducuntur, de canonizatione Sanctorum dicti Ordinis, de privilegijs indulgentijs, de ipſius Ordinis reformatione, & de alijs fere infinitis negotijs, quæ quotidie ſeſe offerunt, agere poterunt Generales, & Diffinitores Romæ aſſiſtentes.

8 X. Item ipſi Generales, quæ (de conſilio Diffinitorum ſeu Conſiliariorũ) pro Ordinis reformatione præceperit, ma-

nu-

nu potenti, approbatione, & adiutorio ipsius Summi Pontificis melius in toto ordine executioni demandabuntur. Imò, & ipsi Generales timebunt in conspectu Solis, dicentes: Et quomodo in præsentia, & conspectu Romani Pontificis mala facere audebo? Non faciam, quia ipse adest, & poterit me ab officio deponere, sicut & exaltare; si bene procedam. Et multa, quæ modo propter timorem Dei forte non cessant, tunc propter Romani Pontificis timorem absque dubio cessabunt.

Vndecimo: Quia Romę asistentes, si particulares Fratres aut Provinciæ aliqua privilegia contra commune bonum Religionis impetrare velint: tunc ipse Generalis cum Diffinitoribus ad Summum Pontificẽ facilius recurrent, ne Religio turbetur; ad quod officiales Curiæ nunqam sufficientes fuerunt. Imò, & ipsi Fratres, aut Provinciæ, videntes, quod Romæ adest Generalis cum Diffinitoribus, qui rerum totius Ordinis habent scripturas, & notitiam, tunc divisiones quærere, aut singularitates procurare, non audebunt.

9 XII. Quia Fratres in necessitatibus suis facilius ad ipsum Generalem Romæ semper assistentem scribere, & ab eo consolationem obtinere poterunt.

XIII. Quia anno 1604. de mandato Clementis Papæ VIII. Procuratores Regularium in unum Romæ cõvenerunt, præsidente I. D. A. Seneca, vt agerent: An esset convenicns, quod omnes Generales Regularium assisterent semper in Romana Curia? & determinatum est, quod sic. Sed quia ipse Sum. Pont. statim 4. Martij M. DC. V. ad meliorem vitam vocatus est, non dũ ultimo resolui potuit. Sed iã fiet, dãte Deo. Amẽ. His rationibus concludit iste Author convenientissimum fore quod Romæ semper assistant Generales cũ suis Cõsiliarijs.

10 Et si obijcias huic Authori: Quia Generalis, & Diffinitores, non ita bene cognoscent Fratres benemeritos, ac propterea suæ electiones non erunt ita bonæ.

Respondet: Quod imò potius ipsi Generales Romę semper assistentes maiorem clariorem, & veriorem habebũt no-

titiam meritorum Fratrum in particulari, quam per Provincias incedentes, & huius evidentiam facit. Quia Generalie per Provincias incedentes, Fratrum merita cognoscunt, non per experientiam (quæ paucis diebus, & per transitum haberi non potest) sed per relationes, forte non ita nudas ab amore, & passione: in maiori namque parte Provinciarum Ordinis nunquam fuerunt, nec erunt, nec esse possunt ex alijs autem Provincijs nullam per propriam personam visitarunt, nec visitant Generales, sed mittunt Cõmissarios, qui dictas Provincias visitent, & earum capitula celebrent. Quod si Generales quandoque in aliquarum Capitulis Provincialibus inveniantur, tunc propter temporis brevitatem, & mundi longitudinem veniunt ita per transitum, & festinanter, quod Fratrum merita, & demerita discernere nequeunt. Et sic (si gratia non superet naturam) unusquisque Patrum forte in favorem tantummodo amicorum suorum informat: vel quia sic sentiunt, vel ut ipsi, & non alij exaltentur, ne contrarijs subijciantur. Ecce quomodo Generales ibi Fratrum merita, vel demerita discernere nequit. Si veró Provinciales non debeant esse nec eligi ex eadem provincia (ut in 7. ratione dicebamus) Patres & Fratres liberi á passione & amore informabunt, &c.

Optime concludit Author iste valde consentaneum fore, si in omnibus Religionibus sic statueretur: quod Generales cum suis Consiliarijs Romæ semper assisterent: & quidem quamvis aliqua sequerentur inconvenientia (quæ in nulla lege, comite malitia hominum, deesse possunt) illa minora essent, quam nunc cernimus: & sic absolutè melius esset sic statui. Cæterum hoc in nostra Religione examinemus.

§ 5

AR-

ARTICVLVS VIII.

Probatur decentissimum fore, si in nostro Minimorum Ordine Generalis cum suis tribus Collegis Romæ semper assisteret: & quod Vigiles ex Regula supra Provinciales, per abusum omissi, restituerentur: aut Vicarij Generales.

1 RAtiones primam, secundam, tertiam, & quartam, quibus probat præfatus P. Ioannetin Niño assistentiã Diffinitorũ Generaliũ cũ ipso Generali, ut tractet, & consulat negotia Religionis non convincunt nostrum Generalem semper assistere Romæ, quia ex Regula, cõstitutionibus, & decretis Pontificũ, ut ex alibi dictis, & dicendis liquet Generales (sicut & reliqui Superiores) habent tres Socios, Seniores, aut Collegas, quorũ provido suffulti consilio, & auxilio negotia Religionis peragunt, & secundum Regulã, & Correctoriũ in aliquibus habent huiusmodi Collegæ votum consultivum, quo non obstante poterit Generalis determinare oppositum; in alijs vero non tantũ consultivũ, sed & decisivũ, & sic potestas Generalis aliorumq; Prælatorũ est limitata, & coarctata, indigens consensu, & assensu suorũ Collegarũ, ijq; semper assistunt *Prælatis*, imó, & Generales simul cũ tribus Socijs peragũt visitationes, idq; sub gravi pęna, & dispensarĩ in hoc nõ potest, nisi á Sum. Pont. quin sint semper individui comites Generalis in itineribus. Et quãdo forte aliquis oblegitimum impedimentũ abest, substituitur alius loco illius, ut Prælati nunquam sine tribus Collegis, & Cõsiliaribus sit. Sed quia expensæ maximę fiunt in tanto comitatu (ferunt enim secum tres, vel quatuor oblatos ministrantes, nec aliter commode fieri potest, ut necessarium habeant subsidium) ideo melius esset Romæ semper assistere, ne tantum gravamen fiat Religioni pauperrimæ,

2 Septimę rationi obest statutũ nostri ordinis, quo cave-

tur peracta visitatione comburi tales processus, quia Religio in charitate fundata non vult haberi memoriam delictorum Fratrũ. In cap. 21. Religionis Romæ 4 celebrato, anno 1568. num 8. *Animadvertentes insuper Patres* (dicitur conformiter ad cap. Fi de Probat.) *quantum incommodi Religioni accedere posset, ex processuum delictorum Fratrum retentione, quos Visitatores apud se retinere consuevere, decreverunt, ut P. Generalis, Visitatores, & Provinciales, peractis suis visitationibus, redditaque ratione, processus suis immediate successoribus, partibus auditis, eos comburere cogantur. Si quis autem Fratrum reddita ratione* (ut dictum est) *de eis apud quemquam Prælatorum quæstus fuerit, non audiatur.* Post modum, anno 1584. in 5. capitulo Ianuensi n. 6. strictissimè prohibent Patres servari processus, maximè quos aliqui Superiores intra suum tempus non concludunt: sunt etenim comburendi, & tãquam nullius valoris ultra admitẽdi: Et subdit, quod crimina antiqua, maximè correcta: *Ne in Fratrem aliquem exprobent: arbitrantes forsan sic Fratrem proximum á suo gradu dejcere. Non considerantes, post veram pœnitentiam iniquitatum nostrarum amplius non recordari Deũ Ezech. 18, Ponderet igitur unusquisq; sermones suos, & quod sibi loqui nõ vult, alteri nõ loquatur sicut scripsit Calixtus* Papa in Decretis. Verba quidẽ charitate Fraterna plena sunt: & servari processus in Archivio Romano, ut prædicta 7. ratio requirit esset servare perpetuo in memoria Fratrum crimina etiam correcta, & emendata, quorum Deus in quacũq; hora ingemuerit peccator, amplius non recordatur.

Cap. General. Romæ 4.

Ianuen. 5.

Ezec. 18. E. 22. c. Põderet d. 80.

3 Huic difficultati facile respondetur, & provisum est in nostris Capitulis Generalibus. Cum enim aliquis fuit malus, & emendatus est, si de criminibus processus asservati certiores faciunt præteritis; relationes, & opinio præsens de præsentibus, meritis illa sepeliant crimina, & exaltent præsentia merita, ut denuo præmientur. Observat Pater Passarellus in Schol. ex cap. Ianuensi num. 6 quod secundum iura, c. *Quoniã* de Probat. omnia acta in iudicio conscripta originaliter debẽt semper conservari, ut superveniente contentione veritas possit

Passarel.

ſit declarari. Apud Religioſos non ſic faciendum: eſt enim fomentum, & incẽtivum odij. Ideò Bened. XI. ſuper ſtatutis Minorum relatus per Antoninũ 3. p. tract, 9. cap. 7. §. 7. præcepit quod intra biennium teneatur Prælatus terminare proceſſus, aliàs elapſo biennio non poſſunt obeſſe: & Iul. III. approbat ſtatuta Minorum, cap. 10. ubi habetur quod nullus Prælatus ultra ſex menſes, elapſo Cap. Generali, vel Provinciali teneatur ſervare proceſſus, quo elapſo termino ponitur ſilentium perpetuum: & hoc eſt quod Concil. Trident. ſeſſ. 24. de Reformat. c. 20. decernit: cauſas omnes coram Ordinario intra biennium finiendas. Hoc intendunt noſtra ſtatuta, ne detur anſa malevolis ſervandi Fratrum deffectus: qui audiendi non ſunt finita cauſa. Neque ideo iam emendati damnum ex præterita culpa recipiũt. Quodq; congruere Novo, & Veteri teſtamento, & Eccleſiæ praxi. idẽ Paſſarellus ex Gratiano in Decret. d. 50. c. *Si poſt ordinationẽ*. Et authoritate Sãctorũ multis exẽplis demõſtrat eorũ, qui depoſiti à dignitatibus poſteà emẽdati reſtituti ſunt ad eaſdẽ: quæ brevitatis cauſa omitto.

S. Anton.

Concil. Trident.

Paſſarel. Gratian.

4 Cæterum eadem noſtra Capitula Generalia iam providerunt utriq́ue intentioni, & quod claudatur porta malevolis virtute proceſſuum veterum inſurgetium contra Fratres, & cognitioni meritorum, & demeritorum ad effectum promovendi digniores. Igitur anno 1599. Capitul. Generale Avinion. 2 num. 29. decernunt Patres, omnes finiri proceſſus, nec ſervandos autenticè, ſed terminata cauſa comburendos, niſi à ſententia lata legitime appellatum fuerit. Denique anno Domini 1517. in cap. 6. Romano n. 14. inter alia dubia fuit 4. *An proceſſus debeant conſervari, vel comburi*! Et diffinitum eſt, quod in qualibet Provincia ſit unum archivium, & Romæ in cella Zeloſi unum pro tota Religione, ubi ſervẽtur proceſſus Viſitationis, Provincialium in ſua Provincia, & Generalis pro tota Religione, durante vita Fratrum: ac ipſis mortuis comburantur. Prohibentur Fratres particulares ſub excommunicationis pœna ſervare aliquos eiuſmodi proceſſus, & memoriales contra Fratres alios, & quod Archivi mu-

Capitula General. Minim.

nian-

niantur quatuor clavibus,ut non sit facilis,curiosus , aut malitiosus aditus ad eos. Et sic illa 7. ratio accomodari potest nostræ Religioni, ut Generalis semper assistat Romę, & ibi habeat archivium ad servandos processus Religionis, túm ad retũdendas falsas depositiones, tùm ad videndum si excessus præteriti,iam per novas relationes sunt emendati , aut ut de sic comprehensis , maiori cautela inquirant an emendati fuerint? &c. Cæterum contra hoc decreverunt nunc in Capitul. Generali 2. Masil. PP.anno 1635. quod processus formati à Provincialibus adducantur comburendi ad Capitulum Provinciale , nisi fuerit reclamatum , vel non fuerit , visitata Provincia a P. Generali cassantes statutum Capituli Romani 6 de quo suprà.

5 Vndecima ratio cõformis est nostris statutis: Quia enim in reg.c. 10. num 52. prohibentur Fratres quicquã facto , vel scripto contra Regulã impetrare, & c. 10. Correct.n 110. prohibẽtur super hoc Apostolicas litteras impetrare omnes Prælati,& etiã ipse Generalis; secus absolvantur Fratres ab eorũ obediẽtia. Pro cuius observantia anno Dñi 1511. Cap. Thur. author. Apostol.confirmatũ n. 11. prohibent Patres in Curia Romana expediri negotia , & impetrare brevia Apostolica per quoscunque Prælatos etiã Generalẽ sine speciali sciẽtia, permissione, & consensu P. Zelosi. Idemque præcipitur sub gravi pena Cap. 1. Ianuensi,n. 5. & Paulit. â Sum. Pont. approbatum , n. 7. & 24. itaque neque ipse Generalis sine scientia P. Zelosi, & assensu Collegarũ talia brevia impetrare potest, alij Prælati etiam sine cõsensu Zelosi: & particulares Fratres simili modo : nec ipse Zelosus pro his , sine rescripto proprij Provincialis, & assensu collegarum impetrare potest, & adeo vetuit Paulus III. in confirmatione, c. Paulitani Brevia contra puritatem Regulæ, ut impetrata anullarit, & impetranda prohiberet sub gravissimis pœnis tanquam subrreptitia. Vnde Pater Isnardus in Codice Minimo , verbo , *Laici* observat ea omnia brevia impetrata esse subrreptitia (nisi concederentur Motu proprio, & ex certa scientia, quod est in Regula prohibi-

Regula Minim.

Stephan. Isnardus.

bitum, & de plenitudine potestatis, ex Panor. in c. *Ad aures* de recript n. 5. & in c. *Dilectus* de Præb. & Suarez lib. 8. de Legibus cap. 12, num. 8.) & nullius valoris. *Panorm.* *Suarez.*

Ergo si Generalis cum Collegis Romæ semper assisteret, simul cum Zeloso, vigilarent, ne quicquam facto, vel scripto, quæ Regulæ puritatem enervet, aut robur amittat, quivis impetrare auderet.

6 Duodecimam rationem, ab inconvenienti, experimur nos, maximè Hispani: defectu enim assistentiæ Reverendissimi in aliquo determinato loco, quando aliquod grave negotium se offert mittimus ad Zelosum, qui remittit ad Reverendissimum quoquo versus ambulet in visitationibus: & contingit per annũ ob incertitudinem assistentiæ Generalis, non haberi responsũ, ideoq; datur locus iniustitias, & oppressiones patiendi: & Provinciales (si ex leges sint] pro sua mala voluntate à dextris, & à sinistris cæca virga verberare sine chamo, & freno; quod secus fieret, si Generalis mansionẽ certam Romæ haberet: nam sedulo de remedio provideret.

7 Accedit abusus ab incunabulis Religionis introductus de ablatione Vigilum. Etenim secundum Regulã nostrã, c 10. num. 46. in Capitulis Generalibus, quando eligitur Generalis pro tota Religione, ordinatur quod eligantur etiam Correctores Vigiles suprà Correctores Provinciales: *Quatuor insuper* (ait) *aut plures Vice Correctores Vigiles (prout iuxta regionum varietates, succedente tempore videbitur expedire) pro tribus etiam dumtaxat annis ibidem eligantur: ac super certas Ordines Correctorias mature deputentur, & in suis tantum vigilantijs Generalis Correctoris authoritate plenaria potiantur.* Et Iulius II. in nova quam fecit de Regula confirmationem, anno 1508. die 20. Decembris, & incipit. *Licet anno superiore* orta difficultate de aliquibus specialibus punctis: An confirmata manerent in generali approbatione? unus eorum fuit de Vigilum deputatione. Declarat Motu proprio, ne recurrendum deinceps sit ad Sedem Apostolicam pro ulteriori declaratione prædictorum *Regul Minimor.*

punc-

punctorum: *Vigiles autem* (proſequitur) *iuxta teno em dictæ Regulæ per Nos, ut præfertur, approbatæ, & confirmatæ, à cunctisque Fratribus huiuſmodi, nunc, & pro tempore ubilibet exiſtentibus, & degentibus, & de mandato noſtro, perpetuis futuris temporibus in virtute Spiritus ſancti recipiendæ, ſibi pro tempore deputatos, ea, qua decet reverentia recipere habeant, mandamus atque iungimus.*

Capitula Generalia Animi.

8 Fortè Motus hic proprius exhibitus fuit, quia in 1. Cap. Romano, numero ultimo non fuerũt deputati Vigiles ob penuriam Provinciarum: & ideo in Capitul. Thuron. celebrato anno 1511. num. 10. electus fuit P. Hieron. â Ponte Vigil pro natione Italica. Triennio ſequenti in Cap. Tholoſano num. 7. decreverunt Patres omittendos Vigiles, ſufficereque mitti Viſitatores ſuprâ Provinciales, nec opus eſſe tot Superioribus: & ego credo fuiſſe, ne ſuprá ſe Provinciales haberent Superiores, ſed in ſuis eſſent abſoluti Domini officijs. Hunc abuſum vellem aboleri, & reſtitui ad obſervantiam Regulæ, ut graviſſimis verbis præcepit Summus Pontifex. Si enim adeſſet Vigil in duabus, vel tribus Porvincijs, vererentur Provinciales transgredi leges noſtras, & iniurias inferre, ſcientes, adeſſe, qui vindicet illas, & de remedijs provideat.

9 At quia experientia magiſtra ſcimus in Vicarijs Generalibus, qui in Hiſpania ſolent provideri, vel ſuprâ omnes, aut plures Provincias cum plenitudine, & ordinaria poteſtate Generalis, quandoque in malum Religionis converti, ideo granu ſalis ponendi ſunt, aut Vigiles, aut Vicarij. Vicarius enim (ſi forte ambitioſus) aut eſt amicus Provincialium, aut non: ſi eſt amicus, iuvat, & cooperatur in iniuſtitijs illorum cum magno Religionis diſpendio, ſi eſt inimicus, manu potenti contraria Provincialibus facit, & diſponit diverſam materiã, diverſos, & contrarios eligendo Superiores, ſervata eadẽ relaxationis forma: qui prędabatur alios, prædatur ipſe ab alijs, & omnes fures ſunt officiorum, quæ idoneis debebantur in angulo poſitis, quia filij huius ſæculi ſapientiores ſunt filijs lucis.

Opor-

10 Oporteret ergo, ne huiusmodi mala, & perturbationes molliantur adesse certis Provincijs, aut Vigiles, aut Vicarios Generales, non cum plenaria potestate ordinaria ad mutandum Religiosos, gracias concedendas, & licentias, vel obedientias ad ordines suscipiẽdos, in quibus posset partialitates generare contra Provinciales, sed ad eum finem, ut in emergentibus, quorum necessitas præmit, nec expectari potest recursus ad Generalem divertentem in remotis Provincijs. Et in gradu appellationis causas Provincialium cum Fratribus cognoscerent, aut requisiti propter gravia negotia inquirerent, aut procederent ad ea quæ ipsi Provinciales, aut amore, aut odio omittant. Et quod ipsi Vigiles, aut Vicarij Generales non possent in Provincijs quibus præsunt eligi in Provinciales, ut ambitioni præcludatur aditus.

11 Quando secus fit, quia iure naturæ unusquisque oppressus remedium quærere conatur: si iniurias patiuntur Religiosi, coguntur, aut ad Delegatum, & Nuntium Papæ accedere (quòd sine scandalo non fit) & si Religiosus destitutus est pecunijs, patitur detrimentum, aut eas per fas & nefas corrodit, aut patitur cum desperatione remedij, aut illud â Generali post longa intervalla obtinet. Ergo si Generalis Romæ semper assisteret, aut Provinciæ haberent Vigiles, vel Vicarios Generales: Provinciales reprimerent passiones, & Religiosi non ita molestè opprimerentur. Si videmus Archiepiscopos cognoscere causas Episcoporum, ne dilatio recurrendi ad Pontificem Romanum diutius prævalere iniustitiam esset causa. Sic Regij Senatus Ecclesiasticorum causas censent in auxilium violentiæ: quod Vigiles, aut Vicarij Generales facerent cum Provincialibus.

TRAC-

TRACTATVS VII.

De Abuſibus reformandis in ſubditis reſpectu ſuorum Prælatorum in ſeipſis, & in ordine ad alios Fratres.

VIdimus abuſus ex parte Prælatorum malorum in Religioſæ obſervantiæ perniciem, qualiterque per poſitionem bonorum Prælatorum abolendi; nunc abuſuum seriẽ ex parte ſubditorum recenſeamus nam etiamſi magna ex parte illorum cauſa fuerint mali Ptælati, tenentur adhuc ipſi ſubditi illos deponere, & emendare, quia corona propter obſervantiam Regularem promiſſa eſt; & æterna damnatio ex tranſgreſſione, quæ nullo colore honeſtari poteſt. Igitur abuſus omnes quos Viſitator, & Reformator invenit reduci poſſunt ad tria capita ad defectum internum voluntatis, ad externos verborum, & operum; nam cogitatione, verbo, & opere tenetur bonus ſubditus copulari, & uniri tùm Prælato præcipienti, & ordinanti, tùm ſibi ipſi in ſe, túm Fratribus alijs quorum omnium, ut Monachi nomen mereamur, unitas debet ſervari, ut ſæpê iam diximus.

ARTICVLVS I.

In præſtanda obedientia Superiori deponatur propria voluntas, & iudicium humiliter, & magnum eveniet meritum virtutis.

1 OBedientiæ virtus, fundamentum perfectionis Religioſæ, virtutes continet omnes, & illa deficiente, virtutes non ſunt quotquot actiones aliâs bonę, quas Religio-

gioſus operatur: *Ad obedientiam pertinent omnes actus virtutum* (ait D. Thom. 2.2. quæſt. 104. art. 3. ad 2.) *ut ſunt in præcepto. In quantum ergo actus virtutum operantur cauſaliter, vel diſpoſitive ad earum generationẽ, & conſervationem: in tantum dicitur quod obedientia omnes virtutes menti inſerit, & cuſtodit.* S. Thom. Et reſpond. ad 3. *Obedientia* (inquit) *procedit ex reverentia, quæ exhibet cultum, & honorem Superiori.* Ideó cultus exterior exhibitus ſine interiori reverentia â qua procedat, actus obedientiæ non eſt, ſed abuſus illius: præcipua ſiquidem obediẽtia in voluntate conſiſtit. Ex infirma, & infecta radice ſani fructus prodire nequeunt. Inobedientia Adæ voluntatem noſtram infecit, & debilitavit, & quandiu hæc á ſe regitur deviata á divina voluntate, eo periculoſius labitur: *Nihil in ſuis habet viribus* [ait Ambroſ. de humana natura lapſa lib. 1. de vocat. Gentium. cap. 2. *niſi periculi facilitatem: quoniam voluntas mutabilis, quæ non ab incommutabili voluntate regitur, tanto citius propinquat iniquitati, quanto acrius intenditur actioni.* S. Ambr. Radicis infirmitas, eſt ipſamet propria voluntas: *In coide duplex eſt læpra* (ait Bernardus ſerm. 3. de Reſurr.) *propria voluntas, & proprium conſilium*: Læpra utraque nimis peſſima, eoque pernicioſior, quo magis interior, & ſerm. 3. de Aſcenſ. de huius lepræ curatione agens: *Duo ergo ſunt* (inquit) *quæ nobis purganda ſunt, intellectus, & affectus, intellectus, ut noverit, & affectus ut velit.* S. Bernar.

2 Sunt aliqui Religioſi hiſce in duabus lepris valde infecti, & quod magis eſt, qui obſervantes reputantur, & credunt ſe zelo Religionis duci, qui Prælatos, quos defectuoſos vident, damnant, credentes ea quæ præcipiunt, non ſana intentione præcipere, temere iudicantes, quod non vident: & ſic male affecti, nec in pretio habent quod præcipitur, & ſi quod præcipiuntur adimplent, non ex interiori reverentia, ſed quadam hypocriſi, aut quia aliter facere non poſſunt: adimplent ſine fructu, & meritò. Circa quod optime Bernar. ſerm. 3. in Circunciſ. Domini: *Sed iam tibi in ipſa obedientiæ via* (inquit) *aliqua fortaſis dura, & aſpera occurrere poſſunt, ut accipias interdũ præ-* S. Bernar.

præcepta nonnulla, quæ licet ſalubria ſint, minus tamen ſuavia videntur. Hæc ſi moleſte cœperis ſuſtinere, ſi diiudicare Prælatū, ſi murmurare in corde, etiam ſi exterius impleas, quod iubetur, nō eſt hæc virtus obedientiæ, ſed velamentum malitiæ. Si non eſt virtus obedientiæ ergo vitium, & abuſus illius: ergo, & opera infructuoſa, & apparens tantum obedientia. Inimicus homo ſuper ſeminavit Zizania in agro voluntatis, in qua ſeminatum eſt votum ſanctæ obedientię: *Enimverô Spiritus ille*

Tauler. *malignus* (ait Ioann. Taulerius, cap 17. cęcit. 10.) *certo certius ſciens arborem in radicibus vitiatam, ſeu humore deſtitutam non poſſe non carere fructibus, atq; perire, totis in hoc incumbit viribus, ut bonorum hominum corda (quos in manifeſta vitia pellicere non valet) veneno amaritudinis, averſionis, inſtabilitatis, & ſuperbiæ, veluti in radice inficiat, quo fructus omnes, qui inde oriri poterant, ſemel perdat.* Ne ergo Religioſus, qui exemplū alijs eſſe debet tali contagio affectus, ſe & alios perdat, ſentiat bene de Prælato ſuo, humiliet cor ſuum, purget intellectū, inflammet voluntatem amore ſui Prælati, adhæreat mandatis, ſit in promiſſæ obedientiæ ſolutione fidelis, nec ſibi appropriet propriam voluntatem, & conſilium, quia iure ad Prælatum, non ad ſe pertinent. Mortuus eſt per ab negationem voluntatis, non eat quo voluerit, ſed ut mortuus feratur, ſine quærimonia, ac reſiſtentia, & ſanctis adiuvetur documentis.

3 In primis enim verus obediens intus reformabit abuſum obedientiæ ſi didicerit humiliari, dicente Domino abnegantibus ſe, & ſequentibus ipſum: *Diſcite â me, quia mitis ſum, &*

Mat. 11. D. 29. *humilis corde*, Mat. 11. D. 29. Vnde uno verbo dignam de hoc

S. Auguſ. protulit ſententiam Auguſtinus libr. 4 de Civitate Dei, cap. 13. *Obedientia* (inquit) *non poteſt eſſe niſi humilium.* Humilitas ergo docebit te, ſi indignum habueris Prælatum, tua peccata illum meruiſſe, & ſic iacula vertas in illa, non in illum, ſed

S. Gregor ipſi te humilia, quandiu tolleratur in officio. Audiamus elegantem Gregorij Magni de hoc ſententiam lib. 25. Moraliū, cap. 14. *Nullus, qui talem Rectorem patitur* [inquit] *eum, quem pati-*

patitur accuſet: quia nimirum ſui ſuit meriti perverſi Rectoris ſubiacere ditioni: culpam ergo proprij magis accuſet operis, quam iniuſtitiam gubernantis: ſcriptum namque eſt (Oſee 13.) Dabo tibi Reges in furore meo: *Si igitur iraſcente Deo ſecundum noſtra merita Rectores accipimus, in illorum actione colligimus, quid ex noſtræ æſtimatione penſemus.* Et ſic ex huiuſmodi humiliatione fortè Deum placabimus, & Prælatum lucrabimus bonum: id ipſe S. Gregorius libr. 1. indict. 9. *Certiſsimum tenete: quia placentem Deo Paſtorem habebitis, ſi vos in veſtris actionibus Deo placetis.* Hunc non reperi locum. Ergo iuſtè pro peccatis malum Prælatum patientes, peccata emendemus, & bonum Prælatum habebimus. *Oſea* 13. C. 11. *S. Gregor*

4 Ex humilitate etiam proveniet, ſi de Prælato ipſo non ita tibi ſit fides, rationes quærere in ijs quæ ab illo præcipiuntur, ut inſipientiam tuam confitearis, non aliud ad obediendum argumentum requirens, quam voluntatem Superioris, proprio relicto ſenſu, quæ eſt magna Obedientia: *Tūc eſt Obedientia magna* (ait S. Thom. c. 2. Epiſtolæ ad Philip. lect. 2. in fine] *quando ſequitur imperium alterius contra motum proprium.* Fides tunc maximè laudatur, cum nullum ad credendum argumentum adeſt, ut conſtat Numerorum 20. *Loquimini ad petram.* Sic etiam Spes in deſperatiſsimis rebus præcipuè commendatur, qualis Suſanę fuit. Sic etiam illa obedientia laudem maximam promeretur, in qua nulla alia Obediendi ratio, quam ſola impe antis voluntas eſt. Hæc eſt ſumma ſapientia mobilem voluntatem inſipienter immobilem reddere per adhæſionem divinæ, per imperium Prælati manifeſtatæ. Hoc eſt quod Paulus monet 1. Cor. 3. D. 18. *Si quis videtur inter vos ſapiens eſſe in hoc ſæculo, ſtultus fiat, ut ſit ſapiens.* Quantumcunque in Theologia ſis Magiſter: quantumcunque in gubernando expertus ſis: quantocunque mores docendi Magiſterio polleas, quando videris Prelatum indoctum, inexpertum, & tuo videri, qui primas Spiritus litteras non didicit, te inſipientem fac illi primas dando, illi obediendo, illius voluntatem pro *S. Thom.* *Num.* 20. *B.* 8. 1. *Cor.* 3. D. 18.

regula habendo, quia non eſt ipſe iam, qui præerat, ſed dum præeſt, Dei miniſter factus: & tanquam divinum oraculum illum audito, & accipito.

5 Sed ne erroris cauſa ſit noſtra admonitio, ſcito in quo ſapiens, in quo ſtultus efficiendus ſis, vt voluntatem tuam voluntati divinæ ſubijcias. Audiamus B. Bernardum ſer. *Quomodo voluntas noſtra debet ſubijci divinæ? At vero* (inquit) *ſubiectionem iſtam triplicem eſſe neceſſe eſt, ut quod certum eſt Deum velle, id nos velimus omnino: & quod certum eſt eum nolle, ſimiliter execremur, & nos: quod autem incertum eſt: utrum velit, aut nolit? neque velimus ex toto, neque penitus non velimus. Hic certè Fratres, in hoc medio totum periculum eſt Religioſorum: dum infeliciter blandimur nobis, & palpantes deducimus nos metipſos.* Sunt aliqui ita tenaciter adhærentes ſuo ſenſui in huiuſmodi dubijs, ut pro certo illa habentes, ſi contingat contrarium ſui ſenſui Prælatum præcipere, mox turbantur, mox ſcandalizantur: rationes quærunt ſe â præcepto eximendi, totamque communitatem conturbant. Neutri parti dubij adhæreat voluntas, ſed parati ſimus quando uni aſſentimur, oppoſitæ etiam aſſentiri, ſi illa Deo magis placuerit, & ſic Dei voluntatem ad impleamus. Si Prælatus ad oppoſitam ſententiam inclinat, iam pro certo habeamus hanc eſſe Dei voluntatem, ſi de ea inhibeat præceptum. *Nemo ſibi in dubijs* [ait idem Sanctus ubi ſuprá] *iudicium vendicet, præcipitet ve ſententiam: & experiemur, quod ſcriptum eſt.* Pax multa diligentibus legem tuam Domine: & non eſt illis ſcandalum: *Vnde enim ſunt ſcandala? Vnde turbatio? Niſi quod propriam ſequimur voluntatem? Et temere quod volumus in corde noſtro definientes, ſi quomodo id proliberi contingat, aut impediri, continuo etiam in impatientiam, in murmurationem, & ſcandalum promiſimus.*

S. Bernar

Pſal. 118. X. 165.

Mat. 18. A. 3.

6 Humiliari ergo oportet nos, & inſipientes fieri propria deposita ſententia: nam dixit Dominus: *Niſi efficiamini ſicut parvuli, non intrabitis in Regnum cælorum*, Mat. 18. A. 3, Hoc eſt

est quod suprà dicebamus ex Regula nostra part. 3. tract. 12. art. 17 & hoc nos docet Bernardus: *In his quæ suæ animæ, & huic sacræ Regulæ, non sunt contraria, suis Superioribus humiliter obediant.* Sapientes simus ad cognoscendum, ne quod aperte malum est (si præcipiat Prælatus) faciamus: neque id quod aperte bonum est, & á Deo præceptum (si Prælatus prohibeat) omittamus quia oportet obedire magis Deo quam hominibus: at, quæ dubia sunt, ne nimis sapientes ea diffiniamus, sed sicut parvuli, Prælati, Patris, & Magistri sententiam pacifice sequamur. *Nec.*

7 Pro coronide huius conceptus audiamus Taulerium expertissimum Magistrum cæcit. 10. *Hoc non parum facit, ut non modo secundum externam sapientiam, sed iuxta occultum Dei iudicium simplici corde Superiores tuos, præcunctis tibi credas mundi hominibus utiliores, meliores, dignioresque, amesq; & honores, timeas, & defendas. Et quemadmodum innocentes pueri suos naturales parentes, quantumvis alioquin malos, meliores credunt, & ex natura tuentur: quod, & tu facias ex gratia: Et radicem eiusmodi æstimationis adducit his verbis. Non ergo putes Vicarij nomine, & ex persona sui absentis loqui ad te; sed ipse Dominus revera præsens per organum vivæ vocis Vicarij sui, per se ipsum loquitur tibi voluntatem suam, idque in omnibus, quæ non directè contra Deum militant, quæque fieri possunt absque peccato.* Ideo Lucæ 10. primis illis Prælatis dixit Dominus: *Qui vos audit, me audit*: quia ipse Dominus in Prælatis est, qui loquitur, & qui præcipit, aut prohibet: & ideo qui honorat Prælatum, Deum honorat, & qui illi cultum negat Deo ipsi negat. *Ioã Taul.* *Luc 10. v. 16.*

8 Ex quo sequitur, quod quamvis quod Prælatus præcipit sit oculis hominum inane, & stultum, illud adimplere erit valde fructuosum & vera sapientia. *Propterea* (ait Ioan. Gerson tom. 1. in Apologia ad Monachos Carth.) *censeri debet pro regula generali, illud esse melius, illud pulchrius illud honestius, quod est obedientiæ proximius: sit illa res, in qua obeditur vilis, abiecta, turpis, inutilis, vana, laboriosa, stulta quantum-* *Gerson.*

libet inhonesta, solo peccato excluso Et fructũ hunc extollit super omnia alia opera Tauler. ser. 1. Dom. 3. post Pent. *Quodlibet* (inquit) *etiam vilissimum, & minimum opus ex vera peractũ Obedientia, ratione ipsius Obedientiæ multo nobilius, Deoque longe acceptius est, ipsique homini vitæ æternæ magis meritorium, quã alia omnia quantumlibet etiam magna opera ex propria peracta voluntate. Vnde fieri posset, ut aliquis sub momento uno tam humiliter, pure propter Deum obediret, propriamque exiret, & abnegaret voluntatem, quod per hoc amplius, veriusq; in Deum sine medio duceretur, quam si toto decennio in proprijs conceptibus,* S. Augst. *ac institutis, magna cum devotione vixisset.* Et denique S. Augustinus quam fructuosum sit negare propriam voluntatem & obedire, dicit tract. de Obedientia, & humilitate: *Nihil sic* (inquit) *Deo placet, quemedmodum Obedientia. Hoc dico, quia in nobis summa, & sola est virtus Obedientiæ. Vna Obedientia plus valet quam omnes virtutes.*

9 Ideo Sacti Patres, ut in virtutibus suos solidarent, Obedientiæ experimentum quærebant, etiam in minimis, Nos. ut de Patre nostro Francisco dicebamus 3. part. tract. 12. articul. 6. numer. 8. Et alius Franciscus Seraphicus novitios iussit caules radice supina plantare, &c. Quorum altero simpliciter obediente, altero vero repugnante, quasi artis perito, dixit vir Dei: *Frater video, quod magnus es Magister, vade viam tuam: simplicem, & humilem Ordinem non decent similes Magistri, sed simplices, & fatui, sicut iste socius tuus. Hic nobiscum remanebit; te recipere non expedit: vade viam tuam.*

10 Ergo quisquis Religiosus sis, sapiens, observans, exemplaris, etiamsi Prælatus insipiens, & indoctus, etiamsi non ita perfectus, iusis eius obtempera, solo peccato excluso, nam etiam in minimis, & tuo videri inutilibus voluntas Dei explicatur exequenda, & ibi meritum Vitæ æternæ invenies. Depone proprium sensum, vocem Dei audi, ne perdas alia exercitia Religiosa, quæ sine Obedientia nihil sunt: S. Bonav. *Obedientia in hominibus, & in omni rationali creatura, omnis iustitiæ origo atque perfectio est.* Ait S. Bonaventura in Spe-

Speculo Discip. part. 2. & S. Augustinus in Psalm. 71. Hanc infelicitatem in vanum laborantium in Religione defectu obedientiæ deplorat Taulerius, cap. 11. instit. *O quam multi Religiosi infructuosi sunt Martyres, dum propria voluntate repleti in propria quæstione sibi ipsis duces sunt: parvamque, aut nullam suis magnis exercitijs beatitudinem merentur. Qui, si in obedienti resignatione illa persisterent perinsignes, nimirum Sancti, efficerentur.* S. *August.* *Tauler.*

ARTICVLVS II.

Exhibenda Prælatis, atque instauranda Obedientia in Fide, Spe, & Charitate: ubi, quam grave peccatum sit inobedientia, expenditur.

QVamvis Obedientia ad voluntatem pertineat bene affectam, secum tamen adducit quemdam Fidei actum, quatenus sine argumento propriæ rationis fit: ideo Abraham, qui sæculis omnibus positus fuit exemplum Obedientiæ, dicitur credentiũ Pater. Hinc Gregor. lib. 35. Moralium cap. 10. de Obedientia sermonem faciens dicit: *Illa inquam est, quæ Fidei meritum possidet, sine qua infidelis quisque convincitur, etiamsi fidelis videatur.* Qui Prælati obedientiæ repugnat infidelis dicitur, non tantum quia promissionem frangit, sed quia deest illi quodammodo Fides, & dicitur infidelis. Hinc S. Bernard. in serm. ad Milites Templarios, cap. 4. contra inobedientes dicit; *Peccatum est ariolandi repugnare, & quasi scellus idololatriæ nolle acquiescere.* Formidabilis & terribilis censura hæc est contra inobedientes, & repugnantes iusis Superiorum: peccatum ariolãdi, & quasi scellus idololatriæ! Eamdem censuram statuit, ac rationem reddidit S. Gregorius super cap 15. lib. 1. Regum: sine quorum authoritate non auderem illam proferre: *Qui autem repugnant Prælatorum imperijs ideo utique repugnant, quia diuinam voluntatem, se scire melius existimant. Quasi ergo peccatum ariolandi est re-* S. *Gregor* S. *Gregor* S. *Bernar* S. *Gregor*

pugnare, quia veluti contempto diuino Altari, ad aras dæmonum reſponſa percipiunt, dum cordis ſui præſtigioſis, ac ſuperbis adinventionibus credunt, & ſalubribus Prælatorum conſilijs, contraria ſentiendo refragantur. Nolle autem acquieſcere, Idololatriæ ſceleri ſimile dicitur: quia nimirum in inobedientiæ ſuæ obſtinatione nemo perſiſteret, ſi propoſiti ſui figmentum in corde, quaſi Idolum non geſtaret. Dum enim agenda in corde concipit, quaſi Idolum facit, & dum conceptum mentis propoſitum ſe acturũ deliberat, quaſi ad adorandum ſimulachrum ſe inclinat.

2 Non dicunt abſolutè inobedientiæ peccatum eſſe, aut impetrare ſcelus ariolandi, aut idololatriam, ſed ſimilitudinẽ & quaſi, quia inobediens, hoc ipſo, quod voluntati Superioris reſiſtit non intendit negare myſterium aliquod revelatum, quod mente diſſentire oporteret, ſed practicè tranſgreditur præceptum, in quo relucet divina voluntas, ad eum modum quo de guloſis dixit Paulus ad Philip. 3. *Quorum Deus venter eſt* quod explicat D. Tho. lect. 3. in 3. ad Phil. *& dicitur Deus, quia proprium Dei eſt, ut ſit principium primum, & finis ultimus Vnde qui pro fine habet aliquid, illud eſt Deus ſuus.* Omnia ergo quæ inobediens facit proprio dictamine in gratiam propriæ voluntatis facit, quam ſubſtituit loco divinæ cui omnia conferre debebat, & ſic quamvis mente credat illam ita eſſe dignam, opere negat, & ſic dici poteſt, quaſi ſerviens Deo à ſe confecto, cui offert ſacrificium propriarum actionum.

Ad. Phil. 3. D. 19 S. Thom.

3 Spem vitæ æternæ perfecta habet obedientia puritate mentis ſervata, ſecluſis tenebris propriæ voluntatis, & imitatione Chriſti procurata. De quo optime Petrus 1. Epiſc. cap. 1 num 13. *Propter quod ſuccincti lumbos mentis veſtræ ſobrij perfecte ſperate in eam, quæ offertur vobis gratiam, in revelationem Ieſu Chriſti: quaſi filij obedientiæ, non configurati prioribus ignorantiæ veſtræ deſiderijs, ſed ſecundum eum, qui vocavit vos, Sanctum.* Succincti, & expediti debent eſſe Religioſi obedientes, non irretiti aliquo impedimento mẽtis, & corporis: *Requirit S. Petrus* [ait Cornel. à Lapide] *à Fidelibus, non qualem qualem, ſed perfectam ſpem, eamq; innuit parari ſobrietate:*

1 Petr. 1. c. 13. Cornel. à Lapide.

ab-

abstineutia enim â voluptatibus carnalibus facit nos sperare cælestes, ad easq; capiendas, & prælibandas mêtem habilem acrem, & alacrem facit. Exercitia sunt quæ Religiosum comitari oportet (in quo non immorandum) & dicit succingi lumbos mentis quia expediti debemus esse Religiosi ab illicitis cogitationibus. *Lumbos carnis* (inquit Gregor. 32: Moral. cap 2.) *succingere, est luxuriam ab effectu refrenare: lumbos vero mentis succingere est hanc etiam à cogitatione restringere.* Talem spem nutrit Obedientia, non ut cunq; sed Religiosa, ideo dixit quasi filij Obedientiæ, non timore servili, sed filiali parentes Prælato, qui quando emissimus professionem dixit: *Si hæc observaberis, vitam æternã tibi promitto; & ideo filij Obedientiæ. Quasi devoti* (idem Cornel.) *& consecrati Obedientiæ, quomodo Religiosi vocantur filij Obedientiæ, quia ei se devoverũt eiusque votum Deo nuncuparunt.* Sic deformabitur in Religioso imago desideriorum propriæ voluntatis, & transformabitur in imaginẽ Christi. Configurati, ideſt, conformati qui enim sequitur cupiditates eis se conformat, & configurat. Vides ebriũm? Vides formam, mores, & gestus ebrietatis? Vides gulosum? Vides figuram, hiatum, & voracitatem gulæ, & veneris? Et sic desingulis. Ex adverso qui se configurant, & conformant Christo, eiusq; virtutibus, eius formam, figuram, mores, & actus induunt, & hoc fiet si perfectam cum vera Spe habuerimus Obedientiam.

S. Gregor.

Cornel.

4 Debet etiam reverentia Prælatis exhibita procedere ab amore interno, sicut enim Prælatus amare debet suos subditos, ad imitationem veri Prælati Christi, qui dixit: *Sicut dilexit me Pater, & ego dilexi vos*, Ioan. 15. & sicut Apostolus insignum amoris suorum 2. Cor. 11. *Quis infirmatur & ego non infirmor? Quis scandalizatur, & ego nõ uror?* Super quo D. Tho. *Quis infirmatur, scilicet in Fide, & bono, & ego nõ infirmor in corde dolens de eo? Quis scandalizatur malo pœnæ, id est. Quis patitur tribulationes, & ego non uror igne compassionis?* Hoc enim proprium est Prælatorum qui erga subditos soliciti sunt, ut prosint, & sic Bernardus serm. 22. in Cant. Prælatis alloquẽs ait:

Ioan. 15. *B.* 9. 2. *Cor.* 11. *G.* 29. *S. Thom.*

ait: *matres fovendo, & patres vos in corripiendo exhibeatis.* Ad convertentiam ergo ſit amor ſubditorum erga Prælatos. Si enim illos æſtimant, ut debent, loco Dei amare illos conſequens eſt. Et ex amore, ſi infirmos, & deffectuoſos viderint infirmari, & ipſi debent ſe etiam deffectuoſos, & peccatores cognoſcere, ut articulo ſuperiore dicebamus. Si illos afflictos, tribulationibus, ac laboribus miniſterij viderint, debent compati, & condolere charitative.

2. *Thſſ.* 5. C. 12. 5 Eleganter idem Apoſtolus 1. Ad Theſſalon. 5. C. 12. de hac obligatione ſubditorum erga Prælatos monet: *Rogamus vos Fratres* (ait) *ut noveritis eos, qui laborant inter vos, & præſunt vobis in Domino, & monent vos: ut habeatis illos abundãtius in Charitate, propter opus illorum. Pacem habete cum eis.* Præſunt Prælati dignitate, prodeſſe etiam debent labore ſuo ſicut idem dixit Apoſtol. 1. Cor. 15. B. *Plus omnibus laboravi.* Hoc neceſſum eſt conſiderare de Prælato ſubditum, quia illo dormiente Prælatus vigilat, illo non cogitante Superior quærit neceſſariam ſuſtentationem, illo cadente laborat Superior ut erigat, & pro illo ponit animam ſuam: Hinc Bonav. *Quoties Prælatus* (ait lib. 1. Pharet. cap. 11.) *pro uno ex minimis Dei ſpirituale ſtudium intermittit, toties pro eo animam ſuam ponit.* Hoc debet bonus conſiderare ſubditus, ut condoleat, & obediat ex charitate abundantius: *Id eſt* (ait Hugo Cardin.) *ut ex charitate illos honoretis reverendo, Obediendo, neceſſaria eis miniſtrando.* Quod quidem tumidi, & inobedientes non faciunt; quin potius non habentes pacem cum Prælatis totam perturbant communitatem, ſemper murmurantes inquietudines affectantes, quos Prælati ipſi corrigere debent, ut & Paulus ſubdit Prælatis dicens: *Rogamus autem Fratres: corripite inquietos.*

1. *Cor.* 15. B. 10.

S. Bonav.

Hugo Card.

2. *Thſſ* 5 C. 14.

AR-

ARTICVLVS III.

Murmurantes contra Prælatos reprehenduntur, utpote lædentes obedientiam, & amorem illis debitum.

1 NOtat ipſe Hugo Card. quod dixit: *Noveritis* quia: *Non ſolum Deum debemus noſcere, & conſiderare præeminentiam Prælatorum, ſed pericula, & labores contra, quoſdam murmuratores, qui ſemper conſiderant præeminentiam ad indignandum; non affectionem ad condolendum.* Si ea æſtimatione, quã abundantia charitatis ſuggerit ſubditi conſiderarent dignitatem, & altitudinem Prælatorum, & ſolicitudinem eorũ, non prorumperent in murmurationes, quibus, & ipſos Prælatos indignant, & communitatem perturbant, unde oriuntur bella, & ſeditiones. & materiam hãc tractare oporteret, quia peſtis eſt Religioſorum. Sed brevitate qua potuero hæc duo capita murmurationis perſtringam, ut remedia adhiberi poſſint, & eam, quæ offendit ipſam Prælati dignitatem, & alteram, quæ conqueritur de illius ſolicitudine, qua ſubveniunt Prælati ſuis ſubditis. *Hugo Card. in.*

2 Circa primum murmurationis genus ſunt ita formales, & curioſi qui leges, & ſtatuta Religionis ſcrutantur, & explicant, mordentes mentem legislatorum, aut effugia formantes quibus ſiniſtre interpretatæ non obſervenţur in ſua puritate: & ſimplices talibus ducti interpretationibus, aut leges non æſtiment, aut non obſervent, ut decet. Et ipſis Prælatis formidinem inducant tanquam legum periti, ut inde nec punire illos audeant, nec contradicere, nam ex ipſis legibus arma ſumunt, ut Prælatis reſiſtant, & ſic Obedientia debita nunquam illis exhibitur. De his audiamus Bernar. lib. de Præcepto, & diſpenſatione circa medium: *Imperfecti cordis* (inquit) *& infirmæ prorſus voluntatis inditium eſt, ſtatuta Superiores ſtudioſius diſcutere, hærere ad ſingula quæ iniunguntur, exigere de quibus q; rationem, & male ſuſpicari de omni præcepto, cuius* *S. Bernar*

cuius causa latuerit (Et paulo post *culpa hæc non est datæ legis, aut dantis legem, sed improvide profitentis, & impie prævaricantis. Mandatum quidem Sanctum est, & iustum, sed tu naris esse carnalem venũdatũ sub peccato.* Cõtra hos est illud, quod hic ar. 1. dicebamus de intelligentia eorum quę præcipiuntur indifferentia, quorum vera intelligentia apud Prælatos, nõ apud subditos est.

Nos.

S. Basil. Magnus Basilius præmittens, quod Superioribus etiam infidelibus parendum sit: *Qualis obedientia ei debetur* (ait in Const. Monast. c. 23.] *qui á Deo ipso constitutus sit Præses, & à legibus divinis potestatem accepit? Non licet de hoc dubitare, cum ipsius Salvatoris authoritatem habeamus ita dicentis: Qui vos audit, me audit, & qui vos spernit, me spernit.*

3 Quãvis eiusmodi Religiosi scioli, sibi sapientes sint ita legis periti *puros legistas, purus pleitistas* dispendiũ pacis, & charitatis facientes, Prælati Zelo armati iustitiæ non formident: ait enim Aug. ser. 14 ad Fratres: *Iustitia dicitur gladius ex utraque parte acutus: quia hominis defendit corpus, ab exterioribus iniurijs, & animã ab spiritualibus molestijs. Hæc enim est pugio, quo Phinees transfixit coeuntem cum Madianitide Iudæum, & cessavit quassatio. Hic est lapis, quo David percussit Philistæum, & à servitute Israel liberavit.* Iuniat ergo Prælatus eiusmodi inquietos, murmurantes, & iuxta suum sensum leges interpretantes, sic melius conciliabitur pax, nam iustitia, semper iusta erit, & unde minabantur litium certamina, superveniente suplicio, invenietur pax: sic idem Augustt in Ps. 148. in lapide illo percutiente caput Philistæi minas, & terrores, ac certamen incutiente vnionem, & pacem figuratam affirmat.

S. Basil.

S. Augustt

4 Sunt, & alij murmurantes, offendentesque dignitatem Prælati, ut non modo trangressiones, quas ipsi Prelati faciunt sed minimos defectus damnant, & ita sunt stricti iuris, quod definiant esse crimina, & reverentiam mentientes inhonorant suos Superiores. De his ait S. Chrisostomus homil. 3. in Acta Apost. *Sive irascatur* (Prælatus) *si vel rideat, si vel somnum*

S. Chrysst.

ſomnum relaxationis concupierit: multi ſunt, qui ſcommatis inceſſant, multi, qui offendantur, multi, qui leges præſcribant, multi, qui priorum memoriam refricent, ut præſentem deijciant, idq; faciunt, non ut illos laudent, ſed ut hunc mordeant. Si charitatem haberent, excuſarent Prælatos: ſic, fortè ad exhalandam internam affli&tionem, moderatam interius conſolationem quærũt, quia homines ſũt; ſed ipſi charitate & amore orbati irreverentiam ſub palio fi&tæ laudis irrogant. Circa quod optime Aphoriſm. Supra. c. 12. num. 9 *Tu tolleras unum* (inquit) *& Superior te, & multos alios. Habe* (inquit S. Bonav. de Inſtitut. Novit. cap. 3.) *ſemper pacem cum Prælatis non eis detrahas, nec libenter audias eis detrahentes, quia Deus ſpecialiter hoc vitium odit in ſubditis, & in præſenti, ut in Cham, Gen. 9. patet, qui verenda patris ſui nudata fratribus, nuntiavit, & ſibi maledictionem in hoc irremediabilem acquiſivit. Non ponderes exceſſus eorũ, ſed ignoſce eis quaſi hominibus, quia in multis curis non poteſt aliquando negligentia vitari. Et ſæpe quod in eis reprehendimus, ex noſtro vitio magis eſt quam ex eorum culpa.*

Ioannes Niño. S. Bonav.

5 De 2. capite murmurandi ſubditos contra Prælatos, quorum intereſt eis de neceſſaria ſuſtentatione providere, quãvis ſubditi ius habeant expetẽdi ab illis victũ, & veſtitũ, quia bona communia ſunt omnium Religioſorum, & Prælatus non Dominus ſed diſpenſator, ut ſupradicebamus, tract. 6. art. 3. & ut P. Laurent. de Peirinis, tom. 2. de Privil. noſtri Ordin. Minim. Conſt. 6 Pauli V. n. 6. definit: *Et ſi roges* [inquit) *an Religioſi poſſint agere contra Superiorem, ut det illis vinum, & bonam pictantiam, ſicut alij Superiores præcedentes? Dico, quod ſic.* Ita Barth de Capua ſing. 35. qui probat ex lege, ſed, & ſi hereditas verſ. proinde, ff. Ad exhibendum, & conſuetudines decem, vel viginti annorum ſi cõtra ius non ſunt, vim legis, & conſuetudinis obtinent, c. Conſuetudo, iuncta Gloſſ. diſt. 12. *Nec poteſt eas Prælatus mutare.*

Nos Peirinus.

Barth. & Capua.

6 Quamvis hæc ita ſint ſolent aliqui parum mortificati, charitateque orbati cõmunitatis animos perturbare crebris murmurationibus de Prælatis. Hunc abuſum Sancti reprehen-

S. Baſil. hendunt acriter: ſic Baſilius in Regulis Brevioribus interrogatione 133. *Si vero etiam ob cibũ murmuraverit? Prorſus* (reſpondet) *qui hoc facit, is eorum, qui in deſerto murmuraverunt*
1. Cor. 10 *iudicio obnoxius eſt. Scriptum eſt enim apud Apoſtolum: Nec mur-*
B. 10. *muraveritis, ſicut quidam eorum murmuraverunt, & perierunt ab exterminatore.* Oportet ergo huic langori mederi per conſiderationem vitæ noſtræ Evangeliæ paupertatis, & quod ſimus memores doctrinæ Apoſtolorum: *In Primitiva quippe*
Hugo Victor. *Eccleſia* (ait Hugo de S. Victor. in Regul. D. Aug. cap. 1. de
S. Auguſt. indigentibus corpore, nõ animo) *tanta erat gratiæ ſpiritualis abundantia, ut non ſolùm modico contenti eſſent, ſed hoc ipſo, quod nihil habebant pro ſummis delicijs deputarent.* Magna ſapientia Religioſo erit gaudere de exercitio profeſſæ Paupertatis pro Chriſto, non attendendo ad cauſas ſecundas, quia Pater cœleſtis ſcit his nos opus habere, & ſi vellet, provideret: *Ego*
Ad Phil. *enim didici* (dicebat Paulus Ad Philip. 4.) *in quibus ſum ſuffi-*
4. c. 12. *ciens eſſe. Scio, & humiliari, ſcio, & abundare. Vbique, & in omnibus inſtitutus, & ſatiari, & eſurire, & abundare, & penuriam pati: omnia poſſum in eo, qui me confortat.* Cõtra hos, qui non cõpatiuntur de Prælatorũ labore, ſed murmurãtes turbant Fra-
1. Corin. tres dicebat Paulus ſuprà: *Corripite inquietos* 1. Cor. 15. Hi
15. c. 14. corrigendi, hi plectendi.

7 Si autem Prælati excuſari non poſſunt ab omiſsione, monendi ſunt reverenter, & charitative. Et hoc non á quolibet, ſed aquibus ſecundum Conſtitutiones mandatum eſt: ſic apud nos tres Correctoris Socij, qui Seniores nuncupantur, monent Prælatum, ut emendetur, & ſi opus fuerit ipſum locale capitulum requirit, ut emendetur, aliás iure ſuo poſſunt uti ſubditi coram Superiore, ne famelici Religioſi vitæ quadrageſimalis obſervatores aſtringãtur vera vel ocaſionata neceſſitate, cibos, quos apud devotos, aut ſæcularium domos, carnium, vel lacticiniorũ, quos ad manus habent, quærere, & votum Deo emiſſum transgredi. [Quod Deus avertat] & Prelati Superiores, ne ſint deſides in corrigendo Correctores ſui officij immemores, qui ſe paſcunt, & alios eſurire faciunt, &c.

AR-

ARTICVLVS IIII.

Subditi, qui ſuos Superiores impediunt gubernare reprehenduntur: & duodecim Regulæ ponuntur, quibus bonus ſubditus gratiam Prælatorum acquirat, & pacifice vivat.

1 SVnt, & alij ſubditorum abuſus contra obedientiã Prælatis debitam, quam lædunt intromittendo ſe in regimine, quaſi ad eos ſpectaret gubernare: vel Superiores nõ definunt ſuum exercere munus: quod quidem peccatum eſt contra fidelitatem contractus initi in profeſſione: *Elegi abiectus eſſe* per obedientiam debitam ſuperiori, ex quo Prælatus; & non ſubditus, debet gubernare. De hoc optime idẽ D. Petrus ubi ſuprá ar. 2. num. 3. monet c. 1. Epiſtol. 1. *Animas veſtras* (inquit) *caſtificantes in Obedientia Charitatis, in fraternitatis amore, ſimplici ex corde invicem diligite attentius*, num. 22. Senſus huius verſus, ait Cornel. à Lapide pendet ex verſ. 13. ſuprà â nobis explicato: *Propter quod ſuccincti lumbos, &c.* De obedientia Religioſa cum Spe vitæ æternæ, & ſic nunc caſtificare iubet animas noſtras, ſeu purificare in obedientia Charitatis, quam diximus debere habere perfectũ Obedientem, erga Prælatum, & nunc idem docet Petrus. De amore verò fraterno. *Caſtificantes* explicat Cornel. ex Græco ex Agno: *A Chriſto Agno immaculato progeniti, eſtote agni immaculati, & agnizate:* quod maximè pertinet ad ſubditos, dicente Domino, Petro, Ioan. 22. *Paſce agnos meos.* Religioſi ſubditi debent eſſe agni puri, & immaculati filij Agni Chriſti.

Nos.
1. *Petr.* 1. D. 22.
Cornel. á Lapide.
1. *Petr.* 1. C. 13.
Græca.
Ioà. 21. *c.* 17.

2 Hugo Victorinus magis ad rem explicat: *Caſtificantes animas veſtras uni Sponſo, ſcilicet, ſervantes fidem.* 2. Cor. 11. A. *Deſponsi enim vos uni viro, Virginem caſtam exhibere Chriſto.* Ex contractu profeſſionis Religioſæ tenemur ſervare fidem uni Sponſo Chriſto in Prælato ſeu Superiore: & ideo qui obedien-

2 *Cor.* 11 *a.* 2.

dientiam non præſtat, frangit fidem veluti adulterando, non reddendo debitam obedientiam ſuo viro, ſed dictamini im-
Vatablus puro, & indebito Rectori: *Animas veſtras purificaſtis* (Vatablus) *obediendo veritati*, & Syrus: *Cum ſanctificaveritis animas veſtras per obedientiam veritatis, & fueritis pleni charitate*. Qui non adimplet promiſſam obedientiam Prælato adulteram habet voluntatem, viro non ſuo præſtando obedien-
S. Bernar tiam. Sola eſt Charitas (ait Bernardus ſerm. de S. Andrea) *quæ obedientiam gratam facit: & acceptabilem Deo commendat.* Et hæc charitas eſt fraternitatis, nã & Fratres debemus velle obedire Superiori, ſicut & nos ipſi debemus: & ſic dicit Apoſtolus Petrus: *Simplici ex corde invicem diligite attentius,*
Græca. ex Græco ſimplici ex corde *non ficto*, non fucato, ſed ſimplici, & ſincero amore, ac conſequenter ex corde, imò, & toto ac
Cornel. à Lap. puro: *Simplici ergo amore* (concludit Cornel.) *diligit primo is, qui diligit ſine hypocriſi, non ficte, ſed vere, & ex corde: ſimplex enim dicitur, quod caret compoſitione, partitione, & mixtione.*

3 Sunt quidam Religioſi, qui dum vident Superiores aliquos corrigere, ſpecie quadam pietatis, compatientes ſe dicunt: & Fratres ipſos punitos conſolantur, rigorem Prælatorum damnantes, iudicantes iudices ſuos, uſurpantesque authoritatem: ſic dividunt inter Prælatum, & ſubditos amorem, ex quo Prælati quandoque deficiunt, nec audent ultra corrigere peccata: correcta manent ſanctificata, & ſubditi rebelles, & irreverentes ſuis Superioribus. Contra quos cenſores
S. Bonav. ſuorum Prælatorum inſurgit S. Bonav. de Inſtitut. Novitiorum cap. 3. *Quod ad nos non pertinet* (inquit) *nobis non uſurpemus, nec reprehendamus ea, quæ, quo animo fiant, neſcimus. Honora eos in corde tuo, non ſpernas: ne forte, & Deum ſpernas, cuius vicem gerunt. Ordinationes, & conſtitutiones eorum ne faſtidias, quia non ſine cauſa faciunt, licet tu neſcias omnes cauſas.* Et Do-
Doroth. rotheus ſerm. 17. *Noli fieri actionum Superioris cenſor, & indagator, ac nimium ſapiens expenſor, & iudex.*

4 Horum pietates veræ non ſunt, ſed ipſi hypocritæ quæ-

quærentes subditorum gratiam conciliare, facta damnantes Prælatorum, nec amorem fraternitatis simplici ex corde habent: *Arrogantes iræ motum deputant* [ait de his S. Gregorius lib. 26. Moral. cap. 34.) *quidquid à Sanctis geritur censura disciplinæ. Et quia humanæ laudis appetitu benigni student semper apparere, nullos censent districtione severitatis corrigendos. Unde, & á bonis Rectoribus opprimi æstimant, quos invitos cernunt à vitijs coerceri.* S. Gregor

5 Mala quæ exoriuntur ex huiusmodi falsa pietate illorũ qui excusant delinquentes, & accusant Prælatos corrigentes, nec illos iuvant, ad tria capita reducit Pater Alfonsus à Iesu 2. parte libri *Peligros, y reparos*. discursu 3. §. 8. Primum in ipsis Prælatis, qui ob detrectationes, & censuras subditorum grãdis authoritatis, & opinionis, timidi, & desides fiũt, ut aut non corrigant, aut tepide, & sine fructu corrigant, ne eis parent insidias ad amovendos ab officijs, & honoribus. *Nulla causa est* (ait Augustinus tom. 10. serm. 15. in Append. super illud Isaiæ: *Clama, ne cesses*) *quæ magis faciat dispensatorem Dei pigriorem ad arguendos contradicentes, quam timor verbi asperi. Dum enim timemus detractiones, irrisiones, & opprobria hominum superborum, dumque ab eis in terrena substantia metuimus prægravari, timentes perdere temporalia, minus quam oportet prædicamus æterna.* Sed boni Prælati, ut supradiximus fortes sint ad iniumpendas iniquitates, nec timere debent eos, qui occidunt corpus, &c. Alfonsus à Iesu M. S. Augustin.

6 Secundum malum est, quia puniti, & correcti videntes pro se patronos, odium concipiunt cõtra corrigẽtes Prælatos: imó iam credunt licere similia crimina, quæ corriguntur. Dignos iudicat huiusmodi patronos, & defesores Magnus Basilius suspendi molas asinarias in collis eorum: *Non enim increpationem ad emendationẽ* (ait in Regulis brevioribus interrog. 7.) *sed defensionem ad peccati confirmationem is, qui peccavit, sumit, & alios ad similia allicit.* Et confirmat ac aggravat horum pravitatem Chrisost. super c. 7. 2. ad Cor. hom. 14. introducẽdo ipsos Prælatos colloquentes illis qui correctio- S. Basilius S. Chrys.

tionem impediunt: *Si ego extruxero quidem, tu autem deſtruxeris quid aliud reportabimus quam labores? Imò non ſolum damnum inde tibi, ſed & magnam pœnam reportabis. Etenim qui prohibet curari vulnus, non minus puniri videtur quàm qui vulnerauit; imò multo magis. Non enim par eſt, plagam inferre, & impedire plagam curari. Nam hoc quidem omnino mortem affert, illud autem non omnino.*

7 Tertium malum inde ſecutum, non parvi momenti eſt. Etenim diffamati ſic Prælati, quod in eorum regimine huiuſmodi oriuntur turbationes: non advertentes iniuſtè paſſas, & quidem, perſecutiones propter iuſtitiam: quando illos beatos deberent iudicare, tanquam indignos, qui initientur *los arrincanan, y ſe olvidan de ponerlos en los eſcios*, quæ magna calamitas eſt, & occaſio dilapſus Religionis obſervantiæ, ut ex malis Prælatis vidimus ſuprá evenire.

8 Diſcant ergo Superiores Prælati, diſcant P P. Diffinitores, diſcant Electores diſcernere ſpiritus, & ſimplici ex corde attentius deligere, huiuſmodi inquietos, & detractores non audiendo; bonos & integerrimos Prælatos tutando: & ſubditi pacem cum Superioribus ſectentur adiuvando illos ad debitas correctiones; ſecus facientes hypocritę ſunt, & falſam habent pietatem. *Habentes quidem* (ait de his Paulus 2. ad Tim. 3.) *ſpeciem pietatis, virtutem autem eius abnegãtes.* Elegantiſsimè differit hoc Chryſoſt ubi ſuprà: *Oportet ferre increpationes Patrum* (inquit) & *ſuper peccantes dolendum cum Prælatis: non enim totum in illis ſitum eſt, ſed etiam in vobis.* Et infrà proſequitur: *Hæc autem â me vobis dicta ſunt, ut cũ Principibus iraſcamini illis, quibus iuſtè ſuccenſent, quando videritis aliquem increpari, omnes magis averſemini, quam Præceptor; magis vos terreat quam Principes, qui peccavit. Nam ſi Præceptorem quidem ſolum timuerit, facile peccabit. Si autem illos veſtros, tot oculos, tot ora obſervaverit, in maiori erit ſecuritate. Nam, quemadmodum ſi hæc non fecerimus extremmam dabimus pœnam, ita ſi hæc operemur ſocij erimus lucri in emendatione.*

2. *Ad Timot. 2. B. 5. S. Chryſoſt*

9 Caſtificate ergo animas veſtras in obedientia verę, & ſin-

finceræ charitatis, non fictæ, quam ſervare oportet maximé cum Prælatis: *Cada uno haga ſu oficio: el Prelado, mande, y caſtigue, y el ſubdito obedezca, y ſufra con humildad ſu correccion.* Ne uſurpet ſubditus munus Prælati, nec impediat ſuam gubernationem: *Pax domus* (ait Auguſt. lib. 19. de Civitate Dei) *ordinata imperandi, atque obediendi concordia cohabitantium.* Vnuſquiſque quod ſuum eſt faciat, & congregatio Religioſa ſumma gaudebit pace. *S. Auguſt*

Duodecim Regulæ bono à ſubdito ſervandæ, ut quiete vivat cum Prælatis.

10 Noſter Laurentius de Peirinis, tom. 1. de Subdito quæſt. 4. cap. ultim. §. unico, duodecim aureas generales Regulas conſulit: ex quarum obſervantia poſſit Religioſus, quiete deſiderans vivere in Religione, gratiam, & amicitiam ſui Prælati aucupari: quæ ex ſupra dictis facile deduci, & probari poſſunt, eaſque ipſe authoritate, & rationibus fulcit: ſed ne diffundamur amplius eas nude proponam, adiunctis quãdoq; ſelectis ſententijs. *Laurent. Peirinis.*

Prima Regula.

Honora, reverere, cole Prælatum. Abunde probata manet.

Secunda Regula.

Pare illis alacriter, & hilariter: & noli ad præcepta dedigna- *Seneca.*
ri, neque iraſci. Circa quod Seneca lib. 3. de Ira cap. 15. *Nullum eſt* (inquit) *tam arctum iugum, quod non minus lædat ducentem, quam repugnantem.*

Tertia Regula.

Cave, ne illis detrahas, neque cum quavis perſona, quantumvis intima murmures; & noli illorum actionum cenſor fieri. De nullo fidendum eſt, ut coram illo de Superiore murmures, quia nihil opertum, quod non reveletur: *In cogitatione tua* [ait Eccleſ. cap 10.] *Regi ne detrahas, & in ſecreto cubiculi tui, ne maledixeris diviti, quia, & aves cæli portabunt vocem tuam.* *Eccl. 10. D. 20.*

Quarta Regula.

Ad eorum præſentiam, ne loquaris abſque illorum licẽtia quia,

Eccl. 32 B. 13. Eccles. 32 ait *Loqui in medio Magnatorum, non præsumas. Et ubi sunt senes non multum loquaris.* Neque etiam iubente Prælato dicas, unde multum eruditus, multumque Religiosus possis putari: sit sermo simplex, potius rusticanus quam urbanus, sed non extra rem.

Quinta Regula.

In capitulis, semper illorum opinioni te conforma. Quod, si quid sit tibi contra illorum opinionem propter monasterij utilitatem, dicendum, modesta, & humili dubitatione condito, Sanctus Be-
Regul. S. Benedicto nedictus, cap. 3. suæ Regulæ id etiam docet: *Si autem* (inquit) *dent Fratres consilium cum omni humilitatis subiectione, ut non præsumant procaciter defendere, quod eis visum fuerit, sed magis in Abbatis pendeat arbitrio, & quod salubrius iudicauerit*
S. Bernar esse, *ei cuncti obediant.* Et S. Bernardus in formula honestę vitæ titulo eiusdem: *Nunquam pertinaciter* (inquit) *aliquid affirmes, & neges, sed sint tuæ affirmationes, & dubitationes sale conditæ.*

Sexta Regula.

De quacumque re tibi ab illis facta, etiam iniustè, siue reprehensio sit, sive castigatio, cave, ne conqueraris, sed patienter ferre
Seneca. *mento.* Circa quod Seneca 2. de Ira cap. 33 Superiorum iniuriæ hilari vultu, non patienter tantum, ferendæ sunt. Faciēt iterum, si se fecisse crediderint.

Septima Regula.

In casu discordiæ Prælati cum alijs Fratribus tu Prælato semper adhære, nam, & Frater, & Prælatus est. Neutralitatē sequi non erit utile, nam illico inte Prælati odium concitabis:
Seneca. contendere etiam cum Prælato stultitia magna est: *Cum pari* (ait Seneca lib. 2. de Ira, cap. 34.) *contendere anceps est, cum Superiore furiosum, cum inferiore sordidum.* Ergo Prælato adhæreas, intellige, si res non sit apertè contra Deum, tunc enim utere quinta Regula.

Octa-

Octava Regula.

Si habet adversum te aliquid Prælatus tuus, fac, ut cito eum placatum reddas, nec sinas morbum ingravescere. Nam eo periculosior, quo diuturnior. Antequam autem sit placatus cave tibi, ne in omnibus, & per omnia, quomodo, & cũ quibus loquaris. Hoc prudentia duce fit. Vnde Seneca 3 de Ira, cap. 7. *Vt ulcera ad levem tactum, deinde etiam ad suspitionem tactus condolescunt: ita affectus animus minimis offendit, adeo, ut quosdam salutatio, epistola, oratio, & interrogatio ad litem evocent: & nunquam sine querela ægri tangatur.* Seneca.

Nona Regula.

Fuge tanquam pestem disputationem cum Prælatis: & abhorre, te illis doctiorem videri. Nam Eccl. 6. *Penes Regem noli videri sapiens,* & Doroth. serm. 20 *Cave dogmatizare cum Prælatis, maximè in publico. Son armas desiguales pelear, uno â pie, otro â cavallo.* Eccles. 7. A. 5. S. Doroth.

Decima Regula.

Nimiã Prælatorum familiaritatem devita. Est enim laqueus quidam (Doroth. serm. 20.) *qui desides, & vecordes in perditionem, & interitum adducit.* Hæc familiaritas vix sine discordia consistit. Idem.

Vndecima Regula.

Hoc ad gratiam tui Prælati aucupandam tibi maximê proderit, si quando contingerit tibi facere aliquid laude dignum: vel ultimam manum non apposueris, sed illud terminatum Prælato reliqueris, vel si non poteris non terminare, terminasse visus fueris, ope, & auxilio Prælati. Atque ita totum id, quod laudem meretur, illi attribuas. Sic Ioab. 2. Reg. 12. victoriam oppugnatæ urbis tribui voluit Regi David. Actiones membrorum, & ministrorum, capiti, & Duci tribui debent. Itaque subditus sit sicut Luna, quæ omnis gloriæ suæ lumen Soli tribuit. 2 Reg 12.

Duodecima Regula.

Cave tamen, ne contra Regulam tuam, vel contra Deũ, ut Prælato

lato tuo morem geras quidquam præſtes. Nã charior tibi debet eſſe gratia Dei quã Prælati. Obedientia Prælatorũ ad id non
Eccleſ.4. D.33. obligat, & iuxta Eccl.c. 4. pro iuſtitia agonizare, & certare debet anima uſque ad mortem. Hæc de abuſibus Obedientię.

ARTICVLVS V.

Abuſus aliquot ſubditorum Religioſorum contra Paupertatem, & vitam Communem reprehenduntur, maximè in his, qui in ſæculo ſubſtantia carebant.

S. Ephr. 1 ÆQualitas *inter Monachos extirpat ſuperbiã* [ait S. Ephr. paræn. 1.] *& humilitatem ipſis familiarem reddit.* Et S.
S. Bonav. Bonav. in Alph. Spirit. l. 16. *Qui communia ſenctatur, & ſingularia vitat, magis diligenter, & citius ad bonum finem perveniet:* Et in Spec. diſc. p. 2. cap. 2. *Optima Religioſi pẽrfectio eſt, perfectè communia quæque conventualia ſervare.* In quo commendatur vita Communis. Sed tamen hanc vitam noſtram Religioſam Apoſtollcam Communem, & unam non tantum per obedientiam uni capiti exhibitam, ſed per communionẽ bonorũ, quæ nulli propria ſed cõmunia debẽt eſſe, officit abuſus quorũdam, qui exemptiones, & ſingularitates appetunt, quibus vera paupertas violatur: labores alijs relinquunt, & abſque vera neceſſitate eximuntur ab eis, & nimiæ victus, & veſtitus abundãtiæ vacant. Prælato cõpetit ea omnia quæ cõmunia ſunt diſtribuere ſubditis: *Nõ æqualiter omnibus deſtri-*
S. Auguſ. *buatur* [ait Aug. c. 1. Regul.] *quia non æqualiter valetis omnes, ſed potius unicuiq; prout cuique opus eſt.* Hæc eſt æquelitas proportionis ratione indigentiæ, ſicut, & in ipſo homine cor, & cerebrum influunt in omnia corporis membra ſecundũ indigentiam, & munera ab eis exercenda, ut unum hominem bene ordinatum efficiant: ſic in unitate morali congregationis Religioſę per diſpoſitionem Prælati debent ſecundum indigentiam diſtribui, & ut rectè fiat Baſilius in Regulis fuſius, diſ-

disputatis, interrog. 34. Superiores monet *Qui res* [inquit] *ad Fratrum usus necessarias distribuunt, diligenter illud circumspiciant, ut faciles se ad omnes, & clementes præbeant, ne suspitionem alicui commoveant maioris erga aliquos benevolentiæ, aut contra æmulationis, cõtentionisq; ut ob eam causam, & his, quibus infensiores sint necessarias res subtrahant: quorum alterum fraterni est odij alterum amoris vitiosi. Quibus ex rebus, illud nobis usu venit, ut mutua, & concors conspiratio, quæ ex Charitate nasci consuevit distrahatur, & in eius locum suspitiones prave, æmulationesq; atque obtrectationes clam arrepunt, & ad labores in operibus administrandis subeundos lentescentis animi incunctatio.* S. Basil.

2 Arbiter necessitatis subditorum non sunt ipsi, quia causa propria est, nec ipsorum necessitates videre possunt, sicut nec membra corporis à se reguntur, sed á capite: ergo Superior arbiter esse debet, & circunspicere non voluntatem carnis, sed necessitatem naturæ. Vnde Hugo Vict. in c. 1. Reg. S. Augustt. *In huiusmodi rebus* (inquit) *non debemus attendere voluntatem carnis, sed valetudinem naturæ. Plus enim appetit carnalis voluntas quam necessitas. Quamobrem in eo quod dicitur: quod unicuique quod opus est tribuatur: iste modus servandus est, quatenus sic nutriatur caro, ut serviat, & iterũ sic reprimatur, ut non superbiat.* Et idem Hugo de Claustro Animæ, l. 2. cap. 19. *Non negat Religio* (ait) *quod requirit necessitas naturæ; prohibet tamen, quod appetit superfluitas.* Hugo.

3 Si ergo sola necessitas naturę attendenda est ad maius subsidium, & laborum dispensationem, abusus erit exemptiones, & maiorem abundantiam quærere titulo antiquitatis in Religione, & maioris literaturæ, aut obtentorum honoris officiorum, & iugis laboris, quo nomen proprij instituti auctum, & æstimatum est. Huiusmodi exemptiones, & subsidiũ in præmium meritorum quærere, abusus est detestabilis: *Monachus qui in hac vita* (ait Basilius in Const. Monac. c. 25.) *laboribus, ac rectè factis suis esse præmium vult, misera profectò illius mercedis conditio est: qui pro æternarum rerum iactura ca-* S. Basil.

ducas paciscatur. Et infrà: *Expecta ò Monache* (prosequitur Basilius) *neque ad res vitæ huius cogitationē velis abijcere: athleta enim es, & operarius Christi, pactus est cum eo totam diem certaturum & diei totius æstum perlaturum. Quid igitur diei opere non dum completo requiem consectaris? vesperæ vitæ huius finem expecta, ut cum Pater familias venerit mercedē tibi denumeret.*

Dolere de aliorum præeminentijs, & existimare se digniorē illis, irreligiosum est: *Eiusmodi cogitationes* (ait S. Theresia Camino de Perfeicon, cap. 12.) *si venerint, necesum est sedulo obviare illis, & divertere: nā moram in eis trahere, & executionē mandare, pestis est, unde in Monasterijs magna eveniunt damna.* *S. Th res.*

4 Sunt aliqui ita timidi, & delicati amatores sui, qui selectos cibos quærunt & si illis non dentur, conquæruntur dicentes esse infirmæ valetudinis: & cōsequēter labores effugiūt Si choro serviant, debilitari caput credunt, quos cachinationes, & prolixæ cōfabulationes recreāt. *Qui aliquo cibi genere* (quærit Basil in Reg. Brev. interr. 132.) *lædisse dicat, & ægre ferat, nisi aliud detur, qui de hoc dici debet?* Resp. *Apparet hunc perfectam non habere charitatem illius, cui omnium atq; ipsius etiam cura commissa est: in universum autem de eo quod obsit profit ve, non est cur sibi ipsi quisq; debeat iudiciū arrogare, cum hoc ad iudicandum eius arbitrio relinquendum sit, cui datum negotium sit, ut singulorum necessitates animadvertat.* Supervacaneum est viro Religioso pœnitentię dicato vitam sine mala habituali valetudine pręparare, nec omnes debilitates curare possibile est. Magister Christus dixit Matth. 16 *Qui voluerit animam suam salvam facere, perdet eam.* Quod discutit Bernar. serm. 30 in Cant. *Quid hic vos dicitis* (interrogat) *observatores ciborum, morum negletores? Hippocrates & sequaces eius docent animas salvas facere in hoc mundo, Christus, & eius discipuli perdere. Quem nam è duobus sequi Magistrum eligitis?* Qui ergo multum de cōservanda salute curat adeo, ut labores, & exercitia sui instituti prætermittit, nec alijs se conformat discipulus est Galeni, non Christi: *Cōquæri semper de qualibet mala valetudine* (ait S. Ther. Camino de perfecion, c. 11.) *si sufferre* *S. Basilius* *Mat. 16. D. 25.* *S. Bernar* *S. Ther ef.*

re valetis, ne faciatis. Quando est gravis morbus, ipse se ostendit, &c. Et multa de hoc prosecuta virgo sancta: *Si non statuimus* (cõcludit) *semel absorbere mortem, & salutis deficientiã, nil proficiemus. Curate eam non timere, & totas vos Deo tradite, in quolibet eventu. Quid interest mori? Mihi credite, hæc determinatio magis proderit quam explicari potest.* De vobis ergo nulla sit cura in habitualibus ægritudinibus, & debilitatibus, vos, Deo & Superiori relinquite, dicente Salomone Prov. 24. *Si dixeris: Vires non suppetunt: qui inspector est cordis, ipse intelligit, & servatorem animæ tuæ nihil fallit: reddetque homini iuxta opera sua.* Ergo affectare Religiosũ eiusmodi curationes, & victus rationem, eximique à labore, victu, & vestitu communi inordinata res erit, & paupertatis destructio. *Prov. 24. 8. 12.*

5 Et quod magis est: qui eiusmodi via procedũt, ut in plurimũ sunt, qui in sęculo pauperes, & ignobiles erãt, & quãdo spiritus paupertatẽ sequi debuerãt, sicut divites, & magnates deliciose tractãtur. Hoc reprehẽdit S. Aug. c. 4. Reg. *Ne contingat* inquit) *detestãda perversitas, ut in monasterio ubi quãtũ possunt fiunt divites laborioſi, fiãt pauperes delicati.* Super quo Hug. Vict c. 4. Reg. Multi quãto Nobiles (inquit) & delicatiores fuerũt in sęculo, tãto postmodum abiectius, & districtius vivunt in Monasterio; & pleriq; quãto abiectiores, & pauperes fuerũt, tanto plus deinde in monasterio excellentiã, & delicationes quęrũt. Sed valde detestabile, & perversum est ibi pauperẽ delicias quærere, ubi dives pro amore Dei abstinẽdo nititur laborare: ille servit vẽtri, iste spiritui, ille per latã, *& spatiosam viã tendit ad pœnã, iste per arctã, & angustã viam tendit ad gloriã.* Et idem Hugo de XII. Abusibus. Detestanda perversitas in monasterio, ut, ubi fiunt divites, laborioſi sint pauperes delicati. Qui in sęculo pauperiores vixerãt in Claustro maiori abundantia vivant! qui ante conversionẽ lectulũ propriũ nunquã habebant, nunc si forte voluntas eorũ fuerit eundi alicubi, ornamenta lecti secũ portant. In claustro camisiis utuntur, qui foris raro lineis utebantur: in Religione equitant, qui ante conversionem ad habitũ pedites ire consueverant. *S. Augustin.* *Hug. Victorinus.*

6 Sunt ditiores Monachi quam fuerant fæculares (ait S. Hieronymus ad Heliod.) poſſident opes ſub Chriſto paupere, quas ſub locuplete diabolo non poterant invenire. Non tamẽ ideo putent ſe fœliciores, quia invenerunt victum, & tegumentum, quale foris invenire non poterant. Anteâ (idem ad Iovinianum (nudo pede, modò, non ſolum calceato, ſed, & ornato. Natus in paupere domo (idem Hier. ad Nepotianũ) & in tugurio ruſticano, qui vix milio, & pane cibario rugiẽtem ſatiare ventrem poteram, nunc ſimilam, & mella faſtidio. Et S. Bernardus hom. 4. ſup. Miſſus eſt, contra eos, qui foris fuerunt humiles, & in Religione inſoleſcunt, ſic loquitur:

S. Hier.

S. Bernar

Videas pleroſque (ait Bernard.) *in Eccleſia de ignobilibus nobiles, de pauperibus, divites factos, ſubdito intumeſcere, priſtinæ obliviſci abiectionis: genus quoque ſuum erubeſcere, & infimos dedignari parentes* (& infra:) *Quodque magis perverſum eſt. Plerique in domo Dei non patiuntur in contemptu haberi, qui in domo ſua non niſi contemptibiles eſſe poterant.* Qui foris rudiori victu contenti eſſent, ſunt, qui in Clauſtro ſi non fuerint ſaturati, murmurabunt. Legumina ventoſa ſunt, caſſeus ſtomachum gravat (ait Bernard. ſerm. 30. in Cant.) lac capiti nocet, potum aquę non ſuſtinet pectus: caules nutriunt melancholiam, choleram porri accendũt, piſces de ſtagno, ac luctuoſa aqua meæ penitus complexioni non congruunt. Puta te Monachum eſſe, non Medicum, & non de complexione iudicandum, ſed de profeſſione. Quale eſt hoc, ut in totis fluvijs, agris, hortis, cellarijs vè reperiri vix poſſit, quod comedas? Puta, te, quæſo, monachum eſſe, non Medicum, nec de complexione iudicandum, ſed de profeſſione. Parce, obſecro, primum quidem quieti tuæ, parce deinde labori miniſtrantium, parce gravamini domus, parce conſcientię. Conſcientiæ dico, non tuæ, ſed alterius, illius videlicet, qui prope ſedens, & edens quod ſibi apponitur, de tuo ſingulari ieiunio, murmurat. Scãdalum quippe eſt ei, aut tua odioſa ſuperſtitio, aut duritiam, quam forte putat illius, qui tibi habet providere. Scandalizatur in quam in tua ſingularitate Frater iudicans te ſuperſtitio-

tiosum, tanquam superflua quæritantem: aut certè me durũ causans, qui non perquiram victui tuo necessaria.

7 Prosequitur Bernardus reprehensionem illorum qui suæ obliti abstinentiæ, & frugalitatis, inuixi dicto Pauli 1. Tim. 5. D. *Vtere modico vino, propter stomachum, & frequentes tuas infirmitates* sibi nimis blandiuntur. Quærunt enim alii qui Religiosi propter infirmitates assiduas, vina semper habere pretiosa, imò, & diversa, ut vere dici possit cella, taberna propter abundantiam, & pharmacopolium, quia intuitu sanandi morbos habet. Et quia hac de causa cibaria alia congregantur maxima solicitudine in cella, ipsa cellaria dici etiam possit. Horum ergo Religiosorum vita scandalum est non modo suis, sed etiam sæcularibus, pauperẽ Monachum se gerentem sicut divitem, aut dignitate Episcopali insignitum. Contra hos ergo Bernardus dicit: *Non Monacho hoc intimari, sed Episcopo, cuius vita, teneræ adhuc, & nascenti Ecclesiæ per necessaria esset.* Vnius ergo, aut alterius Monachi vita non ita Ecclesiæ necessaria est, quando tot insignium virorum copiam habet quelibet Religio, & ideo tanta cura, & abundantia necessaria non est. *Da mihi, subiunxit, alterum Timothæum, & ego cibo eum, si vis, etiam auro, & poto balsamo. Id te saltem volo admonitum esse, ut si tibi ita authoritas Apostoli placet de bibendo vino modico, quod ille adiunxit non prætermittas.* Quod & de cibarijs, & alijs ornamentis etiam censendum est.

1. Tim. 5. D. 23.

S. Bernar.

8 Qui sic affectant superfluas delicias, & indumenta, orbati sunt humilitate, & charitate Religioso statui debitis: *Non debet Religiosus selecta indumenta* (ait S. Basil. tom. 2. de Vita Solitaria cap. 31.) *vel calceamenta requirere, sed eligere viliora, ut & hac in re humilitatem ostendamus, ne comptorum, philautorum, & fraternatate destitutorum opinionem reportemus. Qui namque potiora, affectat, á charitate, & humilitate alienus est.*

S. Basil.

9 Denique quia ad huiusmodi sumptus necessarium subsidium deest, moventur, & ipsi Religiosi devotis pondus imponere, & quæritare, cum dispendio quietis Religiosæ, imò

&

& conquæruntur charitatem in illis eſſe refrigeratam: quod, quamvis ex parte verum ſit, revera Deus, & mundus neceſſaria non denegant, ſi Religioſi ſola neceſſaria quærerent, aut expeterent: *Commertium eſt inter Mundum, & Fratres* (aiebat ſuis Religioſis Seraphicus Franciſcus, ut refert Thomas Calen. Cap. de perfecta Paupertate:) *Debent enim ipſi Mundo bonum exemplum, debet eis Mundus proviſionem neceſſitatum: Quando autem ipſi retraxerint bonum exemplum fide mentita. retrahet Mundus manum iuſta cenſura.* Quod experimento compertũ eſt in Religionibus reformatis, & obſervantibus, ipſę enim abundant, tanquam nihil habentes, & omnia poſſidentes, quia de communi ſine peculio vivunt; relaxatæ autem decreſcunt, & pereunt indies magis, ac magis.

Thomas Calen.

10 Pro coronide adijciam exemplum quod refert Ruſbrochius, tract. de Fid. & Iud. Tres guloſi Monachi [inquit) circa Rhenum in quodam degebant Cænobio, qui non contenti cibis communibus eſcas ſingulares ſibi miniſtrari volentes ſeorſum à Fratribus alijs ſemper edebant. Quorũ duo ſubitanea, ac improviſa abrepti ſunt morte, uno præfocato, altero, dum ſe lavaret, ſubmerſo in aquis. Vnus autem ex eis ſotio tertio, videlicet ſuperſtiti apparens ait: ſe damnatum eſſe. Interrogatus ab illo, ſi magna pateretur tormenta, extenſa manu, guttã unam ſudoris ſui in candelabrum ſtanneũ, vel æneum, quod ibi forte erat, cadere permiſit: quod momento celerius, perinde, ut ſevum, vel cera in ardenti fornace lique factum eſt. Tantuſque inde extitit fœtor illius loci, Monachi tribus diebus á cœnobio abeſſe cogerentur. Ille autem Frater, qui hæc vidit, relicto eo Monaſterio Franciſcanus effectus eſt.

Ruſbroc.

AR;

ARTICVLVS VI.

Debiles abundantius quam sani refocilẽtur, & subleventur in laboribus: & qualiter sine detrimento Reformationis possint dari Gradus, & Magisteria, & Lectores actuales, ac Iubilati, & Prædicatores privilegiati, ac exempti ab aliquibus exercitijs vitæ cõmunis maximè in Ordine Minimorum.

1 ADvertendum tamen est ne vt fugiamus abusum singularitatis, & exemptiones subditorum, qui nõ cõformantur alijs in vita communi, victu, vestitu, & alijs laboribus; demus ansam Prælatis, ut & incidant in alium abusum uniformitatis, sine discretione. Si enim debilẽ, & infirmum ad ea omnia communitatis exercitia, labores, & abstinentias, quæ sani, & robusti adimplent, Prælatus obligare velit, procul dubio reprehensione dignus erit & durus, & contra illud, quod Deut. 22. B. 10. præcepit Deus, dicẽs: *Nõ arabis in bove simul, & asino.* Repreheunduntur, qui aut debilitatem veram nõ haben: aut si habent, soliciti sunt valde, magna cura quærentes omnem commoditatem, obliti proprij status paupertatis, & humilitatis. Hoc munus Prælatorũ est, qui debẽt subditos, ut filios considerare, & illorũ necessitates, iuxta cuiusq; indigentiã sublevare. Et similiter, qui bene valent, & in munere prædicationis, aut doctrinę cũ actuali labore occupantur, eximi á chori servitio, & ab alijs exercitijs incõpatibilibus, & recreari maiori cibi abundantia, & supelectili, ac ministerio illis ministrantium, non erit dividere inter Fratres contra charitatẽ, quod Sancti Patres abhorrent, sed charitate ac iustitia duci. Et si quãdo Prælati inferiores in hoc desides, aut duri sint, non erit contra observantiã vitæ communis Superiores adire, & exemptiones, subsidia, & sublevamina humiliter petere, ac necessitates proponere, quibus ut ẽdo

Deut. 22. B. 10.

gau-

gaudeant, & defectu ſublevaminis patienter ferant.

2 Hinc inferre licet, quod his gaudere privilegijs iuxta cuiuſque inſtituti ſtatuta Regularia non eſt cõtrarium Reformationi quam intendimus; imó, ſi ordinate fiant gaudendo illis, non ut præmio, ſed ut ſubſidio ad ulteriores labores proſequendos, aut conſervandam vitam, conforme eſt reformationi: & ſit exemplum in noſtra Minimitana familia, quæ, ut late probavimus Ordinem profitemur ſtrictorem, & perfectionem omnibus Religionibus tam Mẽdicantibus, quam non Mendicantibus: ſic 2. p. tract. 1. ar. 2. num. 6. & 3. p. tract. 12. in Præfacio numer. 3. 4. & 5. & art. 19 & 20. Vbi ſi Minimorum cognomen ſummam dicit hamilitatem, & abiectionem, qua maior eſſe non poteſt, & in ſuis obſervantijs huiuſmodi ſublevamina, & exemptiones non excluduntur: meritò dicemus non eſſe à Reformatione ſtatus Religioſi alienum.

Nos.

3 De habitualiter debilibus ſic Regula noſtra cap. 7. num. 32. ſtatuit dicens: *Prætereâ charitative ſemper obſervetur, quod cuncti diutino, ac naturali languore cœlitus viſitati, ne dũ in dictis ieiunijs, ſed etiam in cunctis vigilijs, & quibuſcunq; Ordinis huius oneribus benigne ſupportentur, & cibis quadrageſimalibus abundantius, quam ſani refocillentur. Ipſi vero taliter viſitati de tempore adhuc ſibi ad pœnitentiam peragendam commodato gaudeant, & gratulentur.* Et in Correctorio cap. 7. num. 56. fere eadem verba repetit: *Prætereà* (inquit Sanctiſsimus Fundator) *Fratres diutino, ac naturali languore laborantes cibis quadrageſimalibus abundantius, quam ſani refocillentur: & benigne ſupportentur in laboribus, ac vigilijs, & ieiunijs, ac veſtimentis, & in cunctis oneribus Ordinis.* Ecce in vita noſtra Quadrageſimali perpetuo ieiunantium eximit ab Eccleſiaſtico ieiunio debiles, & infirmos: & iubet Sanctiſſimus Fundator, quod de eiſdem cibis quadrageſimalibus abundantius quam ſani refocillentur: puta cibis ſelectioribus, minuſque nocivis pro conſervanda ſalute, non communibus, & vilibus, quibus ſani veſcuntur. Ecce ſupportati in vigilijs eximuntur á ſervitio

Reg. Minimorum

Correct. Minim.

cho-

chori nocturno, & Matutinis. Ecce onera gravia, & labores corporales eis imponere non licet: qualia sunt pedester itinerari, eleemosynas queritare processiones morosas adire, &c. Ecce in vestimentis pœnitentiæ supportari possunt in laneis tunicellis, & lineæ concedi, leviori habitu uti, ac sine illo cubare iuxta exigentiam infirmitatis. & debilitatis, & abundantius vestimenta habere.

4 Hinc idem S. Fundator, cap. 10. Correctorij num. 109. *Correc. in Minim.* Vbi Superiores viderint aliquos vestimentis abundare, alios egere, distribuãt auferendo ab illis, & concedendo ijs necessaria: & subdit: *Veruntamen si aliquando causa frigiditatis, aut infirmitatis aliquis se pluribus tunicis egere asserat, illi tanquam Dei servo credatur, & eidem iuxta loci facultatem charitative provideatur. Vbi vero supplere non posset conventus facultas, ob Iesum Christum patienter ferre moneatur talis egens.* Amavit enim Pater noster vehementer sanctam Evangelicam Paupertatem, & indigentiam: & de ea encomia recẽsens, Fratres exhortatur: Et inter alia notabilia, in Prima ex quatuor Reguli, quas Fratribus dedit approbata, & confirmata per Alexandrum 6. 4. Kal. Martij anni 1492. quæ Bulla incipit: *Meritis gloriosæ*: apud P. Franciscum Lanovium in Chronicone Ord. Minimorum ad annum 1493. Capite ergo 6 eiusdem Regulæ sic ait: *Pauper ergo Frater est Dominus mundi, & quoniam iactavit in Deum curam suam, possidet per fidem omnes gentes in servos. Hæc est illa celsitudo altissimæ Paupertatis, quæ vos Charissimos Fratres meos heredes, & Reges Regni cœlorum instituit, pauperes rebus fecit, virtutibus sublimavit: Hæc sit portio nostra, quæ perducit in terram viventium.* *Reg. Prima Min.*

5 Religiosus ergo infirmus quærat, & simpliciter, ac humiliter exponat Prælato, iure suo utendo, ut refocillare faciat eum cibis abundantioribus illis, quibus in communi sani utuntur. Et nudus duas, aut plures petat tunicas. Si autem ob inopiam conventus, aut desidiam Prelati ei non fuerit provisum, ferat patienter, sine murmuratione, aut lite, credens hoc velle, aut permittere Patrem cœlestem, qui nos monet de hoc

non

non eſſe ſolicitos, eſt enim ei cura de nobis. Qui enim fecit
Daniel 1. C°15. Danielem, & ſocios pueros per decem dies veſcentes leguminibus, exiſſe corpulentiores, & vegetiores, quam alij qui pretioſis cibis Regijs nutriebantur, faciet modo ſine abundatiori hac mona, imò cum viliori, & parca, magis refocillari. Et
Pſal. 147. C. 16. qui dat nivem ſicut lanam, magis quam domeſtici mulieris fortis: qui, quia veſtiti duplicibus, non timebant á frigoribus nivis, poterit non obſtante nuditate calefacere, & fo-
Prov. 31. cap. 21. vere indigentem Fratrem. Quis, niſi fide deſtitutus, negare hoc poterit?

6 At qui ſe delicatos faciunt, aut ſuppoſita debilitate ſoliciti ſunt valde, nil divinæ providentiæ curæ relinquentes, hos abominamur: horum abuſus Sancti Religionum Patriarchæ, ut vidimus, abolere contendunt. Et noſter Sanctiſsimus Pater eumdem abominatur abuſum eodẽ ſpiritu Patrũ priſcorum veſtitus. Capite ergo 5. & 9. eiuſdem Primæ Regulæ commemoratæ, rem, & ſententiam exponit. Capite ergo 5. poſtquam præcepit naturali lãguore cælitus viſitatos debere
Reg. Prima Min. ſublevari in cunctis laboribus, & vigilijs, ſubdit: *Non tamen ſegnitiei, quæ illos ſæpe moleſtat omnino credatur, ſed ſicut Correctori ſecundum Deum videbitur, vitam Communem infringere non contendant, ſed cum patientia quadrageſimalibus cibis contententur.* Et paulo poſt: *Nec cibi teneat voluptas* (ſubdit) *quos neceſsitas levavit infirmos, ne contingat deteſtanda perverſitas, ubi quantum poſſunt fiunt divites laborioſi fiant pauperes delicati* & cap. 9. *Qui nihil habebant in ſæculo, non ea quærant in monaſterio, quæ nec foris habere potuerunt, ſed tamen eorum infirmitati tribuatur, etiam ſi pauperias eorum, quando foris erant, nec ipſa neceſſaria poterat invenire. Non tamen putent ſe eſſe felices, quia invenerunt victum, & tegumentum, quale foris invenire non potuerant: nec cervicem erigant, quia aſſociantur eis, ad quos foris accedere non audebant: ſed ſurſum corda habeant, & terrena vana non quærant, priſtinam paupertatem ante oculos ſemper habentes, ne ſi de religioſo habitu ſe ſuperbientes erigant, illo indignos eſſe omnino, ſe demonſtrent.* Ergo, qui ſub habitu Religioſo

ex-

extollitur, quia forte abundantius quam foris deget ne se extollat, ut dives factus, memor præteritæ paupertatis, percipiendo necessaria, solum suę infirmitatis subventioni congruentia, ne ad superflua cor applicando amittant æterna.

7 Sed de Lectoribus, & Prædicatoribus, an exemptiones aliquas â vita Communi habere possint, gradus, & iubilationes, quin solvatur, aut detrimentum patratur Reformatio? restat examinare.

Infrà tract. 10. A. 9. videbimus non adversari Reformationi, imò congruere valde, studium litterarum, etiam humanarum. Et quidem quo ad gradus, & Magisteria non erit contra Reformationem in illis Religionibus, ubi ex Regula admittuntur ob honestos fines, quos Sancti Fundatores habuerunt. In nostra autem Minimitana familia, in qua ex Regula, c. 9. n. 41. ubi datur forma Lectoribus, quomodo debeant docere: *Vbiq; tamen observetur* (concludit) *quod nullus ad Magisterij, seu alium gradum assumatur*. Et in Correctorio c. 9. n. 75. de eisdem sermonem faciens S. Patriarcha, dicit: *Ipsi etiam Lectores Ordinarij sui Minimi nominis reminiscentes, ad sublimia nequaquam tendant, sed humilis professionis suæ sedem humiliter teneant; pariformiter faciant, quantumcumque litterati viri ad hunc Ordinem Minimorum undequaque venientes, ac in eo iam recepti, etiam expressè professi in sui receptionis loco simpliciter sedentes: neque alicui, etiam præstantissimo viro, sic stare molestum sit, cum* Rex *gloriæ sic pro nobis vermiculis in pulvere humiliter sederit*. Quis ergo locus manet Lectoribus, & Prædicatoribus Ordinis Minimorum ad exemptiones, & præeminẽtias, ad favores, & alia quibus ab aliorum vita Communi indulgeãtur? Titulus Lectoris Iubilati novus, & non ex Regula est: ergo videtur in Ordine Minimorum id repugnare perfectæ Reformationi.

Nos.

Reg. Minorum.

8 Dico I Exemptiones, ac præeminẽtiæ Lectorum, quæ pũctis Regulæ expressè prohibentur, nullatenus cõcedẽdæ, cuius modi sunt, no ascendere ad Magisteria, nec sedere supra se antiquiores in primogenitura: hoc enim adversaretur ge-

nui-

nuino Regula noſtra ſpiritui, qui eſt humilitas, & abiectio: *Voluit enim Fratres* (canit Eccleſia de S. Francis. de Paula) *Minimos vocari, humiles ut eſſent.*

9 Dico. II. habere exemptiones, & titulum Lectorum Jubilatorum, ut præmium laborum, cõtra obſervantiam erit: præmium enim noſtrum in alio habebimus ſęculo: & hoc abunde Sancti Patres docuerunt, ut præcedenti vidimus articulo, & Pater noſter, ac Legifer Franciſcus de Paula id ipſum intendit ex nomine Minimorum, & humilitate: & ideo in Hymno ſui officij ad illa verba adducta, quæ expreſſê talia ſunt: *Hinc ſuos omnes Minimos vocari cenſuit Fratres, humiles, ut eſſent* (concludit:) *Ac Beatorum valeant, & ipſi cœtibus addi.*

In offi ſe ſti S. Frã ciſci de Paula.

10 Dico. III Lectores tâm actuales, quám Emeriti, & Prædicatores eximi, & diſpenſari poſſunt in punctis Regulæ, quæ ſpiritui ſuo nõ adverſantur: & hoc nõ, niſi ut, aut præſenti labori, & ſtudio melius vacare poſſint, aut naturæ ex aſſiduis laboribus feſſæ, & habitualiter infirmæ ſubveniatur in abundantiori cibo, veſtitu, & laboribus, ac oneribus ordinis. Exemplum primę rationis ſint Prædicatores, qui tempore Quadrageſimæ diſpenſantur, & ſublevantur. Pernoctare extra conventum, ibique recumbere, omnibus Fratribus Minimis interdictum eſt cap. 7. Regulæ num. 33 *Non permittitur* (ait) *in ſæcularium domibus reficiendi cauſa recumbere, nec inibi pernoctando dormire, cum ipſi ad ſuum monaſterium commode poſſint redire.* Et nihilominus in Correctorio, c. 9. num. 8. dicitur: *Cum quis huius Ordinis Prædicator alicubi pluribus diebus ordinarie, ac ſubſecutive prædicare habuerit, locum ſibi congruum, & honeſtum ibidem procurare faciat, ubi ſine diſcurſu pacifice reſidere valeat* Et num. 81. *Cuilibet verò ipſorum Prædicatorum talis diuturnæ prædicationis tempore durante, ubi licitè fieri poterit, dentur fideles ſocij ſaltem tres, vel plures, aut pauciores ixta facultatem cuiuslibet loci: talium autem ſociorum ſaltem unus cum ipſo Prædicatore maneat ad ſibi benigne ſuccurrendum.* Et num. 82. eximuntur, durante tempore prædicationis

Reg. Min

Correct. Minim.

nis

nis abonere audiendi confessiones quorumcunque de hoc ordine non existentium, & concludit: *Non tamè tunc per quoscunque Prælatos seu Supreiores ad hoc ipsum peragendum astringantur.* Hęc non est factus, sed pro maiori commoditate ad stadendum concessa, & socij, ut sublevent illi laborem audiendi confessiones dati sunt, & ut illi ministrent.

11 Ergo Lectoribus actualibus, & Prædicatoribus concedere, ut à servitio chori eximantur, tempore quo sunt occupati in studio, non est contra puritatem Regulæ, nec contra Reformationem. Hinc SS.D.PP. Clem. VIII. ut infra tr. 9. A, 2. in Decretis reformationis pro omnibus Religionibus, §. 1. licet omnes, quocumque gradu polleant, etiam Generales, obligentur servitio chori: *Cum Lectoribus autem, subdit, & cum Prædicatoribus, ijs tantum diebus, quibus eos legere, aut predicare contigerit dispensari poterit. Idem quoque præstare valeant cum ægrotis, & studiorum causa legitime impeditis.* Hoc gaudent privilegio nostri Lectores actuales, & Prædicatores conventus. Dispensantur etiam quandoque nocte ad cõmunem mensam descendere, ut studio commodius vacent. Datur illis Frater, qui cællæ ministret, ac in necessitatibus succurrat. Idem cum Scriptoribus, & qui assiduo studio laborant fit, & dispensantur à servitio chori. *Decreta Clement. Pap. VIII*

12 Solet etiam ex antiqua maiorum nostrorum traditione huiusmodi Lectores, & Prædicatores abundantius quam alij refocillari in cibo: datur enim eis duplex pictantia. Quod cõgrue fit, ut melius laborare possint. Sic Deuth. 25. dicitur: *Non alligabis os bovi trituranti.* Quem locũ Paulus interpretatur 1. Ad Tim. 5. c. 17. & 18. de Prædicatoribus, & Lectoribus. *Duplici honore digni habeantur, maximè qui laborant in verbo* [ecce Prædicatoribus] *& doctrina* (ecce Lectores, & Magistri) *Dicit enim Scriptura non alligabis os bovi trituranti: dignus est operarius mercede sua.* Ergo talibus subsidijs Lectores, & Prædicatores adiuvari, tantum abest, ut sit contra Reformationem, ut è contrario solvatur Scriptura, imò dicenda est observantia Evãgelica, quæ est norma totius Reformationis instituti Religiosi. *1. ad Tim. 5. capit. 17. & 18. Deut. 25. A. 4.*

13 De Lectoribus Iubilatis eo modo quo apud nos admiſſi ſunt, eſt, ut diſtinguantur ab eis qui actu legunt: ipſi enim non legunt, ſed legerunt. Et, ſi in lectionibus ſuo muneri fecerũt ſatis vere ſtudendo, & tempore ex Conſtitutionibus requiſito, naturali ſequella erunt habitualiter infirmi, & quod diximus de ſic viſitatis, quod abundantius quam ſani refocillentur, & in cunctis laboribus vigilijs, & Ordinis oneribus charitative ſupportentur: non eſt denegandum Lectoribus veteranis. Lectores ergo, hoc ipſo quod ſtudijs iugiter per lõgum tempus incumberunt, tali diutino languore laborant. Et quis eſt, cuius vel tenuiſſima humanitatis ſcintilla pectus caleat, miſerrimi ſtudioſi non miſereatur: quem iam pituita obruit, & ſuffocat, iam bilis atra ofuſcat, adurit, & opprimit: animus ad ſuperiora evectus, & abſtractus, ſemianimũ relinquit, iam ſciendi cupido, & voluptas velut furijs concitat, & exagerat, longiores vigiliæ emaciant, Minerva laborioſa enervat, Mercurius ſolicitus â neceſſarijs vitæ uſibus aberrare compellit. Saturnus maleficus improbo labori devincit, & affigit, cuius languet cor, exhauſtis, ac diſſolutis vitæ ſpiritibus: friget, & aceſcit, ructat ſtomachus cibo coquendo inutilis, torpet hepar, elaborando ſanguini ſegnis, elacrymantur oculi, tuſit, & ſibilat pectus, dolent pulmones, exalbeſcit facies, fluctuat diſtilationibus caput, & ubi totum non dolet, feviſſima laborat hemicrania: nativus, & vitalis humor permomenta exiccatur, concidit vultus totos dies in libros demiſſo capite, & abiectis oculis? Sapientia, ut dicebat Plato non ſolum eſt mortis meditatio, ſed ipſa mors.

14 Id Superiores noſtri conſiderantes conceſſerunt veteranis Lectoribus, quod non compellantur foras exire ad publicas proceſſiones, & funera: & in alienis Eccleſijs non compellantur celebrare. Ne poſſint mutari è ſua conventualitate, niſi ratione ſcãdali, aut honoris, quo officio expleto redeant ad ſuam conventualitatem. Hæc ſublevamina non ne debita ſunt feſſis, & debilibus? Ergo non eſt contra ſed conformiter ad Regulam noſtram ſanctam, & charitativam. In

reli-

reliquis omnino conformantur cum reliquis Fratribus infallibiliter. Ergo eiusmodi exemptiones, & privilegia Lectorum actualium, & Iubilatorum, nec non, & Prædicatorum, non sunt contra reformationem Religiosi status, sed conformiter ad Regulam nostram, & ideo eis utendum cum gratiarum actione, & vera humilitate: non, ut premio honoris. Et sic, qui à choro eximuntur debent actualiter esse occupati in studijs: nec debent, quando alij ad divinas solvendas laudes vadunt, ipsi manere in claustro inutiliter confabulando, hinc, aut illic cursitando, & inutilibus exercitijs vacando; quatenus necessitas, non ocium, aut voluptas impediat abesse á reliquorum Fratrum vita Communi.

ARTICVLVS VII.

Abusus pernitiosissimus est, maximè contra Castitatem, quod Religiosus extra Claustrum, præcipuè solus sine Socio Religioso eat, & degat.

1 QVantum noceat, Claustrum deserere Monachum. quantisquę modis eius corrumpatur vita, & privetur regno ex SS. PP. nonullis similitudinibus ostendamus: *Claustrum est stagnum, cuius aqua Silentij vivit Religiosus, ut piscis ad spirituales escas Domino; extractus à monasterio cito moritur in escam sæcularium.* Hanc similitudinem didici ex S. Antonio Abbate, qui dicebat: *Monachus extra cellam, aut solitudinem est sicut piscis extra aquam.* S. Bernardus serm. 1. de S. Audræa: *Merito* (inquit) *siquidem, stagnis monasteria comparantur, ubi quodammodo incarcerati pisces, evagandi non habeãt libertatem: quo videlicet parati sint semper ad epulas spirituales.* Cyrillus Epistola ad Angust. causam reddens, quare Monacho nil tam nocivum, detestabile, & mortale, quam vicos, & civitates, & gentium multitudinem circuire subdit: *Quod aquæ piscibus, Monachis idem silentium operatur.* Denique S. Petrus Damianus huius similitudinis sententiam concludit lib.

S. Anton. Abbas.

S. Bernar

2. Epiſtola 17. Quám male mercatur (inquit) qui Monachorum præſumit claustra deſerere, ſut mundi valeat militiam baiulare! Vndis erutus ſanus eſt piſcis, non ut ſibi vivat, ſed ut alios paſcat. Vocamur, atrahimur, ſed ut vivamus alijs, moriamur nobis. In Apotegmatibus Patrũ de quiete lib. 2. tom. 8. Bibl. *Sicut piſces* (dicitur) *ſi tardaverint in ſicco, moriuntur, ita & Monachi tardantes extra cellam, aut cum ſæcularibus immorantes á quietis propoſito revolvuntur. Oportet ergo ſicut piſcem in mari, ita & nos ad cellam recurrere, ne foris tardantes obliviſcamur interioris cuſtodiæ.*

Bibliot. Patrum

2 Secunda ſimilitudo Monachi girovagantis. Claustro exiens, miſerrium oſtendit ſtatum: *Claustrum eſt nidus, ubi Monachus tanquam avis ad cæleſtium contemplationẽ, & bonarum virtutum fœtus ſecurus exiſtit; at foris vagans, & capitur in ſui ruinam, & prolem deperdit.* Religioſi vox eſt illa, Pſal 83. *Cor meum & caro mea exultaverunt in Deum vivum. Etenim paſſer invenit ſibi domum: & turtur nidum ubi ponat pullos ſuos.* Iuxta Auguſtini intelligentiam, cor & caro Deo dicata, paſſeri, & turturi acommodantur. Cor eſt paſſer de quo Pſal. 101. *Factus ſum ſicut paſſer ſolitarius in tecto.* Cùm paſſer cor, ſeu anima exercet pennas in virtutibus huius temporis, in ipſa *Fide, Spe, & Charitate* (verbis utor Auguſtini) *quibus volet in domum ſuam: & cum venerit, permanebit. Et iam querella vox paſſeris, quæ hic eſt, non erit* ibi: in Patria enim, quo tendit anima per Contemplationem, Domus Dei eſt, in qua Beati æternaliter habitant. Caro vero ſicut turtur hic ad tempus nidum ponit in domo monaſterij. Carne agimus opera bona, quæ utique non fient, ſi deſeramus nidum. Nec obſcure id in Proverbijs (ait P. Ioannes Baptiſta Lezana in Reformatione Regularium, cap. 7. n 8) Salomon dixit, c. 27. 8. *Sicut avis transmigrans de nido ſuo: Sic vir, qui dereliquit locum ſuum.* Ac ſi diceret: Aves è nido volantes: *Nunc viſco eas fallere, nũc retibus, aut laqueis captare cõtendimus* (ſic loquitur D Ambroſius) *pariter virum* (tu lege: Monachum) *è loco ſui cœnobij egreſſum vitiorum retia comprehendunt.* Ad idem S. Abbatiſſa ſubdit idem,

Pſa'. 83. A. 3.

S. Auguſ. Pſa. 101. B. S.

Prov. 27. B 8.

Ioã. Bapt. Lezana.

idem, n. 19.) dixisse fertur teste Helinando apud Ioann. Nider, tit. 2 cap. 17. *Sicut gallina deserens nidum suum, facit ova sua sine pullis exire, sic Monachus, vel Virgo de loco ad locum trā-siens frigescit, & mortificatur.*

3 Tertiam similitudinem in vinea, & horto conspicio: *Talis est Religiosa domus, ubi Monachi vites sunt, & ne bestiarū accedat aditus ad devastandum, maceria clausuræ necessaria est.* Hortus est Clausura, & Religiosi plāntæ, quæ, si extrahantur, ut situm aliū cognoscant, decrescēt, & optatū non dabunt fructum: *Monachus gyrovagus* (ait Antioch. hom. 26.) *ne unius quidem virtutis frugem refert.* Circa quod S. Ephrem Syrus, distractionem Monachorum detestans ait: *Vineam plantasti tibi, circumda illi maceriam. Amœnum hortum comparasti tibi, fructus eius serva, ut læteris in novissimis tuis. Quid enim prodest Fratres* (idem paræ. 44.) *si hodie vitam quietā in cella degamus; cras autē in civitate, ac vicis remoremur? Quid prodest, Fratres, si uno die ædificemus; duobus autem destruamus?* Deniq; S. Ephrē in Apoth. cap. 11. de quodam Monacho, qui de exeundo cœnobio impugnabatur, consideratione facta de hortus plantatione, sibi respondebat: *Verumtamen, quæ evelluntur, non ita sunt in tuto, ut ea quæ in loco remanent: esto igitur tu unus ex iis, qui non evelluntur*, atque ita cooperante gratia vincebat tentationem. *S. Aut.* *S. Ephr.*

4 Quanta ergo mala superveniant Monacho clausuram deserenti, & foras diversanti maximè in Castitate servanda, non est facile recensere: *Nisi Monachus* (ait Thomas Campensis in Dialogo Novitiorum, cap. 4.) *fugiat, & recedat á societate mundana, incendetur celeriter igne carnalis concupiscentiæ, & inquinabitur pice lubricalis vitæ, discurrendo per mortifera itinera gulæ, luxuriæ, avaritiæ, superbiæ, & invidiæ, sicut equus effrenis sine timore, & tanquam insensatus sine ratione.* Sed quid mirum, si extra monasterium exeunti inordinate Monacho, dux est ipse Diabolus: *Monachum, vel Religiosum* (ait S. Tho. à Villa-Nova, serm. 2. Dominicæ Primæ Quadrag.) *extra Cœnobium ducit Satan, ut sic per plateas vagantem, libidine insi-* *Thomas Campensis.* *S. Thom. a Villa-Nova.*

ciat, curiositate sauciet, ambitione inflet, &c. Imò hoc asserit de illo, qui sub charitatis prætextu ad pacem inter fratres componendam, ad solatium infirmis exhibendum, & alia pietatis opera exercenda. Et conformiter ad hoc Severus Sulpitius Dialogo 1. narrat de quodam Monacho, qui sub prætextu salvandi cognatos deseruit Monasterium, arreptum fuisse á Diabolo: sicut, & Abbas illi prædixit, quando importune licentiam impetravit.

Severus.
Sulpitius.
Exemplũ

5 Oportet ergo, semel ingressam clausuram nõ deserere, maximè ductu proprij spiritus, ut dicemus. Nam qui clausuram ingressus reliquit, ac renunciavit sęculo, & põpis eius cũ dixerit Dominus, Luc. 9. G. 62. *Nemo mittens manum suam ad aratrum, & aspiciens retro, aptus est regno Dei.* Ideo abusus, quibus Religiosi aspiciunt retro, & redire ad sęculum conantur, resecandi sunt, ut tollantur, & certam nostram vocationẽ faciamus. Distinxit optime D. Augustinus tom. 10. serm. 33. ad Fratres in eremo duo genera de relinquentiũ sæculũ in fuga illa Loth, & mulieris eius, de qua Gen. 19, E. 26. F. 30. *In Loth enim* (inquit) *& uxore eius duo genera hominũ designãtur, scilicet mundũ derelinquentiũ, quorũ unũ perfectè deserit, aliud quoq; tepide, & respiciẽdo retro, venit ad mortem.* Loth pervenit ad mõtẽ, non aspiciens retro; uxor eius respiciens, mortua non pervenit, sed conversa est in statuam salis: *Quibus, & præcipimur* (prosequitur Aug.) *nõ retro respicere, quia victor mũdi, & mõtem sanctæ Religionis ingressus, non debet retro respicere. Quare, quia melius esset viã veritatis non agnoscere, quam post agnitã retro abire. Quid est dicere, nisi quod melius esset, quod in vita sæculari, & laicali mansisset, quam post modum solitariam viram desereret? Tales enim, feminæ, & uxori Loth comparantur, quia morientes, retro aspicientes, convertuntur in statuam salis, Loth præcipitur, ut in montem se salvum faciat: per quem Contemplativa vita designatur.* Vide 1. p. tract. 6. ar. 13. num. 11.

Luc. 9. G. 62.
S. Aug.
Nos.

6 Sunt aliqui Religiosi, qui, aut de se nimis fidentes, aut occasiones periculosas non formidantes, foras ire sine socio, aut cum socio sibi quæsito, nec ab arbitrio Superioris assig-

nato: & super hoc molesti sunt Superioribus, qui secus faciẽtes, in odium illorum veniunt, quasi, si in hoc illos suspectos haberent, nec confidentiã boni exẽpli facerent, & in hoc credunt infamari. Quantum autem eiusmodi præsumptuosi (ne dicam dissoluti) à recto tramite aberrent, in viamque perditionis, & mortis eant, sic retro aspicientes, videamus.

7 Regulæ, & constitutiones cuiuscumque Religionis prohibent Religiosos sine socio, monasterio egredi: ergo viæ illorũ, iuxta regulã, viæ rectæ non sunt, sed pravæ in varios paratæ casus. S. Augustꝰ qui c. 6. Regulæ id præceperat, rursus eodem capite addit: *Quando simul estis in Ecclesia, & ubicumque ubi feminæ sunt, invicem vestram pudicitiam custodite. Deus enim, qui habitat in vobis, etiam isto modo custodiet vos ex vobis.* Ergo sine custodia socij periclitatur emissa castitas, & puritas continentiæ: *Ad hoc in unum habitamus* [ait Hugo Victor. explicans Regul.) *ut nos invicem custodiamus, invicẽ corrigamus, invicem erudiamur, ut quod quisque non potest per seipsum, possit per alium.* Fundatur hæc ratio custodiæ, & securitatis in Sacra Scriptura Eccles. 4. B. 9. *Melius est ergo duos esse simul, quàm unum: habent enim emolumentum societatis suæ. Si unus cæciderit, ab alio fulcietur.* Et ne quis existimet comparativum melius, supponere bonum solitudinis, ita quod sit Religioso bonum & licitum esse solum, sed melius cum socio á quo fulciatur, & iuvetur, addit. *Væ soli, quia cũ cæciderit, non habet sublevantem se* n. 10. Væ soli, quia malum est esse solum Religiosum extra Monasterium: nec illi fit temeraria censura, si credas esse malũ Religiosum. Audi Greg. lib. 10 Registri Epist. 22. *Cognovi* (inquit *quod ad Monasterium quod in Pinceni Provincia situm est, solus peregre, sine aliquo Fratrum suorum præsumpserit, ex qua eius actione cognoscimus, quia, qui sine teste ambulat, rectè non vivat.* Sufficiens fundamentum, ut Religiosus credatur non bene vivere, est quod, solus sine Religioso socio incedat. Quia se exponere periculis solitudinis peccatum præsumptionis est, quantumcũque sanctus, & perfectus credatur in Monasterio.

S. Augus.

Hug. Victor.

Eccles. 4. B. 9. & 10

S. Greg.

Luc. 10. A. 1.

8 Christus D. Luc. 10. Discipulos suos: *Misit illos binos ante faciē suam.* Et quia hoc de Septuaginta duobus Discipulis (quorum successores sumus Religiosi) dictum est, qui perfectionem Magistrorum adhuc non tenebant, vide, quod de ipsis duodecim Apostolis, qui perfecti erant Magistri dicat Evangeliū. *Vocavit duodecim, & cœpit eos mittere binos,* Marci 6. *Sic in castellū misit duos discipulos suos,* Luc. 19. & c. ult. iam è mortuis Christo suscitato: *Duo ex Discipulis suis ibant ipsa die &c.* Et Ioan. Bap. Monachorum Princeps binos misit Discipulos, Mat. 11. *Mittens duos de Discipulis suis.* Ergo Religiosus quātumcūq; perfectus præsumptuosus erit, si affectet ire solus, & multis casibus expositus, quādo Discipuli, & Apostoli Christi, non soli, sed bini, & bini mittuntur extra Collegium, & societatem eius. Ergo, & plorandi sunt eiusmodi Religiosi soli incedentes: væ soli: *Quam vera sit hæc sententia* ait Thom. Cantipatranus ex primitivis Prædicatorum Ordinis, lib. Ap. Abbat. c. 11. *)væ soli: ego novi, qui triginta annis, & eo amplius vices Episcopi in diversis provincijs, & Diœcesibus habui: qui in hoc articulo, quo Religiosi, vel soli vadunt in vijs, vel soli manent in Curijs, horrenda mala, horrenda scandala, horrenda pericula frequenter audivi, quæ nunquam sustinuissent, adiuncto socio.*

Mar. 6. A. 7. Luc. 19. E. 29. Luc. 24. B. 13. Mat. 11. A. 2.

Thomas Cantipius

9 Argumenta eiusmodi monstrositatis, & actionis eundi, & manēdi solos Religiosos, sumimus, & ab intrinseco naturæ in malū pronæ, & ab extrinsecis hostibus; quorum cuilibet subvenitur, si socius adsit. *Omnis qui male agit* (dixit Christus Ioan. 3.) *odit lucem, & non venit ad lucem, ut non arguantur opera eius.* Fugit oculos lustrātes, & quasi in tenebris manet, nec aliquem veretur. De hoc Ecclesiasticus, c. 23. *Quis me videt?* [ait] *tenebræ circumdant me, & parietes cooperiunt me, & nemo circumspicit me. Quem vereor?* Hinc quasi â posteriori colligimus malum de eo qui socium fugit, quia peccatorum est in tenebris solitudinis ambulare, ubi male agitur: *Omnia nobis mala solitudo persuadet* (ait Seneca Epistola 25.) *& è contra, vitatur malum, si oculi videant.* Magna pars peccatorum tollitur (ait

Ioann. 3. C. 10. Eccl. 23. E. 26. Seneca.

(ait idem Epist. 11.) *si peccaturis testis assistat.* De eiusmodi in solitudine fugientibus oculos arbitros, quasi malum, & periculosum committi censet Hieronimus lib. adversus vigilantium: *Monachus in cellulis feminarum! Quid sibi volunt sola, & privata colloquia, & arbitros fugientes oculos?* Et sic idem Epis. 2 ad Nepotianum: *Solus cum sola* (inquit, & absque arbitro, vel teste ne sedeas, & S. Basilius cap. 83. in Regula prorsus alienum à Religione iudicat solum visitare feminam: *Solum ad solam accedre, nulla Religionis ratio permittit. Melius est enim duo, quam unus: simul enim, & fidelius, & tutius res agitur.* S. Hieron. S. Basil.

10 Hinc supervenientes hostes pudicitiæ, & castitatis, solus sine socio fugere non valet Monachus, quin succumbat una, aut altera vice. Hos hostes intuitus Ecclesiastes dicebat, & addidit, cap. 4. *Si quispiam prævaluerit contra unum, duo resistunt ei. Funiculus triplex difficile rumpitur.* Hos agnovit hostes sacrum Concilium Lateranense relatum, Cap Monachi de statu Monachorum, dum inhibuit illis solos incedere: *Nec singuli per villas* (inquit) *& oppida, per quascumque ponantur Ecclesias, sed cum aliquibus Fratribus maneant, ne soli inter seculares homines spiritualium hostium conflictum expectent, Salomone dicente, væ soli.* Ideò Augustinus, ubi supra, & Sancti Fundatores socium, imò socios eunti foras adhibent, ut non tantum testes sint eorum, quæ fecerint, sed & Custodes: *Vestram pudicitiam custodite* (dixit August.) nam unus socius tutatur, & defendit alium ab incursibus inimicorum spiritualium: *Nam Frater, qui adiuvatur à Fratre* (ait Salomon Proverb. 18.) *quasi civitas firma*, cui incursus inimicorum nihil nocumenti aferet Et fortificatur magis propter inhabitationem Dei in ipsa civitate: *Fratrum in uno sociatorum Deus qui habitat in vobis, etiam isto modo custodiet vos in vobis.* Nam custodia Fratrum inter se, nisi in se admiserit Dominum habitantem, frustranea erit, dicente Propheta Psal. 126. *Nisi Dominus custodierit civitatem, frustra vigilat, qui custodit eam.* Eccles. 4. C. 12. Concilio Later. S. August. Proverb. 18. C. 19. Psal. 126. A. 1.

11 Circa quod valde notandum est, quod quamvis adhibea-

beatur socius, si socius non sit probatæ vitæ, nec consortem custodiet, imó ambo peribunt excludetes à sua comitiva ipsum Dominum. Requiritur, quod interveniat iusta necessitas, & quod socius sit probatæ vitæ, ita, quod non ad arbitriũ petentis, sed dantis, & dispensantis Superioris. Sic Augustinus, cap. 9. Regulæ: *Nec eant ad balnea* [inquit] *neque quocumq; ire necessum fuerit, minus quam duo, vel tres. Et ille, qui habet aliquo eundi necessitatem, cum quibus Præpositus iusserit, ire debet.* Et S. Pacomius cap. 34. Regulæ: *Accipiet comitem egressionis suæ, cuius fides probata est, & sic mittetur ad Fratrem videndum, vel ad proximum.* Et S. Isidorus in Regula, c. 23. non qualem cumque necessitatem requirit, sed publicam: *Dum pro Monasterij* (inquit) *aliqua necessitate diriguntur, duo Fratres probatissimi eligantur.* Ac deniq. Concil. Eboracense in Anglia, authoritate Archiepiscopi Cantuariensis Legati Apostolici congregatũ: *Decernimus* (inquit) *ne extra monasteria sine certa, & rationabili causa, nec absque societate, cuius certa sit honestas, & indubitata, proficiscãtur.* Et Clemens VIII. P.M. (ut infra videbimus in hoc articulo) & necessitatem cognitã requirit eundi, & socium iubet assignari, non petentis rogatu, neque eumdem sæpius: & quod rediens, rationem reddat talis socius Prælato de eis, quæ acta sunt.

S. *Augus.*

S. *Pacomius.*

S. *Isidor.*

Concilio. Clemens VIII.

12 Deniq; advertant ipsi Prælati (ne dãnationis sint participes) qualis debet Monachus extra claustrum, cum oportuerit ibi degere: *Oportet* [ait Thom Cantip in Dialog Novit. c. 4.] *quod valde fortis sit, & bene fundatus in virtutibus, atq; in omni accione, & locutione incedat circũspectus, qui fructificare debet in populo, & absq, periculo conscientiæ conversari in sæculo* S. Petrus Damian. de conc. Sæculi c. 22. *Si occasionis articulus accidat, ut egrediendi necessitas imminere videatur, nõ mox ad vagandũ se leviter prorumpat, non ad sæculi vanitatẽ affixus, mũdo animus concalescat, sed morosè, & graviter intra se deliberet dicens: Spoliavi me tunica mea quomodo, induar illa? Lavi pedes meos, quomodo inquinabo illos.* S. Basil. de eo, qui necesse cella egreditur: *Ar-*

Thomas Cantip.

S. Petrus Damian.

ma-

matus proficiscatur (ser. 2. exerc. apud Ioan Bapt. Lezan. de re- *S. Basil.*
form. Relig c. 8. n. 14.) *inpectore, timore Dei, & inserta in manu apud Lez.*
charitate Christi, devicti sq; per omnem continentiam voluptatũ
incursibus. Et qualiter incedendum, ne cum redieris in oratio
ne turberis [ait B. Isaîas, Abbas in Bibliot. Patrũ tom. 2. Orat. *S. Isaias*
3.) *Si in civitatem, aut vicum* (ait] *processeris, oculi tui deorsum* *Abbas.*
aspiciant, ne hostes tibi in cella suscites. Et qualiter loquendum
cum Sæcularibus S. Laurent. Iustin. de Discipulo Monastic̃
conversationis c. 15 his verbis: *Studeãt Christi servi semper de* *S. Laur.*
rebus necessarijs, vel de animæ profectibus habere sermonẽ. Maxi *Iustinian.*
mam namq; & indeficientem materiam loquendi invenient, si de
miseria præsentis vitæ, de periculis huius peregrinationis, de va-
rijs tentationum generibus, de Diaboli fraudibus, de vitiorum de-
formitate, de virtutum ornamentis, & meritis, de mortis inevita-
bili necessitate, de pœnis inferni, de Regno Dei, de præmio Para-
disi: frequenter verò de Dei ineffabili charitate humano generi per
Christum, & in Christo exhibita. De huiusmodi autem tam pio Dei
amore, & dilectione, quam pro audientium ædificatione, & sui
met profectu Dei servi tractare non desinant.

Expleto negotio statim sine mora redire oportet, alis, non
pedibus. *Statim* [ait Basilius ubi suprâ] *necessitate expleta re-* *S. Basilius*
sili, velocibus alis utere ad reditum, sicut innocens quædam co-
lumba ad eam, quæ te emisit, transfugiens. Sicque persuadens
tuis cogitationibus, contingere tibi non posse in ullo alio lo-
co salutarem requiem. Oportet enim Religiosum Militem
stare in gradu suo, ibique figere pedem, ut victoriam repor-
tare valeat.

13 Nec Patriarcha noster strictiorem Religionem condẽs
has Sanctorum Patrum observantias ignoravit, imò compen-
dio illas tradidit: c. enim 5. Regulæ, quã profitemur, de exitu
ris foris dicit: *Benedictionẽ à Superioribus suppliciter expoſcãt,* *Reg. Mi-*
cũ ipsorũ licentia bini, & bini extra conventum proficiscantur. *nim. c. 5.*
Eamdem etiam benedictionem, cum redierint petant. Et ne cre- *num. 19.*
dant extra conventũ ambulantes, extra Ordinẽ esse addit, n.
20. *Insuper, quandiu foris extiterint* (prout eorum *Superior ipsis*

Or-

Ordinaverit]*illorum autem Correctoris vice fungatur*, ut nunquam ſine Arbitro, & ſine Cuſtode incedant. Et c. 11. Primę eiuſdem Ordinis Regulæ, ubi ſine licentia, benedictione, & ſocio vetat exire, inſtruit exituros: *Fratres* (inquit) *locum exi-*
Primus Regul. Min. *turi, ut eos Deus à peccatis tueatur, quæ per ſenſus corporis animam occidunt, Eccleſiam ſi videbitur reviſitent, ſe Deo commendantes, & à Patre benedictionem humiliter petentes: id idem poſt reditum faciant, ut ſi extra domum deliquerint, per Orationem, & benedictionem ſibi remittatur.* Et infra, ne aſſociati exeuntes credant foris poſſe ſeparari, addit: *Quando vadunt extra conventum ſimul ambulent & cum venerunt quo vadunt ſimul ſtent, &c.* Vbi multa documenta ad converſandum cum ſæcularibus recenſet. Hæc maximè ad conſervandam caſtitatẽ emiſ-
Nos. ſam ordinata ſunt, ut & dicebamus 3. p. tract. 12. A. 16. dum punctum hunc Regulæ explicuimus. Abuſus ergo hic libidinis extra clauſuram eundi procul fiat, & Religionis ſplendor reſtituetur. Aſſignetur exeunti unus, vel plures ſocij (ut art. præcedenti dicebamus de Prædicatore) & hi tales ſint, quod
Matt. 18. c. 20. in eis inhabitare poſsit Chriſtus, qui dixit, Matth. 18. *Vbi duo vel tres congregati fuerint in nomine meo ibi ſum in medio eorum.* Vt ſerver, & cuſtodiat eos in eis, & greſſus dirigat. Abuſum hunc, & pericula evellere conatus eſt Clemen. VIII. in De-
Nos. creto Reformationis infra, tract. 9. A. 2. § 32 ubi degentes extra clauſtra reduci iubet, ſuæ Apoſtolicæ authoritati reſervata facultate tales licentias concedendi.

ARTICVLVS VIII.

Alienum eſt â nomine, & inſtituto Monachi, & Religioſi, implicari ſe converſationi, & negotijs ſecularium.

Nos. QVoniam inter ea, quæ deformatum faciunt Monaſterium, ut ſupra dicebamus, tr. 1. art. 2. ſunt Monachus Curialis, & Religioſus cauſidicus, ex quo ipſi Monachi ſęculalizantur, abuſum hunc, è medio tollere cupiens in

hoc

hoc articulo, quid sentiam quid ve faciendum sit significabo, ut perfecta Religionis instauratio habeatur. Isti sunt etiam, qui retro respicientes indigni facti sunt Regno Dei. Qui sæcularium conversationi se dant, honestare credunt latentem libidinem, & deordinationem, ut inter sæculares inhabitent, Curias adeant, Principumque domos frequentent mentitis coloribus. Moveri dicunt zelo animarum in gloriã Dei, ut conversatione sua sæculares reddant spirituales. Deinde zelo gratitudinis pro beneficijs receptis, ut sic dispositi sæculares pro Monasterij commodo suas augeant eleemosynas. Iam enim multorũ charitas refrigerata est, & indiget fomẽto conversationis Religiosæ, & industria humana, qua victui necessaria habeamus, &c.

2 Sufficeret ad convincendos huiusmodi avidos negotiorum cum sæcularibus, illud Pauli 2. ad Tim. 2. *Nemo militans Deo implicat se negotijs sæcularibus, ut ei placeat, cui se probavit.* Non dixit *implicatur, sed implicat se* quasi diceret, abusus exterminandus est, quod Religiosus se ingerat, & intromittat negotijs sæcularibus: In quo sæpe sępius propria volũtas propriumque commodum in causa est, vanaque gloria aucupatur sub specie boni; non vero prohibetur quod Religiosus se habeat passivè, quando superiores ratione alicuius boni cõmunis id ipsum ordinaverint, tunc spræta propria commoditate, & quiete, ac dulcedine exercitiorum Monasterij poterit maiori cum merito sæcularium attendere bono, & utilitati, cõmuni, que aut sęculariũ, aut Religionis cõsequenter consulere augmẽto *Sæcularia itaq; negotia* (ait S. Greg. 2 p. Past. c. 7.) *aliquando ex cõpassione tolleranda sunt, nunquam vero ex amore requirenda: ne cum mentem diligentis aggravant, hanc suo vitam pondere ad ima de cœlestibus mergant.* Hæc sufficerent ad eiusmodi mala vitanda, si in silentio Monasterij essent, nõ iam implicati, *Y engolfados ya, y en frascados con todos sus sentidos con el trato de los seglares.* Maiori clamore, & multorũ vocibus indigent, ut revocentur ad gremium Religionis, sunt enim sæcularium rumore veluti surdi ad vocem Domini

2. *Tim.* 2. *A.* 4.

S. Gregor.

quam

quam precor, si audieritis nõ obduretis corda vestra, acquiescatis ploratibus, & eiulatibus Sanctorum, quia revera totum Religionis negotium ex hac sola transgressione deficit, & perit.

3 In primis, qui sic sæculari conversationi miscentur, puritatem nominis, & vitæ Religiosæ amittunt. Nomen Monachi, quod sæpe solitarium, & unum in Monasterio diximus, non congruit versato in turba multorum extra Monasterium
S. Isidor. degentium: *Ergo, si solitarius interpretatur vocabu!.... Monachi* (ait S. Isidor. lib. 7. Origin. circa finem) *quid facit in turba,*
S. Hier. *qui solus est?* Et S. Hieronym. Epistola 18. ad Marcellam: *Videre, & videri* (inquit) *salutari, & salutare, â proposito Monachorum, & quiete, aliena sunt.*

4 Deinde nomen, *Religiosus*, nullatenus congruit eius
Cicero. modi exercitijs. *Religiosus* (ideo dicitur secundum Ciceronem, lib. 1. de natura Deorum) *quia Religiosi semper legunt recogitantes quidquid ad cultum, & Religionem Deorum spectat.* Ergo, qui inter læculares ambulat â sectione sancta alienus, á servitio chori, & Altaris segregatus, quemodo cultum, &
Lactan. Religionem debitam Deo vero exhibebit? *Religiosi præterea sic appellantur* (ait Lactant. 4 Instit.) *quoniam ex eorum spontanea voluntate nihil, aut locũtur, aut amant, nisi quod Dei est. Vinculis charitatis non semel ligati, sed iterum religati cum Deo ex professionis vinculo atque voto.* Hanc eamdem explicationem
S. Thom. nominis sequitur D. Thom. opus. 19 *Contra impugnantes Religionem*, cap. 1. ex August. de vera Religione. Et luculenter explicat quid sit hæc religatio Religionis, & ad quę solutus esse non debet Religiosus. Illud autem proprie ligari dicitur (ait S. Thomas) quod ita uni astringitur, quod ei ad alia divertendi libertas tollatur, sed religatio iteratam ligationem importans ostendit ad illud aliquem ligari, cui primo coniunctus fuerat, & ab eo distare incepit. Et quia omnis creatura prius in Deo extitit quam in se ipsa, & â Deo processit, qnodammodo ab eo distare incipiens secundum essentiam per creationem, ideo rationalis creatura ad ipsum Deum debet re-

religari, cui primo coniuncta fuerat, quam esset. Et ideo Augustus dicit in libro de vera Religione: *Religet nos Religio uni omnipotenti Deo*, & habetur in Gloss. Rom. XI. super illud, *ex ipso, & in ipso, &c.* Hęc D. Thomas. Hęc religatio per Fidem in Baptismi susceptione facit Religionem Christianam qua religantur omnes Christiani Deo, & per emissionem votorum facit statũ Religiosum, de qua secũda religatione loquimur in pręsenti. S. *Augus.* *ex Rom.* 11. *Glossa.*

5 Rursus paulo infra explicata hac 2. religatione eam comparat cũ prima religatione Baptismi: *Sicut autẽ in Baptismo* (ait) *homo per fidei Religionẽ Deo ligatur, peccatur, morite ita per votum Religionis non solum peccato, sed sæculo moritur, ut soli Deo vivat in illo opere, in quo se Deo ministraturum devovit. Quia sicut per peccatum vita tollitur, ita per occupationem sæculi Christi ministerium impeditur* 2. Ad Tim. 2. *Nemo militans Deo implicat se negotijs sæcularibus: & ideo per Religionis votum abrenuntiatur illis quibus humanus animus maximẽ occupari consuevit, & à divinis obsequijs impediri.* Et cap. 2. (dicit etiam D. Thom.) *Sed Religiosus per votum Religionis sæculo moritur. Deo vivens, ergo per hoc quod Religiosus est, interdicuntur sibi omnes operationes sæculares: sicut mercationes. & alia negotia sæcularia.* Hæc D. Thomas. Itaque Religiosus in professione mortuus est peccato, & mundo, ut solo Deo vivat: & sic solæ illæ actiones quæ fuerint ad Deum secundum suum institutum, erunt actiones Religiosi, illæ vero quæ fuerint peccati, & mundi, Religiosi non erunt, sed aspicientis retro ad mundum: & consequenter qui talia fecerit, non erit aptus Regno Dei. 2. *Tim.* 2. *A.* 4. S. *Thom.*

6 Qui nam sint hi, qui sæcularia agunt depingit S. Bernar. hom 4 super *Missus est* circa finem: *Video aliquos* (ait) (*quod nõ sine dolore videri debet*) *post agressam Christi militiam, rursus sæcularibus implicari negotijs, rursus cupiditatibus terrenis immergi, cum magna cura erigere muros, & negligere mures: sub prætextu quoque communis utilitatis verba vendere divitibus, & Matronis salutationes. Ita ne mundum sibi, & se mundo crucifixerunt,* S. *Bern.*

runt, ut qui anteà vix in suo vico, vel optimo cogniti fuerant, modo circumeuntes Provincias, & Curias frequentantes, Regum notitias, Principumq; familiaritates assecuti sint?

Thren. 4. A. 1. Hos deplorabat Ierem. Thren. 4. *Dispersi sunt lapides Sanctuarij in capite omnium platearum.* Quem locum S. Bernard.
S. Bernar de modo viuendi cap. 66: explicat dicens: *Lapides Sanctuarij designant Religiosos viros, qui nunquam debent foris vagari, sed in secreto Monasterij ante oculos Dei semper commorari; sed dispersi sunt hodie lapides Sanctuarij in capite omnium platearum, quando Religiosi viri, quærendo vana, & secularia, foris vagãtur.*
S. Gregor Et eodem modo explicat S. Gregor. in Pastorali 2. part. cap. 7. & notat illud, in capite platearum, pro honore sanctitatis, quem habere debuerant Religiosi virtute conspicui, & observantiarum rigorem intus Monasteria opere complentes: *Nõ hos dispersos in plateis* (ait Gregor.) *sed in capite platearum dicit. Quia cum terrena agunt, summi videri appetunt, ut, & lata itinera teneant ex voluptate delectationis: & tamen in platearũ sint capite ex honore sanctitatis.* Quod quidem malum grande est, ut ex superioribus liquet, Superiores habere indignos, non observantes, sed laxatos, & non observantes suum institutum.

7 Nec valet dicere quod dicunt hanc externam cum sæcularibus familiaritatem esse ad illos ædificandos: quia, ut dicebat Bernard. ubi suprà, illud est, *muros erigere, & negligere mores*: in detrimentum eorumdem vergit: *O quot temporibus*
S. Laur. Iustinus *nostris fuerunt* (ait Laur. Iustinian. de Disciplina Monastica, c. 12.) *& sunt, qui tanquam ardentes lampades, & mundi luminaria lucebant coram hominibus, paulatim ex frequenti sæcularium conversatione, & confabulatione tepefacti ad pristina opera sæcularis vitæ miserabiliter redierunt!* Nec medium proportionatũ sæculares ædificandi est, inter illos habitare, sed ab eis longe: nam cum status conditionis humanæ cogat nos manducare, & bibere, & loqui; sæculares qui credunt nos de hoc mundo non esse, omnesque actiones nostras sanctas, naturales necessitates, aut defectus gravi censura vident, & scandalizantur

de

de minimo otioſo verbo, aut riſu, aut minimæ conſolationis ſumptione. Nemo tantæ virtutis, ac perfectionis eſt, ac Chriſtus: & ſcandalizabantur, dicentes eum eſſe potatorem vini, & manducare cum publicanis, & peccatoribus &ideo Ioan. 2. *Ipſe autem Ieſus, non credebat ſemetipſum eis, eo quod noſet omnes. No ſe fiava que juzgaſſen bien de ſus acciones, aunque tan ſantas, por ſaber ſus malicias; y quiere el Religioſo preſumido de ſantidad fiarſe de vivir entre ſeglares, ſin que ſe eſcandalizen de ſus minimos defectos!* I. cap. 2. D. 24.

8 Optime S. Baſilius in Conſt. Monaſt. c. 7. hoc utitur argum. *Danda omnino* (ait) *nobis opera eſt, ut non niſi adhibita magna diligentia, circunſpectioneque in congreſſum cum extraneis hominibus veniamus.* Si enim ipſe liberator noſter (ut eſt in Evãgelio) omnibus ſe ipſum non credebat (*ipſe enim* (inquit) *Ieſus non credebet ſemetipſum eis*) ſi ille purus, & labe omni carens, ille ab omni culpa liber, ille iuſtus, ille, qui quantumcumque erat, non niſi virtus erat, hoc faciebat: qui fieri poterit, ut nos, qui peccatores ſumus, qui ad lapſum proclives, qui ab rectò, quod nobis propoſuimus itinere, identidem aberramus: idque, & ob naturalem noſtram imbecillitatem, & propter eum, qui bello nos improbe, & acriter proſequitur. Sed, quî hoc poterit impetrari, ut ſi curioſis hominibus vitam noſtram inſpiciendam expoſuerimus, non & pravas in nos calumnias conflemus, & ipſi nobis metipſis ſcandalum ſtatuamus? Siquidem plerunque etiam quæ rectè fiunt, ea malevoli in crimen vocare non dubitant: neque, vel leviſſimas quidem præterire offenſiunculas ſinunt, quas non maledictis inſectentur. S. Baſil.

9 Cogitant eos qui á communi cum cœteris vivendi ritu receſſerunt, eo quod vivendi inſtitutum mutarunt, non conſilium mutaſſe, ſed diverſam plane ab humana induiſſe naturam, ac naturales ex illorum corporibus omnes funditus affectus eſſe ſublatos. Quo fit, ut ſi tranſverſum unguem ſpiritualis vir ab rectò declinaverit, confeſtim univerſi, vel ij ipſi, qui vehementiſſime ipſum anteá laudibus afferebãt, ad-

mirabanturque eius accuſatores exiſtant acerbiſſimi, palamq; ſe ipſos reprehendant, ut qui ne priores quidem illi laudes veras tribuerint. Aut nullum prorſus, aut minimum cibum aſſumere pietatis cultorem volunt: & ſi ex huiuſmodi diſciplina quempiam animadverterint, qui non uſque quaque inclemẽter corpus tractat, ac vel tantillum illius neceſſitati ſubveniat, hunc conuitijs, calumnijſque proſcindunt, derivataq; ab uno in cunctos protervia, petulantiaq; univerſos pariter lurcones quoſdã, & heluones appellant. Hæc Baſilius. Et ideo credo Canonizationes Sanctorum hac de cauſa poſt præſentium ſæcula fiũt, ne recens memoria minimorum affectuum, quos neceſſario natura patitur, quos homines deffectus cenſent, procul ſint à memoria, nec debitæ reverentiæ obſint.

Nec Religioſi libidinẽ hanc extra clauſtram vagadi etiam intuitu pietatis, & ædificationis, non extinguentes, de numero Beatorum erunt: imó potius damnaturum. Circa quod S. Tho. è Villa-Nova ſer. de S. Doroth. ubi variam Religioſorũ exercitia ab eis charitatis zelo palliata refert, gravi cenſura eadem damnat. *Non eſt hæc Charitas* (ait) *ſed grandis ſtoliditas; propriæ vocationis terminos transgredi, propriam lampadem extinguere, ut alienas, accendant; ſe ipſos damnationi exponere, ut alios ſalvos faciant.* Extincta lampade, Religioſo, non ne virginibus fatuis reſponſio, eidem dabitur: *Clauſa eſt ianua: neſcio vos.* Quid illi proderit: ſi alios univerſos lucretur, ſi ſuæ animæ detrimentum patiatur? Turbata eſt eiuſmodi Religioſorum mens: infatuati, videntes non vident. Audiamus exemplum ab Vmberto relatum ex vitis Patrum, l. 2. de modo Fredic. cap. 23. & habetur 8. tom. Biblio. hecç in Aphor. l. 2 de Quiete. Etenim tres Monachi elegerunt, unus litigantes ad pacem reducere, alter infirmis ſervire, tertius quieſcere in ſolitudine: duo ergo priores tædio affecti de ſtatu ſuo venerunt ad tertium, & narraverunt tribulationes ſuas: quibus ſcyphum cum repleviſſet ex aqua turbida iuſſit reſpicere, & reſpicientes in aqua nihil viderunt. Tunc poſuit ſcyphum

S. Thom. è Vil. Nova.

Mat. 25. 4.12.

Biblint. Patrum.

phum

phum, & dimiſit aquam quieſcere, & dixit eis: reſpicite, & tunc reſpicientes viderunt vultus ſuos, & dixit: *Sic eſt, qui eſt in medio hominum: prætur ba non videt peccata ſua; cum autem quieverit in ſolitudine, cognoſcit illa.*

Diſcant ergo Religioſi converſationem extraneorum fugere, nam nec ipſi ædificantur quãdo minimum etiam riſum vident, quin potius gravius iudicantes parvi ęſtimant omnes alios inſtituti profeſſores.

10 Bene verũ eſt, quod inſtante neceſſitate, bene poſſunt Religioſi apud fæculares diverti aliquando, ſed quales hic futuri? Prælatus probare, & eligere debet, & eius iuſſione apte, & ſecura contientia extra clauſtra diverti poterit Religioſus in animarum profectum. Vnde ſubdit S. Thom. è Villa-Nova ubi ſuprà: *Si accedat mandatum Prælati, & alij copiam faciant, confidenter obediat.* Et ipſe ſe non intromittat, ut ſuprà dicebamus, quod ſe paſſivè debet habere ad arbitrium Superioris. Circa quod idem Baſilius tom. 2. de vita Solitaria cap. 28. *Poteſtatem vero ſui ipſius, ne in minimo quidem habeat Religioſus, ut proprijs ſe dedat negotijs. Neque enim inſtrumentum ſane abſque artifice movetur, neque membrum à toto corpore, vel brevi ſeparari, aut præter placitum interni artificis, ac Præſidis totius corporis moveri poteſt, nec Religioſo præter arbitrium Præpoſiti aliquid conari, vel operari conceditur.* Quem viderit ergo Prælatus plenum eſſe virtutis, & abundare, ut ex eius ſuperabundantia fæculares ędificare poſſit, hunc eligat, & mittat. Huic loquitur Bernard. ſerm. 18 in Cant. *Si ſapis, concham* (ait) *te exhibebis, & non canalem. Hæc ſiquidem pene ſimul, & recipit, & refundit; illa vero donec impleatur expectat: & ſic quod ſuper abundat ſine ſuo damno communicat. Et ne meum conſilium contemptibile ducas: audi ſapientiorem me. Stultus* (ait Salomõ) *profert totum ſpiritum ſuum ſimul; Sapiens reſervat in poſterum. Verum canales multos hodie habemus in Eccleſia, conchas verò paucas. Quos reprehendimus ſunt illi qui, ut canales tantæ charitatis ſunt, ut ante effundere, quam infundi velint, loqui quam audire paratiores, & prompti docere, quod non didicerunt, &c.*

S. Thom. á Villa-Nova.

S. Baſil.

S. Bernar.

Prov. 29. B. 11.

11 Denique, nec valet dicere per hoc conciliari devotorum animos noſtræ neceſſitati ſubveniendi, quia ſi, ut diximus ſcandalizantur, minus nobis erunt propitij: & hoc ſapit ſolicitudinem, quam damnat Evangeliũ, ideoq; tãta ſolicitudo non modo Religioſorum, ſed nec Chriſtianorum non eſt, ſed Gentilium, dicente Domino, Matth. 6 D. 31. *Nolite ergo ſoliciti eſſe, dicentes: Quid manducabimus, quid bibemus, aut quo operiemur. Hæc enim omnia Gentes inquirunt. Scit enim Pater veſter quia his omnibus indigetis.* Hæc omnia dabit Dominus nobis non quærentibus, dummodo primúm regnum Dei, & iuſtitiã quæramus eius. Pauperes ſumus Evangelici, fidamus verbo Chriſti Ieſu. *Paſcentur primogeniti pauperum* (ait Iſaîa cap. 14. G. 30.) *& pauperes fiducialiter requieſcent.* Super quo Hieronymus. *Paſtore ſolicito ipſi agent fiducialiter.* Patri ergo noſtro curæ eſt de nobis, in eius manu ſunt corda omnium, & movebit quos voluerit ad ſubveniendum nobis, ſi Religionis ſepta, in quibus nos poſuit, non deſeramus. *Propter ſolicitudinem veſtram* (ait S. Thereſia Camino de perfecion c. 2.) *non mutat alius cogitationem ſuam, nec ponitur ei voluntas eleemoſynandi. Relinquite eiuſmodi curam valenti omnia movere, qui eſt, el Señor de las rentas, y de los renteros.*

Matth. 6. D. 31.

Iſa. 14. G. 30.

S. Hier.

S. Ther.

Et addere oportet ſentẽtiam Caſſiani de ſpiritu, Accediæ, lib. 10. cap. 7. ex qua conſtat periculum eſſe Monacho, etiam prætextu eleemoſynas acquirendi, foras cõverſari: *Nunquam poteſt, neque apud eos quidem* (inquit) *qui ſæculi homines ſunt, honeſte incedere, qui nequaquam clauſtris cellæ inhærere contentus eſt. Sed neceſſe eſt eum inhoneſtum eſſe dum neceſſaria victus requirit.* Quod intellige ſi ipſe ſe intromittat ex libidine vagandi, & ſine probitate, ſupra art. 6. requiſita, & notata.

Caſsiani.

Nos.

ARTICVLVS IX.

Qualiter Religiosus erga parentes suos indigentes, & erga consanguineos pietatem veram, vel deordinatam exerceat, conformem, vel diformem statui suo Religionis?

1 DEformatorum Religiosorum ultimum abusum, quatenus respiciunt sæculum, ponamus, deordinatã aliquorum communionem, & amorem parentum, & consanguineorum, dum, ut eorum agant negotia, statum illorũ augeant, solicitudinibus se implicant, monasteria deserunt, Curias frequentant, & divites illos, ac officijs, vel dignitatibus promovẽdos facere curant: idque titulo Pietatis, quam Religio non tollit facere, & exhibere.

Vt abusus hic melius intelligatur, & quod Religiosum statũ dedecet cognoscamus, videamus quę sit vera Pietas, quæ prava, & deordinata in Religiosis erga parentes, & cõsanguineos subveniendos, & augendos? S. Thom. 2. 2. q. 101. art. 4. hanc tractat ex proposito difficultatem, & docet, quod Religio est virtus, & similiter Pietas, idòque inter se compatiũtur, & haberi potest utriusque perfectio: & cum cuiuslibet virtutis actus debeat esse bene circumstantiatus (aliàs esset vitium, ideò Pietas, quę est erga parentes habet pro circunstantia, & debito modo, quod Deus diligatur plus quam parẽtes, sicut dixit Ambrosius in c. 9. Lucæ: *Necessitudini generis, divinæ Religionis pietas antefertur.* Si ergo cultus parentum abstrahat nos â cultu Dei, iam non erit virtus vera Pietatis, sed abusus eius. Et contrarium esset vera Pietas, scilicet relinquere cultum parentum pro cultu Dei: *Per calcatum perge patrem* (dixit S. Hieronym. tom. 1. Epistol. 1. ad Heliodor.] *per calcatam perge matrem, ad vexillum Crucis evola. Summum genus Pietatis est in hac re esse crudelem.* Ideò dixit Dominus,

S. Thom.

S. Ambr.

S. Hier.

Luc. 12. *E.* 26. *Deut.* 33. *B.* 9. Luc. 14. *Si quis venit ad me, & non odit patrem ſuum, & matrem ſuam, & uxorem, & filios, & fratres: adhuc autem, & animã ſuam, non poteſt meus eſſe diſcipulus.* Et de Leuitis dictum eſt Deut. 33. B. 9. *Qui dixit patri ſuo, & matri ſuæ: Neſcio vos, & fratribus ſuis: Ignoro illos, & neſcierunt filios ſuos, hi cuſtodiunt eloquium tuum, & pactum tuum ſervaverunt.* Quod expoſuit Gre-

S. Greg. Mat. 8. *c.* 21 22. *Luc.* 9. *G.* 59. 60. gor. hom. 37. in Evang. *Parẽtes* (ait) *quos adverſarios in via Dei patimur odiendo, & fugiendo neſciamus.* Sic Mat. 8. & 9. *volenti ſequi Chriſtum, & dicenti: Permitte me primum ire, & ſepelire patrem meum*, reſpondit Chriſtus? *Sine ut mortui ſepeliant mortuos ſuos.*

2 Mirantur Sancti, quomodo Chriſtus Dominus prohi-

S. Thom. S. Chryſ. buerit opus pietatis ſepeliendi patres, ſiquidem brevi tempore abſolvi poterat expeditio funeris! Reſpondet D. Thom. ubi ſupr. ad 2. ex Chryſoſt. homil. 28. in Mat. quod Chriſtus per hoc exemit Diſcipulum à multis malis, à luctibus, meroribus. Et item à teſtamẽti ſcrutatione, hæreditatis diviſione, & alijs impedimentis, quibus implicari, ſine cauſa, non oportebat, quando alij erant qui complere poterãt: & ideo retrahi à munere regni Dei, non permiſit Dominus. Vel ſic, ut

S. Cyril. Cyrillus in 9. Lucæ exponit: *Diſcipulus ille* (inquit) *non petijt quod patrem iam defunctum ſepeliret, ſed adhuc viventem in ſenectute ſuſtentaret uſque quo ſepeliretur. Quod Dñs, non conceſsit, quia erãt alij, qui eius curã habere poterãt linea parẽtelæ aſtricti.*

Nos Nos tom. 1. Erudit. Evang. lib. 9. Exh. 6. ar. 1. §. 1. expẽdimus hunc locũ, ſic â Dño prohibitum ſepelire patrem, quia dixit: *Permitte me primũ*, quód eſſet poſtponere amorem parentũ amori Chriſti, maioriq; appretiatione, quam Dñs vetaverat: cũ ipſe, qui præcipuus Pater eſt, primũ ſit venerãdus

Mat. 10. *D* 37. *S. Chryſ.* Sic Mat. 10. *Qui amat patrẽ aut matrem pluſquã me, non eſt me dignus.* Circa quod Chryſ ubi ſupr â: *Quid igitur hic præcipuè diſcimus* (inquit) *niſi quod nullo momento temporis caduca hæc, etiam ſi neceſſaria videantur, ſpiritualibus ante ferenda ſunt?*

S. Ambr. Et S. Ambroſ. in c. 9 Lucæ. *Hic paterni quoque funeris ſepultura probibetur, ut intelligas, humana poſt habenda divinis. Bo-*

num

num studium, sed maius impedimentum: nam qui partitur studiũ, deriuat affectum: qui dividit curam, differt profectum. Et hæc est circumstantia Pietatis, ut dixit S. Thom. S. *Thom.*

3 Ad hunc eumdem sensum trahẽdus est alius casus, quẽ idem Evang Lucas ibid. c. 9. G. 61. propter quem dixit Dñs verba supra allata art. 6. *Nemo mittens manum suam ad aratrũ, &c. Sequar te* (dixit unus ex auditoribus) *Domine, sed permitte mihi primum renuntiare his, qui domi sunt.* Quia non tantum, ut notat Caiet. in Luc. 9. dictio græce significat dicere vale, sed, datis mandatis, dicere vale, quia prius volebat componere negotia sua, & hic affectus in iam sequente Christum, reverteudi ad negotia sæcularia amputandus, quia impeditiva spiritualium, & separantia à Christo: *At, quæ uterque rogabat* (ait de his Basilius in Constit. Monast. c. 21.) *rationi maximè consentanea esse videbantur, ac iustissima; sed enim ne utiquam ea Salvator probavit, neque, vel ad punctum quidem temporis seiungi ab ipso cælestis regni alumnos permisit.* Vulgata correcta à Clemente VIII. habet. *Renuntiare his quæ domi sunt,* generis neutrius, & renuntiare non est, certiores facere domesticos, sed renuntiare, & dividere bona, & res familiares, quod non est permissum, quia, cum iam de numero Discipulorum Christi esset, & Religiosus, non poterat iterum renuntiare, & distribuere bona, quia respiceret retro exercendo actum proprietatis contra emissam paupertatem. Vnde D. Tho. in eodem art. resp. ad 4. *Ille vero* (inquit) *qui iam est in Religione professus reputatur iam quasi mortuus mundo: unde non debet occasione sustentationis parentum exire Claustrum, in quo Christo consepelitur; & se iterum sæcularibus negotijs implicare.* Sic parentes sustentare, & consanguineorum negotijs, non omnino necessarijs, se intromittere Religiosum; Pietas non est, sed corruptela, qua impeditur cultus Dei secundum statum Religiosum debitus. S. *Basil.* S. *Thom.*

4 Testes mihi sint, affectuose intendentes negotijs consanguineorũ, qualiter deficiãt in obsequio Dei ex professione debito: perit interna cordis pax, indispositi manẽt ad orãdũ

& ad alia exercitia Religiosa: torquentur adversitatibus suorum, congaudent prosperitatibus. Renuntiarũt, ac relinquerunt in se delectationes, iam mortificati, & volunt eas resumere in consanguineis, quorum onera super se imponunt, & mancipantur eis, ius que super Religiosos dicunt habere parẽtes ad suas commoditates. Hoc detestatur Christus, hoc sancti tanquam omnino alienum ab statu Religioso. Abbas Tritemius hom. 12. de Monachis: *Monachus* (inquit) *in domo patris, & matris quasi agnus in medio luporum, & quasi lepus, qui venatorum circundatus est canibus. Si Monachus es, si Dei servus, & miles, quid facis in domo parentum?* Hanc non esse veram Pietatem docet S. Aug. Epistol. 38. *Nam ista umbra pietatis* (inquit) *de folijs arboris venit, quibus se Primi parentes nostri damnabili pietate texerunt.* Hanc pietatem vocat S. Hieronymus ubi suprà Arietem bellicum: *Aries iste pietatis, quo fides quatitur Evangelij, retundendus est muro.* Duplici cuspide constat Aries hic, amore scilicet naturali ex parte nostri, & importunatione ipsorum parentum ad destruendam perfectionem Religiosam: â quibus defendi oportet per murum doctrinæ Evangelicæ, qua docemur Deum amandum super omnia.

Tritem. *S. Augus.* *S. Hier.*

Luce 14. E. 26.

5 Pari passu currunt in Evangelio Luc. 14. odire propriam animam, & renũtiare parentibus: ideo sicut qui animam amat [plus æquo] perdet eam, sic qui plus amat parẽtes perdet eos: *Dum propinquorum odio* (ait S. Gregor. lib. 7. c. 14) *animæ quoque nostræ odium subinfertur, patenter ostenditur: quia sic propinquos, sicut nos metipsos odio habere præcipimur.* Et D. August. Epist. 38. *Quod alio loco de anima idem Dñs dicit, in parentes quoque potest congruentissime convenire: Qui amat* [inquit] *animã suam perdet eam. Dicam etiam fidenter, qui amat parentes suos, perdet eos.* Quia consentiendo eorum inordinato amori involvimur sæculi rebus, & implicamur, ideòque qui in causa sunt, culpa non carent, & orbantur fructu nostrarum orationum, & bonorum operũ, quæ in quiete Monasterij nobis essent, ideòq; amando illos deordinate, nec ipsi nobis. nec nos ipsis prosumus: & omnes perimus. Venerabilis Beda super 9. Lucæ. *Si*

S. Greg. *S. Augus.* *Beda.*

se.

Secuturus Dominum discipulus [inquit] *quia vel hoc domi renuntiare velit, arguitur: quid fiet illis, qui nulla utilitatis, nulla Fidei ædificandi gratia sæpius suorum, quos in mundo relinquere domus revisere non timent?* Item S. Basil. in Constit. Monast. c. 21. postquam dixerat, nos ex animo mentis contemplatione è terra in cœlum emigraverimus, non oportet, mundo altiores facti, parentes terrenos amare, quatenus relictis illis oportebat sequi Christum, quasi mortui illis facti: *A propinquis autem amicis, parentibus ve, animi affectione, nos tam longe oportet esse disiunctos, quam longe eos, qui iam sunt vita defuncti à vivis debemus distare.* Et quidem si é contra fiat, si mundo, & parentibns vixerimus, moriemur Deo, & tanquam non habentes operationem vitæ, dicit Basilius, ubi suprà tales esse: *Fit hinc, ut veluti statua sit Monachus, quæ solam Monachi figuram circumferat, nimirum, quæ nusquam virtutibus sit animata* Deest illis Religiosis perfecta omnium virtutum Charitas, illarum anima: *Arguitur illorum tepor, qui Deo vacare volêtes, & mundo renuntiant, & curas proprias aspernantur* (ait Isid. lib. 3. de Summo bono c. 21.) *sed dum propinquorum utilitates procurant â Dei amore se separant. Multi Monachorum* (idem ibidem] *amore parentum non solum terrenis curis, sed etiam forensibus iurgijs involuti fuerunt, & pro suorum temporali salute animas suas perdiderunt.* Et quia hæc mala ex carnali proveniũt amore erga propinquos, continget aliquando opus aliàs bonum vitiari: *Interdum ordinata discretio est* (idem Isidorus) *dum negetur parenti, quod præstatur extraneo: ut noveris non prohiberi Pietatis officium, sed negari carnalitatis affectum. Parentibus enim carnaliter præstatur, quod extraneis pie impenditur.*

S. Basil. S. Basil. I. Isidor.

6 Oportet ergo si Religiosus perfectionem sui status habere vult, & Deo debitũ exhibere cultum, ut renuntiet amori indiscreto parentum: *Dum amori propinquitatis indiscrete diserviunt* (ait S. Gregor. 7. Mor. c. 14.) *ad ea sæpe per affectum cognationum redeunt, quæ iam etiam cum proprio despectu subegerant. Cumque plusquam necesse est carnis propinquos diligunt re-*

S. Greg.

S. Theref. *retracti exterius à cordis parente dividuntur.* Et S. Ther. Camino de perfecion, c. 6. *Miror equidem* (inquit) *quam magnum detrimentum operetur communicatio cum cognatis! Non credet niſi expertus. Et quam ſepulta oblivione in Religionibus, vel maiori illorũ parte hæc perfectio! Ignoro, quid in mundo reliquimus, qui dicimur omnia reliquiſſe, ſi nõ ſeiungimur a præcipua mũdi cura, quã erga parentes exhibemus. Eo pervenit negotium, ut exiſtimẽt defectũ virtutis, non tradare, nec velle, notabiliter Religioſos cum parentibus: & quomodo id ipſi aſſeverẽt, nec rationes proſe deſſe alegãdæ.* Et ſic pro inſtauratione ſtatus Religioſi oportet eiuſmodi affectatas, & exhorbitantes curas, & ſolicitudines erga commoditates, augmenta, & conſolationes parentũ, & conſanguineorum, quæ tot damna inferunt Religioſis, abſtrahendo illos à debito cultu & ſervitio Dei ſecundum ſuum inſtitutum, omnino prohiberi: quia actiones noſtræ veluti emortuorum mundo, erga cæleſtia tantum eſſe debent.

Notanda valde venit ſententia, ut in part. 1. Hiſtoriæ S. Francifci fertur, quã cuidam volenti fieri Religioſum dixit *Ægidius* Ægidius Franciſcanus Monachus: *Vade ergo prius, & occide omnes cognatos tuos.* Quia non tantum nos mortui parentibus eſſe debemus, ſed, & ipſi nobis. Vnde memorabile eſt illud *Caſſiani.* Caſſiani, l. 5. c. 32. de Abbate Machete, qui cum quindecim annis in ſolitudine vixiſſet, & multæ litterę patris, matris, & amicorum delatæ ei fuiſſent, eas non modo non lectas, ſed ne reſignatas quidem, ne vel inani eum gaudio lactarent, vel infructuoſa triſtitia afficerent, igni ſtatim comburendas tradidit: *Ite* (inquiens) *inanes cogitationes patriæ, pariter concrememini; ne me ulterius ad illa quæ fugi, revocare tentetis.*

7 Verum eſt tamen, quod Pietas erga parentes, & conſanguineos exhiberi poteſt, quatenus noſtro Religioſo ſta- *S. Thom.* tui non diſſonant, & hoc laudabile erit. Sic D. Thomas ubi ſuprá in corpor. art. 4. *Si vero exhibendo debita obſequia parentibus* (ait) *non abſtrahamur à divino cultu, hoc iam pertinebit ad Pietatem: & ſic non oportebit propter Religionem, Pietatem de-*

deserere. Et resp. ad 4 concludit: *Tenetur tamen, salva sui Prælati obedientia, & suæ Religionis statu, pium studium adhibere, qualiter eius parentibus subveniatur.*

Sic de licentia Prælati potest aliquas quærere eleemosynas ad subveniendas necessitates parentum, imò, & ipsum Monasterium iuxta facultatem suam, quia Religiosus se totum tradidit, debet eleemosynam dare. Quod si necessitas parentum extremma, vel gravis sit, quam sublevare tenetur filius ex præcepto naturali, & divino, nec sit alius qui eis subveniat, prætermittendus sit sui status cultus Deo debitus, non primario, & directè ex præcepto naturali, sed ex privata lege voti, & consequenter ex precepto naturali, quo debemus servare vota? gravissima difficultas est, quam eleganter resolvit P. Greg. de Valent. tom. 3. disp. 7. 9. 1. punct. 2. & duas extremmas reconciliat sententias. *Gravis difficultas.*

8 Prima †quæ affirmat teneri Religiosum ad observantiã præcepti naturalis de honore parentum, non adeo, ut redeat ad sæculum relicto Monasterio, quia iam civiliter mortuus est mundo: & ideo iuxta statum suum tenetur sub obedientia facere quæ potest: sicut coniugatus quamvis teneatur præcepto naturali alere indigentes parentes, non ideo (si aliter sufficere non potest sustentare) potest, nec debet relinquere uxorem, & liberos: sic status Religiosus nõ est relinquendus, &c. Hæc sententia vera est regulariter loquendo, quatenus examinare requirit legitimam parẽtum necessitatem, & idoneitatem Religiosi ad subveniendum: & an in hoc periclitetur vita Religiosa extra clausuram? pertinet ad Prælatum iudicare, & sub obedientia eius moveri, qui alias mundo mortuus erat. †*Ita tenẽt S. Thom. ubi suprà ad 4. ubi Caietan. Abulens. q. 69. n. 8. Mathei Navarr. in Man. cap. 13. n. 14. Greg. de Valentia.*

9 Secũda sententia est Maioris in 4. d. 38. q. 16. & aliorũ qui sentiunt Religiosum in casu quo obligat præceptum naturale subveniendi parentibus tenetur hoc ad implere, prætermissa Rellgione non minus ac si Religiosus non esset, quia preceptum naturale de subventione parẽtum prius est, & antiquius quam obligatio voti, quæ non potest tollere primam, *Maior.*

ne-

neque absolutè neque quoad circũstantiam,& modum. Hãc sententiam intelligit veram, si nulla ex parte esset dubia necessitas parentum, sed constaret omnino : & iudicio prudentum salus Religiosi non haberet spirituale periculum, manẽdo in sæculo. Sic quamvis Prælatus renuat, potest, & debet Religiosus Religionem deserere,& subvenire parenti quandiu necessitas duraret.

Et est optima ratio, quia votum habet pro materia maius bonum: in hoc autem casu obseruantia vitæ Religiosæ nõ esset maius bonum, imò nec bonũ, utpote impeditiva maioris boni, adimplendi præceptum naturale. Quæ ratio militat non tantum in principio, quando sufficienter impediret ingressum Religionis, sed etiam post ingressum superueniens. Sic Christus Dominus, Matth. *15.* ostendit contra Pharisæos, id, quod naturali præcepto est debitum parentibus, nequaquam illis subtrahendum esse prætextu Religionis, seu obligationis factæ Deo, id enim munus minime placitum esset Deo.

Mat. 15. A. 5.6.

10 Hinc denique illud exemplum primæ sententiæ de filio habente uxorem, quod satis adimpleat hoc præceptum naturale succurrendi parentibus, quantũ patitur conditio sui status, non æque, ac si esset solutus ab uxore: non infert bene ita debere esse in Religioso, quia uxoratus tenetur strictissimo præcepto etiam naturali tueri statum Matrimonij : cui proinde præcepto non est mirum, si præceptum subveniendi parentibus quoad modum cedat : votum autem cum non ita strictè obliget, facile cedit præcepto naturali : maximè cum Deus qui nostris oblationibus non indiget, facile etiam cedat, quando sine iniuria, & detrimento proximi (præsertim adeo coniuncti, ut est parens] non potest adimpleri, quod est ei promissum. Itaque in casu secundæ sententiæ nunquam admittendum est statũ Religiosum per se esse circunstantiam, quæ eximat filium ab obligatione præcepti naturalis, imó potius talis obseruantia, cum detrimento parentum non esset vera virtus Religionis, nam hæc cũ vera compatitur Pietate.

AR-

ARTICVLVS X.

Abusus Religiosorum inter se se contra amorem, & pacem Fraternam.

1 SÆpe de amore Fraterno sermonem fecimus tamquam observantia statui Religioso convenientissima, imó sine qua omnino stare non potest ; ideo aliquos abusus, qui eũ infestant, è medio tollamus, ut Ftatres inter se se quiete, & pacifice vivant, & Domino famulentur. Diximus suprà, & desumpsimus ex Aphorismis Superiorum : *Ama Fratres tamquam Fratres; fuge Fratres tanquam dæmones : & inimici hominis domestici eius: & fere nullum invenies, qui in eodem statu semper permaneat.* Ex quibus verbis significatur amoris Fraterni conservationem ex eo pendere, quod nos amemus, ut Fratres eiusdem cœlestis Patris filios; & nos fugiamus tanquam mobiles deceptibilesque, aut fraudulentos, quatenus Fratres ex Adamo Patre, qui in eodem statu non permansit Dœmonis tentationem audiendo, & non fugiendo. *Nos.* *Ioannet.* *Niño.*

2 *Pax est triformis* (ait S. Bernar. lib. Sentent.) *Ficta, ut in Iuda. Inordinata, ut in Adam, & Eva: Vera, quam Christus reliquit discipulis suis.* De prima mala pace ex damnato corde proveniente, quæ Congregatio secura credetur, quando in Collegio Apostolico, præsente, & gubernante Christo Domino locum habuit ? *Qui porro inter se* (quærit Augustin. lib. 19. de Civ. cap. 5.) *amiciores esse solent, vel debent, quam qui una etiam continentur domo? Et tamẽ quis inde securus, cum tanta sæpe mala ex eorum occultis insidijs extiterint, tanto graviora, quanto pax dulcior fuit: quæ vera putata est, cum astutissime fingeretur?* Christi Discipulus dulces cũ eo capiebat cibos, eloquia illius dulcia audiebat, sed cum cor damnatum per immissionẽ Diaboli, corruptumque haberet, osculum dulce pacis dedit ficte, & malitiose. Talis erat mulier illa meretrix, Apoc. 17. B. 4. Habens poculum aureum in manu sua, quod tamen erat, plenum *S. Bernar.* *S. Augustin.* *Apoc. 17.* *B. 4.*

num

num abominatione, & immunditia tales sunt dolosi omnes, blandientes amicos osculis, & salutationibus pacis Fictæ, cum tamen illos odio habeant eisque parent insidias.

3 Deordinata pax Adam, & Evę ex Diaboli suggestione corda aliquorum Religiosorum intravit, ut Mundo, non Deo uniantur: *Qui propterea dant sibi pacem* (ait Augustin. tract. 77. in Ioann.) *ut sine molestia litium, atque bellorum, non Deo, sed amico suo Mundo perfruantur.* Et sic si cum iustis pacem habent, non est, quia eos diligant, sed ne ipsis impedimento sint ad fruendum bonis, cū corda disiuncta sint: *Et iustis dant pacem* [Aug. ibidem] *ut non eos persequantur. Pax non potest esse vera, ubi non est vera concordia: quia disiuncta sunt corda.* Et quando ipsi boni & iusti ipsorum opinioni non consentiant, pax sua bellum cō-tra illos procaciter parit. De his Bernard. serm. 24. in Cantica: *Ineunt* (inquit) *familiaritatem ad maledicendum, concordes ad discordiam.* Et serm. 5. de Assumpt. B. M. *Talis unitas* (ait) *imò perversitas solet esse aliquorum Fratrum tepide, ac remisse conversantium: quibus si quid honestatis, aut insigne cuiusquam bonæ conversationis persuadere velis, promptiores sunt maiori dispendio, ac difficultate graviori resistere, quam facili compendio assequi velle, quod rectum esse constiterit. Perversa, & exsecranda talis unitas.*

S. Augustin.

S. Bernar

Huius pravæ pacis causa est consilium pravum, innata superbia, & inobedientia Deo, quæ in concordia Adam, & Evę consilio Serpentis consentientium, ut superbi proijcerent retrorsum præceptum Dei, videre est. De superbo, ait Augustin. lib. 19. de Civit. *Odit iustam pacem Dei, & amat iniquam pacem suam.* Quomodo habebit pacem cum Deo, qui eius nō obedit mandatis? *Quis resistet ei, & pacem habebit?* dixit S. Iob. c. 9 & S. Ambrosius in cap. 12 Epistolæ ad Rom. *Hic est enim impacificus, qui prætermissa voluntate legis suum ius sequitur.* Quod è contra de bonis dicit Augustin. *Ideo filij Dei pacifici: quoniam nihil in eis resistit Deo.*

S. Augustin.

Iob 9. A.

4.

S. Ambr.

S. Augustin.

4 Vera ergo pax quæ inter Fratres versari debet, ut fraternus amor conservetur, & abusus pravæ, ac deordinatę pacis pro-

propellantur, est pax Christi: ipse enim dixit, Ioan. 14. (*Pacem* *Ioan. 14.*
relinquo vobis, pacem meam do vobis: non quomodo mundus dat *D. 27.*
ego do vobis. Pax hæc inimica est paci Mundi, ideoque in primis illam trucidat, nam initium Veræ pacis est destructio Fictæ pacis: *Nolite arbitrari* (dixit Dominus, Matth. 10.) *quia pacem venerim mittere in terram: non veni pacem mittere, sed gladium. Veni enim separare hominem adversus patrem suum, & filiam adversus matrem suam, & nurum adversus socrum suam: & inimici hominis domestici eius.* Familiares, & magis coniuncti sicut progenies Adam, & Evæ, pacem ineunt, cuius destructio necesse est interveniat, ut pax Christi introducatur: *Est enim bona discordia* (ait Chrysost. tom. 3. hom. 56. in cap. 9. Ioan.) *& concordia mala: quamobrem ait: Si oculus tuus scandalizat te, eijce eum: & si pes, abscinde eum: quod si membrum male coniunctũ abscindendum est: non ne longe magis pravi amici? Dico hoc, ut malos fugiamus, bonos sequamur.* Sic introducetur Vera Christi pax, quæ veri amoris Fraterni effectus est: unimur in nobis ipsis cum plena ad Deum subiectione, ut [e]logijs amoris Fraterni veré filiorum Dei nostra commendetur societas, & Religio. Sic August. lib. 1. serm. Domini in Monte, c. 2. pacificos vocat filios Dei. *Qui omnes animi motus in se subdunt rationi, & rationem Deo.* Et Origenes tom. 2. lib. 4. in Cap. 5. Epist. ad Rom. *Habeamus nos igitur pacem* [ait] *ut ultra non adversetur caro spiritui, nec legi Dei obsistatur á lege membrorum. Nec intra nos metipsos, nec extrinsecus ad invicem habeatur ulla dissensio, & tunc pacem habemus ad Deum per Christum.* Hoc est habere pacem Christi, quam reliquit nobis, & dedit, non quomodo Mundus, sed nos inter nos, & cum ipso uniti maneamus.

S. Chrysst.

S. Aug.

Origenes

Pacem Christi, & servaverunt, & annuntiaverunt Angelici chori quando natus est mundo: *Facta est cum Angelo* (ait Lucas c. 2. B. 13.) *multitudo militiæ cœlestis laudantium Deum, & dicentium: Gloria in excelsis Deo, & in terra pax hominibus bonæ voluntatis.* Deficiente bona voluntate, qua diligimus Fratres, utique pax Christi, non erit nobis, neque in laudibus divinis,

S. Lucæ

vinis, quando convenimus in choro, Angelorum erimus imitatores (quod est munus status nostri Religiosi) sed potius dæmonum: licèt enim hominibus propter abstinentiam, & mortificationem videamur Angeli, qui abstinentiam servant, hoc & Angeli mali faciunt, non ideo quando in choro psalmis, & hymnis resonamus, vocem Angelorum Dei formabimus, si concordiam cum Fratribus non habemus.

S. Ephr. Hoc deplorabat S. Ephren Syrus Monachus eximius: *Adversus eos qui vitiose vivunt*: ad Monachos converso sermone: *Cum Angelicum feramus habitum* (inquit) *una cum Diabolo militiam gerimus! Habitus quidem est Angelicus; at vita mundana. Nunquid inter Angelos in cælis contentiones vigent, & æmulationes, sicut nunc inter Monachos videmus? Radices quippe egit inter eos æmulatio, & invidia.* Ergo Chorus Monachorum ubi æmulationes, & dissensiones, quantumcunque pœnitentes appareant, non resonat cœlestium Angelorum voce. Optime D Hieronymus Epist. ad Rom. *Quisquis concordiam de-*

S. Hier. *serit* [ait] *Deum quidem laudat in tympano: sed non laudat in choro. Vbi dissensio est, ibi chorus non est.* Tympanum symbolum est pœnitentium quorum pellis adhæret ossibus, quàm si nõ comitetur concordia gratum Deo sonum non faciet.

S. Gregor Totam rem expendit Gregor. 3 p. Pastor. c. 13. *Qui abstinentiam à concordia separat* (ait) *quid admoneat Psalmista perpendat: Laudate eum in tympano, & choro. In tympano namque sicca, & percussa pellis resonat. In choro autem voces societate concordant. Quisquis itaque corpus affligit, sed concordiam deserit, Deum quidem laudat in tympano, sed tamen eum non laudat in choro.* Et non solum discordes in choro Deo gratas, non dant laudes, imò & neque in Altari: *Discordes tandiu* [subdit S. Gregor.] *nullum bonum operis sacrificium immolant Deo, quandiu à proximorum charitate discordant.* Quamvis enim Altaris sacrificium ex se idem in sancto, ac in pravo Sacerdote sit Deo gratum; ex opere operantis nil meretur, aut impetrat charitatis, & amoris expers, nec Deo opus gratum facit, dicente Domino de eo, qui in amore fraterno defecerit, Matth. 5. D.

24. *Relinque ibi munus tuum ante Altare, & vade prius reconciliari fratri tuo: & tunc veniens offeres munus tuum.* Ergo præter id, quod nomine Ecclesiæ Sacerdos discordiam cum Fratribus servans, agit, nihil ipse à se Deo gratum facit, neque immolat Deo bonum operis sacrificium, quandiu a proximorum charitate discordat.

5 Solet etiam quædam pax inter Religiosos observari, quæ fundata in naturali complexione, vel etiam spiritualiter, non ex radice præfatæ duplicis pacis fictæ, & deordinatæ, ex qua provenit aliquos magis communicari inter se sẽ quam cũ alijs: fiunt enim quædam conventicula, quæ veluti abusus contra charitatem venit exterminandus. Audiamus quid de hoc Sancti sentiant. S. Basilius serm. 1. de Instit. Monachor. *S. Basil.* *In communi contubernio* (ait) *non patitur charitatis lex aliquas coire seorsum, aut amicitias, aut familiaritates: siquidem nullo modo fieri potest, quin affectiones istæ, quæ in hanc magis, quam in illam propendunt partem, plurimum incommodent communi omnium concordiæ.* Et idem serm. 2 prosequitur: *Quoniam autem æquali prorsus inter se vicissim charitate complecti omnes debent: iustitia violatur, quotiescumque in communi conventu privatæ aliquæ coitiones reperiuntur. Qui enim unum aliquem magis quã cæteros diligit, is quod non perfectè cæteros diligat de se ipso inditio est. Quo circa ex conventu reijciendus est amor iste singularis, ex quo sulpitiones, invidiæque oriuntur. Vbique enim æqualitatis defraudatio, invidiæ, odijque materia, ac seminarium existit.*

Item S. Laurentius Iustinianus de disciplina, & perfectione Monastica: *Interdicenda est* (inquit) *assidua, & privata conversatio in collegijs servorum Christi, quæ, quamvis in nullo alio reprehensibilis sit, sine proximorum tamen scandalo fieri nequit: neque alios perfecte amare potest, quia talis Monachus eos cõturbat, & scandalizat*: Et paulo inferius scandalum, & inconvenientia inde secuta refert *Nam solent in conversationibus* (inquit) *familiaribus, nimirumque assiduis, intermisceri vaniloquia, scurilitates, detractiones, & effrenati risus, per quæ mens distrahitur, compunctio dissolvitur, gratia subtrahitur, proximus male* *S. Laur. Iustin.*

ædificatur, oratio confunditur, confidentia amittitur, conſcientia obtenebratur, atque pretioſum tempus inutiliter conſumitur.

6 Timoratam conſcientiam præmunt hæc omnia: tum, quia de minimo verbo otioſo reddenda ratio, & nullum remanebit inultum; tum quia ubi incipit conſolatio carnis deficit dulcedo ſpiritus, quám qui non guſtavit non ſentit: ſed quidem inſciens, & imprudens cum quinque fatuis virginibus pœnas dabit. Quam aliena ſit eiuſmodi converſatio à profeſſore perfectionis Religioſæ tradidit Paulus ad Epheſ. 4. dicens. *Omnis ſermo malus de ore veſtro non procedat; ſed ſi quis bonus ad ædificationem fidei, ut det gratiam audientibus. Et nolite contriſtare Spiritum Sanctum Dei.* Qui revera contriſtatur, dum ex inordinata noſtra converſatione proximus ſpiritualis divertitur ad temporales, & inutiles converſationes. Quod pro comperto habebat M. Baſil. quando in Reg. c. 67. inhibuit. *Ne præſumat quiſque* (ait) *alijs refferre quæcumque ſoris Monaſterium viderit, aut audierit: quia plurima deſtructio eſt: Quod ſi quis præſumpſerit vindictæ regulari ſubiaceat.* Ergo conventicula aliquorum ſpeciali amore, & familiaritate convinctorum in Monaſterio ſeparentur, ne ſeparetur ab eis gratia Spiritus Sancti, quæ reſidet in ſola ſancta, & ædificatoria converſatione.

Ad Ephe. 4. F. 29.

S. Baſil.

Idem.

7 Idem Baſilius has ſingulares amicitias eleganter damnat, cap. 30. Conſtit. Monaſt. *Charitatẽ quidem mutuam habere inter Fratres debent: non ita tamen, ut duo, tres ve ſeorſum â cæteris ſodalitate inter ſe coeant: quandoquidem hoc non Chariras eſt, ſed ſeditio, & diviſio, & eorum, qui ſic coeunt improbitatis inditium. Si enim communis decus diſciplinæ charum haberent, qui tales ſant, ſine dubio communem, æqualemque erga omnes charitatem tenerent: ſi vero ipſi à reliquis, ſua ſponte diſiuncti à cœtu cœtum efficiant, vitioſa huiuſmodi amicitiæ conciliatio eſt, & diverſam quandam â communibus inſtitutis rem eſſe oportet, quæ hos inter ipſos concilet. Atque hoc profecto nihil eſt aliud, quam cõtra veterem diſciplinæ ſtabilitatem innovatio.* Ergo ſi talis abuſus tollatur, diſciplina Regularis amiſſum recuperabit decorem.

Aliud

8 Aliud ex hac sequestrata Religiosorum familiaritate imminet periculum: nam nequam ille Spiritus, de quo Iob 41 B. 12. dicitur: *Halitus eius prunas ardere facit, & flamma de ore eius egreditur.* Complexiones naturales bene convenientes ad invicem affectas, ad libidinem incẽdere potest, & omnino ardere faciet: propter quod, qui sic disponi viderint, debent cessare, & tepescere in conversatione, aliâs non prava, sed naturali amicitia confirmata: sic S. Ioan. Clym. Gradu 26. *Vidi iuvenes* (inquit) *se invicem castissimo amore, ac secundum Deum diligentes: qui tamen, dum aliorum conscientiam inde lædi conspicerent, convenit inter eos, ut se ad invicem ad tempus elõgarent.* Beata virgo S. Theresia, *Camino de perfecion*, cap. 4. late hoc periculum differit, imminereque magis inter mulieres, arteque Dæmonis implicari, ut paulatim Dei amor tepefiat in damnum communitatis: *Hinc provenit* [inquit] *non omnes æquè amari, sentire amicam amicæ illatam iniuriam, illam cupit delicatis recreare cibis, tempus quærere ad colloquendum, ut suũ forte intimum intimet amorem, & alia quæ ad rem non pertinent amantis Deum. Hæ amicitiæ, procurante Dæmone, parcialitates creant, Religioni valde nocivas.* Et paulo infra: *Quamvis in hoc nimia videar, tamen in eo consistit magna perfectio, & ex cessatione talis naturalis amicitiæ veniet vera pax, & deerunt debilibus occasiones ruinæ; nã naturali propensione inclinamur magis ad unũ, quam ad alium, qui forte peior erit.* Virrutes ergo amare oportet: & sic finis ponatur eiusmodi familiaritatibus. Circa quod Basilius in Ps. 44. *Revera soli amici Dei, & inter se mutuo sunt sancti. Necesse est enim, ut aliter quam oportet humana æstimet, qui divina cõtemnit: nec hominem rectê diligere noverit, quisquis eum non diligit, qui hominem fecit.*

Iob. 41. B. 12.

Clym.

S. Theres.

S. Basil.

9 Denique ultimum abominabile malum ex hoc abusu depingamus, detractiones scilicet, & murmurationes, quas sic seorsim conciliati sustentant, non modo contra Superiores, sed etiam contra omnes alios Fratres, quorum vitas ibi desiuiunt, & Fraternum lacerant amorem. Placet in proposito finem imponere refferendo quæ hac de re congerit Ioan-

Ioannet.

netin Niño, cap. 12. Aphoris. num. 19. sic ergo ait. Detractionis vitium (Fratres) inimicum est fonti pietatis, & gratiæ, & pijssimo Deo abominabile: pro eo quod detractor, animarum sanguine pascitur, quas gladio linguæ iniquæ necat. Tanto maior est detractorum impietas, quam latronum, quanto lex Christi, quæ in observantia pietatis impletur, magis animarũ quam corporum nos astringit optare salutem. Prætereà Religiosus, qui murmurat cõtra Fratres, vel Prælatos suos, quid aliud facit quam implere propriam matrem suam, id est, Religionem, fælle vituperij, & traditionum? Detractores sunt de genere Cham, qui verenda patris non operuit, sed discooperuit. Ita isti detegunt, & exagerant defectus Prælatorum, & Religionis suæ, propter quod Dei maledictionem merebuntur. Hi veluti porci in immunditijs volutantur, & in spurcitijs, vel deffectibus, quos in Fratribus curiosè quærunt, vel forte falso se invenisse, aut vidisse affirmant, se ingurgitant, & aluntur immundorum more animalium, in cosscientijs suis immundiores, & rabidorũ more canũ conquæruntur de disciplina Regulari, de correctione Religionis, de ipso Ordine, & Prælatis: adversus eos latrantes, & quantum possunt mordẽtes.

10 Detrahentium enim vox hæc est. Vitæ mihi perfectio deest, scientiæ, vel peculiaris gratię facultas non suppetit, ac per hoc, nec apud Deum locum invenio, nec apud homines. Scio quid faciam: Ponam maculam in electis, & apud maiores gratiam promerebor. Scio Prælatum meum hominem esse, eodemque mecum quandoque uti officio, quo succisis cedris solus videatur ramus in via. Eia miser, humanis corporibus vescere: & quia vivere aliter non potes Fratrum viscera corrode. Tales boni studeut videri; non fieri. Accusantes vitia, nec vitia deponentes. Solos eos laudant, quorum cupiunt authoritate foveri, silentes à laudibus, quas ad laudãduna non æstiment reportari. Jeiunæ faciei pallorem perniciosis laudibus vendunt, ut spirituales videantur, qui diiudicent omnia, & ipsi à nemine iudicentur. Gaudent sanctitatis opinione,

non

non opere. Angelico nomine, non virtute. Tollantur ergo abuſus tantorum malorum.

TRACTATVS. VIII.

De abuſibus Novitiorum indiſciplinatorum, quos per ſolertiam bonorum Magiſtrorum aboleri oportet.

DEformati Monaſterij ſecundum capitale malum diximus, tract. 4. in proemio, art. 1. indiſciplinatos iuvenes, quos comparatione Prælatorum cardinem facimus Reformationis: ex eo enim quod boni Prælati, bonique Novitij introducãtur, totum corpus Religionis convaleſcet, ideo pro calce abuſuum ſubditorum, hunc Novitiorum male diſciplinatorum adijciamus. *Nos.*

ARTICVLVS I.

Indiſciplinatus Iuvenis deſcribitur; & quam nocivus Religioni. Ideo ad eius Reformationem perquam neceſſarium eſt, educationi Novitiorum incumbere.

1 QVoniam: *Adoleſcentium educatio* (ut dicebat Diogenes lib. de Sanctitate) *fundamentũ eſt totius Reipublicæ.* Ideo boni iuvenes in bonum, mali in malum eius vergunt. Tyrones rectè inſtructos vocat S. Bonav. in Speculo diſciplinæ: *Altiſſimi filios, fideles ſanctæ Religionis propagines, Fratrum lætitiam, conſociorum ſolatium, ſui inſtructoris gloriam.* E contra vero de male inſtructo, & indiſciplinato mores depingens ait. *Tepidus eſt in cõverſatione remiſſus, publicos mores, & Doctorum monita negligit: ea, quæ Dei ſunt languide operatur, ſi quod inchoat bonum vix perficit, tarde ad divinum officium, &* *Diogenes* S. *Bonav.*

quæcumque conventualia occurrit: otio gaudet, labore vel modico læditur, & facile se infirmum, vel ad modicum se fatigatum prætendit; sed amore privato se diligens, quæ carnis sunt sapit, & prosequitur ex affectu. Aliorum quoque defectibus, non virtutibus, hærens, si quid minus vel negligenter actũ inspexerit, illud in exẽplum ad suæ velamen tepiditatis assumit. Ficta ei, & indevota confessio, rara & brevis compunctio, insipida, & sine intensione oratio, incircunspecta, & sine ædificatione lectio, obedientia morosa, & sine dovotionis affectu, vix aliqualis impletio.

S. Bernar 2 S. Bernar. ser. 63. in Cantica super illud, c. 2. *Capite nobis vulpes parvulas, quæ demolliuntur vineas*, multa congerit, quibus ostenditur fervorem illum primevũ quo Novitij veniũt ad habitũ statim deperdi in infælicem exitũ, defectu disciplinæ: *Sopitur* (inquit) *ratio, spiritus extinguitur, defervescit novitius fervor, ingravescit tepor fastidiosus, refrigescit fraterna Charitas, blanditur voluptas, fallit securitas, revocat cõsuetudo. Quid plura? Dissimulatur lex, abdicatur ius, fas præscribitur, derelinquitur timor Dñi. Dãtur postremo impudẽtiæ manus, præsumitur ille temerarius, ille pudendus, ille turpissimus, plenus ille ignominia, & confusione. Saltus de excelso in abyssum, de pavimento in sterquiliniũ, de solio in cloacã, de cælo in cænũ, de claustro in sæculũ, de Paradiso in infernum.* Quanta sint horũ scellera, qui Religionẽ ingressi indisciplinati manent, Gulielmus de Peraldo de Prof. mon. part. 3. cap. 2 talibus depingit verbis: *Deteriores* (inquit) *furibus, & latronibus esse videntur, qui Religionem intrant, & se non emendant. Qui malus est in Religione, est quasi malus latro Christum in Cruce blasphemans, opere, licet non sermone. Qui de Cruce claustri transiturus est ad cruciatum inferni, talis valde infelix est, quia in Dei vinario moritur, in eius servatorio corrumpitur, in loco salutis damnationem suam operatur: quod alij esset aurum, hoc est ei plumbum.*

Gulielm. Perald.

3 Sic indisciplinatus iuvenis deturpat matrẽ suam Religionẽ, & in miserũ devenit statũ duplici de causa: prima, quia in exordio dimittitur voluntati suæ, quã posteà deponere mala habitudine acquisita difficilimum est, ne dicam impossibile, sine

ſine ſpeciali Dei auxilio: ſecunda exemplum pravum dilapſæ Religionis ſectatorum. Primam cauſam adducit Seraphicus Doctor in Reformatione Novitiorum, part. 2. cap. 1. *Puer enim* (inquit) *qui dimittitur voluntati ſuæ confundit matrem ſuam Religionem*: & rurſus: *Ideo tot ordines confunduntur, quia pueriles mentes ſibi met dimittuntur, ſine freno retrahente á noxijs, & ſine virga ad ſalubria compellente, aut ex negligentia ſeniorum, aut ex nociva condeſcenſione. Sicut imprudens Medicus, qui, ne contriſtet ægrotum, quem curare deberet, patitur eum nociva comedere, ex quibus gravius, & diutius infirmatur.* Hanc formam, quam primum quis recipit, vix deponit, dicit idem Sanctus, & qui diſciplinam in novæ converſationis initio negligit, ad eam poſtmodum difficile applicatur: *Difficulter eradicatur* (ait S. Hieronym. tom. 1. Epiſtol. ad Lætam de inſtructione filiæ) *quod rudes animi perbiberunt. Lanarum conchylia, quis in priſtinum candorem revocet? Recens teſta diu, & ſaporem retinet, & odorem, quo primum imbuta eſt.* Bene Salomon in Ptoverb. cap. 22 dixit: *Adoleſcens iuxta viam ſuam ambulans, etiam cum ſenuerit, non recedet ab ea.*

S. Bonav.

S. *Hier.*

Prov. 22. 6.

4 Et eſt hæc via adoleſcentis ita facilis, ut verti queat in iu initio quocumque velis: *Vt enim aqua in areola digitum ſequitur* (ait Hieron. Epiſt. ad Gaudentium de infantulæ educatione) *præcedentem, ita ætas mollis, & tenera in utramque partem fluxibilis eſt & quocumque duxeris, trahitur.* Bene Hiſpani dicimus: *Al enhornar ſe entuertan los panes.* Quia mollis maſſa quocunq; obſtaculo deformatur, & ſuperveniente coctione irreparabilis manet: ſic recenter ingreſſus Religionem quacumq; de cauſa deformetur, ſi ſtatim non dirigatur, & emendetur, aſſuetudine concoquitur irreparabiliter, & ideo perpetuo deformatur Religionis obſervãtia, nec Prælati etiã zelãtiſſimi corrigere valẽt. Vnde S. Laur. Iuſt. lib. de obedient c. 20. ſic ait. *Sũt Novitij in via Dei tanquã arbuſcularum virgæ tenerrimæ, quæ ad poſſidentis libitum huc, illucque abſque contradictione flectuntur: at vero ſi indurauerint, nequeũt ad ſe emollire.*

S. *Laur. Iuſtinian.*

5 Hæc eſt cauſa, quare dure iam male diſciplinati fræno correctionis reſiſtunt, utpote proterbam habentes voluntatem, & ſenſum proprium, quem nunquam depoſuerunt: *Duræ* S. *Bonav.* *cervicis* (ait Bonaventura in Speculo Diſcip. part. 2. part. 1. c. 5.) *diſciplinæ manſueſcere neſcientes, tepidos, curioſos, ſuperbos, qui, quam ſuavis eſt Dominus, non guſtantes, ſæculari dumtaxat depoſito habitu, nō affectu, adhuc in moribus, in verbis, & geſtibus, & propriarum voluntatum pertinacia, ſæculo fidem ſervant, ut monſtro mirabilius, ſub Religioſa veſte hominem videas ſæcularē. Hi ſunt filij diffidentiæ, adulterina plantatio, fructus inutiles, & acerbi, ſociorum onus, & ſcandalum, ſui afflictio, & confuſio inſtructoris.*

6 Bene adulterinam dicit plantationem, quia ſub matre Religione viventes exempla non ſecuntur legitimorum Patrum; Mores inchoantium non quæunt proficere ad bene vivendum, niſi perfectorū informentur bene viventium Patrū exēplo. Hæc eſt ſumma, & perpetua calamitas, exēplū malum, & ſecunda cauſa indiſciplinatorum iuvenum, qua durāte, impoſſibile eſt reformari Religionem, & convaleſcere, cum ſemper germina oriantur degenerantia, & adulterina, non ex Patre Baſilio, Auguſtino, Benedicto, Dominico, aut duplici Frācisco, &c. ſed ex abuſu peſſimo, cui ipſa Spōſa Cōgregatio ſubijcitur, ut filios ſemper procreet indecoros, & irreligioſos exēplo Prælatorum malorum, quales depingimus in deformata Religione, & profeſſorū ſubditorū tot abuſibus contra obedientiam, Paupertatem, Caſtitatem, amorem fraternum, & alias obſervantias, implicatorum, quomodo creari poterunt Novitij bene inſtructi, & diſciplinati? *Græca nar-*
S. *Hier* *rat hiſtoria* (ait Hieron ubi ſuprá ad Lætam) *Alexandrum potentiſſimum Regem, orbiſque domitorem, & in moribus, & in inceſſu Leonidis Pedagogi ſui non potuiſſe carere vitijs, quibus adhuc parvulus fuit infectus. Proclivis eſt enim malorum æmulatio: & quorum virtutes aſſequi nequeas; cito imitaris vitia.*

Si iuvenis ad habitum receptus informatorem ſuum, vel alium viderit comptu indutum habitu, pretioſoque amictu, lo-

locupleteque ſupellectili gaudentem, quomodo diſcet nudum ſequi Chriſtum, pro cuius amore renuntiavit omnibus, quæ poſſederat? Si Informatorem ſuum noverit blandis uti camiſijs, molliqué cubare lecto, quomodo Chriſti Crucem, ad quam calcatis patre, & matre evolavit, ſuper humeros potandam imponet, aſperoque induet cilitio? Si repugnãtes Superiores viderit præceptis ſuorum maiorum, liteſque moventes agnoverit, ac litigia: quomodo ab negabit propriam voluntatem, & ſequetur Chriſtum? Si viderit, dignitates ambire, & promotos ad ordines, iam properare ad alios, & voces habere activam, & paſſivam, quomodo quod propoſuit in emiſſa profeſſione: *Elegi abiectus eſſe in domo Dei*, adimplebit? D. Bonavent. de Sex alis, cap. 5. poſtquam de aliquarum obſervantiarum transgreſſionibus dixerat: *Dei honor qui ex noſtra ſancta converſatione, & aliorum ex inde ædificatione provenire debuerat, agendo his contraria conculcantur* (ſubdit) *idem eſt de præpropera promotione iuvenum, & non dum probatorum ad ordines, & officia confeſſionis prædicationis, & prælationis.* Et paulo inferius concludit. *Hæc, & alia plurima videns ſpiritualis Prælatus, quia omnia in veritate diiudicat, tabeſcit, & uritur: & non valens corrigere pro deſiderio, in virtute patientiæ mirabiliter exercetur.* Omnia mala exempla profeſſorum, & maiorũ, per quæ diſciplina Regularis, ut in Superioribus vidimus, corrumpitur, & dilabitur, valde retrahunt iuvenes venientes ad habitum à primevo propoſito. Et ſi profeſſionem emiſſerint, à fundundamentis incipient claudicare. *S. Bonav.*

7 Vt ergo eiuſmodi abuſus tollantur, neceſſum eſt ſedula, & diligenti educatione plantulas novas colere: *Cum ea ſit optima Reipublicæ gubernatio* (ait Epiſc. Pacenſis apud Simancas de Repub l. 9 c. 25.) *quæ cives meliores facit, hoc primum curæ debet eſſe omnibus Magiſtratibus, ut pueri, & adoleſcentuli rectè educantur, & inſtruantur optime. Nec enim alia ratione meliores homines evadere poſſunt, quam recta educatione. Nam ut Seneca inquit, educatio mores facit.* Ingenia puerorum tanquã agri colenda ſunt diligenti examine, & eis bona ſemina *Simanc.*

vir-

virtutum adhibenda, secus autem fructus pessimos dabunt:

Biesius. *Prohibeantur inseri puerorum ingenijs* (ait Biesius li. de Rep.) *quæcunq; Reipublicæ noxia sunt: & insita confestim à Magistratibus evellantur: nam semina virtutis admodum rara sunt.*

Lezana. 8 Adducit Lezana de Refor. Regul. c. 18. n. 8. ex Plutar.

Plutbar. in Apoph experimentum fecisse Lycurgum. Duos nanq; educavit catulos ex eisdem parentibus natos, quorum alterum gulæ assuefecit, domesticis delitijs nutriens; alterum autem ad venationẽ exercuit. Vt vero ostenderet quantũ educatio parvulorum proficeret, adductis civibus in concionẽ, gulæ irritamenta apposuit, leporemque dimisit. Ergo catulus ad venationẽ eductus leporem secutus est; catulus verò domi enutritus cibaria quæsivit. Tuncq; dixit: *Videte ò cives, cũ ex eodem sint genere, quam dissimiles ob educationẽ inter se evaserint!* Pari ergo passu adolescentes, sive iuvenculi Religionũ, quãvis ætate, moribus, genereq; sint similes; si tamẽ illorũ alter à maioribus rectè instruatur, egregius evadet, alter verò nõ rectè educatus, tepidus, otiosus, vitijsq; omnibus deditus procedet. Vnde non immerito totius Religionis lapsum ex prava iuvenũ, seu tyronũ educatione originẽ trahere diximus.

S. Laur. Iustin. 9 Et n. 6 ex S. Laur. Iust. lib de Obed. c. 20. *Vinea quippe spiritualis Dñi Sabbaoth* (ait) *est inchoantium nova plantatio, quæ ut fructum afferat, solerti est excolenda peritia. Nã si inculta remanserit, dilatat quidem palmites suos, sed nulla utiq; bonorum ubertate fœcundos. Proinde omni sedulitate exercendi sunt in Religione rudes, ne pereffluant, ne torpeant, ne obdurescãt.* Et de eadem Novitiorũ educatione sedula tractans idem Sanctus de Discip. Monast. c. 9. ait: *Terra etenim, quæ sagaci excolitur agricultoris manu, uberem producit ex se fructum, si autem hæc eadem negligenti tradatur, ac nescienti operario repẽte urticis repletur & vepribus.* Et ibid. c. 8. *O quot* (inquit Sanctus) *ex incuria Pastorum ignorantes quæ Dei sunt, & quæ sancto conveniunt statui à sancto retrocedunt proposito! Heu quanti ariditate spiritus confecti, & devotionis gustu alieni, quia sicut oportuit in primordio conversionis spiritualis, non fuerunt imbuti, vocatio-*

tionis gratiam, quam habere meruerunt, perdiderunt!

10 Si Magiſtri cura non accedat ad educandos iuvenes, quamvis ipſi proficere in via Dei prætendant, eadem calamitas eſt, ac ſi Magiſter deficiat, quam Ieremias, Thren. 4. A. 4. deplorat: *Parvuli petierunt panem: & non erat, qui frãgeret eis:* quia deficit educatio, & doctrina morum, veniunt iuvenes famelici, vt eſcis ſpiritualibus refecti in Monaſterio proficiſcantur ad Patriam, ſed non percipientes cibum, mox deficiunt in via, & folia virtutum, quæ gerebant, decidunt, nec fructum attingunt. Hinc idem S. Laurent. ibidem: *Paſtores ſolerter vigilent, cum primum ſuſceperint novum Militem recenter poſitum in Monaſterio ipſum ſpiritualiter reficere exhortationis pabulo, & ſalutari recreare poculo, antequam mentis patiatur ariditatem, & immundorum ſpirituum experiatur inſultus.*

Thren. 4. A, 4.

S. Laur. Iuſtin.

Et B. Doroth. in doctr. 5. tom. 2. Bibl. explicans illud, Prover. 11. B. 14. *Quibus non eſt gubernatio decident folia: ſalus autem eſt in multo conſilio.* Idem proſequitur intentum: *Nihil eſt miſerabilius* (ait) *nihilque, quod citius expugnari queat, his, qui nullos duces, nullos authores habent ad viam Dei,* ait enim: *Quibus non eſt gubernatio decident, ut folia. Folium â principio ſemper virens, ſemper germinans, ſemper delectabile eſt; non multo poſt. areſcit, & languet, cadens contemnitur, & conculcatur. Talis homo eſt, qui à nemine regitur. A principio ferventiſsimus ad ieiunia, ad vigilias, ad quietem, ad obedientiam, & ad quæcumq; cætera bona. Paulo vero poſt, extincto illo fervore, ſi nullum habuerit ſui gubernatorem, aut fotorem, qui extinctum ignem ſuſcitet, & accendat, deſiccatur, & cadit, ac demum deſtitutus ab hoſtibus ſuis captivus trahitur, qui ut voluerint in ipſum graſſantur.*

S. Dorot. Vulgata: Vbi nõ eſt gubernã populus corruet. Prov. 11. B. 14. Bibliot. PP.

11 Ex hac iuvenum mala educatione, non modo ob foliorũ caſum virtutum deformata manet Religio, & in conculcationẽ, & deſpectũ veluti autũnalis arbor expoliata folijs, ſed & orbata fructibus earumdẽ virtutũ plena ſentibus, & urticis vitiorũ venientes alios ad Religionẽ arcet. & propellit, ut & ſupra tetigimus: *De filijs Heli impijs, & ſceleratis ſacra pagina* ſic loquitur 1. Reg 2.) ait P. Lez. de Refor. c. 2. n. 8.]erat peccaca-

Lezana. 1. Reg. 2. D. 17.

catũ puerorum grande nimis coram Dño: quia retrahebant homines à sacrificio Domini: *Pariter ergo de defunctis, lapsque viventibus Religiosis affirmare possumus, esse scilicet peccatum eorum grande nimis: eo videlicet quod propter eorum exemplum sæculares â rectæ vitæ tramite, vel ingressu in Religionem detineantur, vel retardentur.* Quod & ex S. Cardinalis Petri Damiani verbis lib. 6. Epist. 32. prosequitur. *Quanti sanguinis* (inquit) *reus est, qui sub sacri habitus schemate, talem se per susceptæ professionis incuriam exhibet, ut quærentes accedere, perverse vivendo, disturbet!* Et postquam id exemplo monstravit concludit: *Unde factum est, ut non modo nos, nostrumque, propter vos, contubernium omne contemneret, sed & ipsum conversionis animum, quantum potuit funditus amisit.*

S. Petrus Damian.

ARTICVLVS II.

Magister seu Informator Novitiorum qualis esse debet: quibusque documentis in Religiosis moribus illi sint imbuendi?

1 Disciplinam ergo adhibere oportet iuvenibus per eos, qui sciant, & possint instruere opere, & veritate: *Censura morum viri sanctissimi, & gravissimi præficiendi sunt,* dixit Isocrates in Areopagitico, quamvis Gentilis. Sed á Christi Philosophis qualis in se, & erga Novitios esse debeat illorum Magister, in primis, audiamus S Laurent. Iust. lib. de Obedic. c 20. quid de Informatore Novitij dicat: *In via Dei noviter imbuendus* (inquit) *ne fallacijs Satanæ seducatur, & pereat, spiritualis ei adhibendus est Pater, qui discretione sit providus, experientia probatus, ordinatus moribus, gravitate maturus, decoratus honestate, sanctarum scripturarũ gnarus, auderus in se, proximo cõpatiens, orationi assiduus, corde mitis, eloquio verax, & in omni, si possibile est, spirituali disciplina provectus.* Heraclides Episcopus Capadociæ Epistola ad Lausum & habetur in initio Historiæ Lausiacæ à Palladio: *Non enim* (ait de

S. Laur. Iustinus

Heracl.

de Magiſtris) *dictiones, aut ſyllabæ ſunt doctrinæ, quas non unquam habent, etiam, qui ſunt peſsimi; ſed mores rectè compoſiti, & moleſtiæ, & terroris metus, & iræ vacuitas, & in rebus omnibus fiducia, ac dicendi libertas, & quæ, rationes non ſecus gignit, quam ignis flammam, manſuetudo. Nã ſi ita non eſſet, non diceret Magnus Magiſter ſuis diſcipulis* (Matth. 11.) *diſcite â me quia mitis ſum, & humilis corde, &c.* *Mat. 11. D. 29.*

2 Bonus Magiſter, ut ſuam imprimat probitatem Novitio, erga eum debet mentis aciem convertere, & deinde ad actiones procedere: *Ab uno quilibet incipiens* (ait S. Petrus Damianus ubi ſuprà) *eſt erudiendus Magiſtro, quem oportet illius, qui inſtruendus eſt habere notitiam, priſtinæ converſationis, corporalis valetudinis, naturalis complexionis, & quotidiani exercitij. Ipſum præterea latere non debet, quales ipſius ſint cogitationes, quibus tentationum ſtimulis agitetur, quibus ve devotionibus reficiatur: & ita de univerſis, & interioris, & exteriori hominis actibus, geſtibus, ſermonibus, & affectibus illius imbutus exiſtat, ac ſi eſſent propria. Horum enim ſi ſpiritualis Pater neglexerit habere notitiã, prorſus ſupervacue laborabit.* *S. Petrus Damian.*

3 Habita notitia eorum quæ Novitij ſunt, docere illum oportet: *Primo quidem moneant Magiſtri* (ait idem S Petrus de Inſtit Præ c. 9) *deinde terreant, poſtremo vero puniant. Circa profectum animarum* (dixerat paulo anteà) *reformationem morum vitæque emendationem eorum, quibus ſpiritualiter præſunt invigilent, nunc minis terrendo, nunc demulciendo ſermonibus blandis, interdum ratione perſuadendo, interdum authoritate mandando, aliquando puniendo, nonnumquam parcendo, miniſterium ſuum perficeant.* Diſcretionem ergo ſemper habeat Magiſter, ut diſciplina erudiat Novitium: *Si puero onus ſupra vires impoſueris* (ait S. Ephren Syrus Paren. 19.) *nocebis ipſi: & ſi inſtruere eum omiſeris, nequam, & inutilis evadet. Sic quoque Novitium Monachum cum iudicio, & diſcretione gubernare oportet.* *S. Ephre. Syr.*

4 Documenta quibus informari debent Novitij colligit Lezana, ubi ſuprâ, c. 18 & in primis, num. 10. communia ex *Lezanæ.*

S.

S. Nilo in 5. tom. Bibli. hæc ſunt: *Iuvenis colat quietem in corpore, modeſtiam in vultu, moderationem, atque ordinem in voce. Ad cibum, & potum accedat ſine tumultu, cum urget neceſsitas. Sileat inter ſeniores, æquales diligat, minoribus amanter conſulat, ab improbis, carnique deditis, & curioſis recedat: pauca loquatur, plus cogitet. In ſermone caveat arrogãtiam: in mutua conſuetudine ſe nemini anteponat. Ne ſit promptus ad riſum, pudore ſe ornet, colloquia mulierum vitet: vultu terram aſpiciat, cælum animo: fugiat contentiones docendi, ne ambiat dignitates hominum, honores ne admiretur, eorum præſertim, qui verum honorem ignorant. Virorum prudentium utantur familiaritate, quæ bonorum eſt cauſa pulcherrima. Dum rectè agit, & in virtute proficit, laudem à Deo tantum requirat. Quod ſi alios docet, & iuvet, repoſitam apud Deum mercedem expectet; & tanquam debitum Deo opus perſolvens, remunerationem à Deo ſperet in muneribus ſempiternis.*

5 Specialia documenta, quibus imbuendi ſunt ponit etiam tanquam rudimenta, & fundamentum ſpiritualis exercitij,

S. Bonav. num. 11. *Inſtent orationi ferventer* (ait S. Bonav. in Spec. Diſp. p. 2. cap. 1.) *quæ novam in horto Domini plantulam fovet, provehit, & confirmat. Fruſtra profectus virtutum ſine oratione ſperatur.* Imò conſumetur, deficiet, & ſiccabitur. *Diſcant ergo* (ſubdit) *una ſaltem diei, vel noctis hora, tempus, & otium vendicare, quando ad ſe reverſi, mentiſque cubiculum introgreſsi, orent in abſcondito Patrem ſuum.* Si vero talis hora ad ſomni requiem expoſcatur á natura: *Surripienda* (inquit) *carni.* Nec una ſola hora contenti ſint, cum oporteat ſemper orare, & nunquam

S. Bonav. deficere, & ideo Seraphicus Doct. ſubdit: *Hæ & aliæ quietis, & temporis oportunitates, quæ occurrunt, minime negligendæ ſunt.*

S. Laur. Iuſtin. S. Laurent. Iuſtin. de Obed. cap. 2. ſic etiam ait: *A pedagogo eruditantur Novitij qualiter, quando & ubi orare debeant, quid meditari, quid legere,* & idem de Diſcipl. Mon. conv. c. 8. *Manu ducendus eſt* (inquit) *prudenter, donec aſſuetus mentali exercitationi valeat percipere per ſe ipſum, quod abſque* Præceptore nõ

pote-

poterat. Diligentissime igitur redire ad se doceatur, & per iugem meditationem commorari secum. Et materiam Meditationi adhibendam docet infra: *Proponatur itaque illi ad sedulo meditandum* (ait) *Domini Iesu humana conversatio. Nihil autem ita fructuose ad meditandum in experto offertur* Novitio, *sicut Christi vita, & potissimum ipsius passio gloriosa. Sedeant quippe secus pedes Iesu, non ante Iesum. Sedeant humiliter, & devote ac pure, &c. Nullus enim alius locus debetur Novitio, quã ubi sunt pedes Iesu.* Optime Christus Iesus primo apponitur meditationi, quia ipse est ostium, per quem si quis introierit, ingredietur divinitatem sibi unitatem hypostatice in persona divina, & egredietur ab oratione inventis pascuis dulcedinis: *His cogitationibus reffectus* (subdit) *ac lacte spirituali nutritus, nimio iucundatur gaudio, obliviscitur, quæ reliquit in sæculo, & omnibus se privat exterioribus delectationibus.*

6 Secundum documentum speciale assignat, num. 13. ut novellæ plantationes in Religionibus admonendi sunt, ut otiositatem fugientes sacrarum litteratum studijs, vel alijs exercitijs semper, semperque vacent: *Nunquam otio torpeant* (ait S. Bonavent. in Specul. part. 2. part. 1. cap. 2. de Novitijs) *sed semper aut lectioni, aut orationi, vel officio addiscẽdo, aut alijs, non quæ ipsi elegerint, sed quæ iniuncta fuerint, facienda intẽdãt.* Hæ sunt observantiæ Religioiæ Meditatio, & labor manuũ quibus adimitur otiositas: de quibus 1. part. tract. 9. art. 4. 2. part. tract. 4. art. 6. 3 part. tract. 2, art. 2 tract. 3 art. 6. tract, 5. art. 5. & 6. diximus. Videantur sententiæ in indice Alphabetico horum exercitiorum.

Lezana. *S. Bonav.* *Nos.*

7 Tertium documentum pro tyronibus Religiosis, num. 14. ut omni singularitate postposita semper communia sectẽtur. De hac observantia multa diximus: vide verbo singularitas, vita cõmunis: *Nõ vultis esse contenti vita cõmuni?* (ait S. Bernard. ser. 19. in Cantica) *Non sufficit vobis regulare ieiuniũ? non solemnes vigiliæ? non imposita disciplina? non mensura, quam vobis patimur in vestimentis, & alimentis? Privata præfertis cõmunibus?* Et S. Bonaventur. in Speculo p. 2. p. 1. c. 2. sic ad præ-

S. Bern. *S. Bonav.*

ſens ait propoſitum: *Optima Religioſi perfectio eſt, perfecte communia quæque conventualia ſervare*, Et rurſus: *Cavet vir conſtãs, & honeſtus, ne conſuetudinum Ordinis temerarius violator exiſtat; aliàs in victu, & moribus novitatis nota, & ſingularitatis erit diverſitas fugienda.*

Lezana. 8 Adijcio etiam quartum documentum (ait præfatus Lezana, num. 15.) pro Magiſtris Novitiorum apprime neceſſarium: illud verò eſt. Vt clientulos ſuos ad amorem Regulæ, conſtitutionum, ceremoniarumq; ordinis maxime inclinent.

S. Bonav. Circa quod D. Bonavent in Specul part. 2. cap. 2. *Communem Ordinis obſervantiam ſequantur: perfectioni in ſilentio, & in alijs inſtitutis plenius obtinendis inſiſtant.* Clarius, Alvarez de Paz

Alvar. de Paz. de vita ſpirituali, tom. 1. lib. 2. cap 25. ſic loquitur ad propoſitum: *Regulam, & inſtituta ſuæ Religionis aſſidue legant, quæ legerint, intelligant, quæ intellexerint ament, & cupiant: quæ concupierint opere præſtare contendant.* Facit ad idem quæ diximus

Nos. de integra etiam minimarum obſervantiarum obſervantia ſupra tract. 6. art. 4.

Lezana 9 Quintum adducit documentum num. 16. quo novellæ plantæ Religionis inſtrui debent, nimirum ne propter ignaviam, defectuſque aliorum, quos imperfecte in Religione incedere viderint, ipſi à rectó tramite, & itinere incepto deſiſtant. Vbi obſervantia integra non viget, & ſunt multi relaxate viventes, & ſunt nonnulli obſervantiæ ſtudioſi, hos aſpiciat, & ſequatur Novitius, illos, illorumq; conſortiũ vitet, nam quale exemplum talis incitamentum. Vide quæ ſupra de

Nos. exemplo diximus, art. 1. num. 6.

S. Bon. *Ab obſervantia Ordinis* (ait Bonavent. in Speculo 2. p. p. 1. cap. 2.) *nec exemplari levium, vel negligentium aliquorum diſſolutione divertantur.* Pætereà venerabilis Thomas Camp. in ſuo Dialogo Novitiorum circa præſentem cauſam Novitiũ

Thomas Camp. quemdam ſic inſtruit: *Si videris quoſdam á via veritatis aberrare, & retro poſt Satanam abire, noli pereuntes imitari; ſed bonos, & ferventes ſtudeas ſemper æmulari. Quere cum paucis ſalvari, qui per auguſtam portam intrant ad vitam. Nam Chriſto teſte, lata*

lata, & spacioſa eſt via, quæ ducit ad perditionem; & multi ſunt, qui intrant per eam.

10 Ne ergo mutabilis, & nullius conſiſtentiæ exemplum hominis, qui in eodem ſtatu non permanet, Novitij mẽtem, ac propoſitum ſubvertat, conſideratione opus eſt, ſibi permanentem, & durabilem Doctorem, & exemplar, Deum ipſum eſſe optimum, & immutabile ante oculos propoſitum. Vnde S. Ephren Syrus in ſuis adhortationibus ad Novitios paræneſi 4. Fratres immodeſte, ac incompoſite viventes in cœnobio cavendos eſſe à Novitijs, neque ad eorum ſermones attendendum. *Tu autem* (ſubdit pro remedio) *Deum præ oculis habe: ſcriptum eſt enim in Pſalmo: Providebam Dominum in conſpectu meo ſemper: quoniam á dextris eſt mihi ne commovear. Et, ne te Diabolus callidus dicere doceat: Quod ſi Senes iſti improbæ ſint converſationis: ego, qui ſum minor, quid agam? Sed Dominũ audi dicentem: Multi ſunt vocati, pauci verò electi. Saluari igitur exopta, ut ſis unus inter electos.* Rurſus quoque idem Ephren ſic habet: *Toto corde tuo attende Pſalmodijs, & lectioni divinarum Scripturarum: & utilitatem ex eis manantem in anima tua combibe, ſicut infans matris ſugit vbera.* Deus, & ſcripturarum meditatio optimi erunt Novitij Informatores. S. Ephr. Syrus.

11 Sextũ addimus documentum, quo radix illa (quã ſupra dicebamus in cauſa eſſe indiſciplinato iuveni ruinæ, ſcilicet propriã & integrã ſervare volũtatem) omnino evelletur, erit perfecta ſui abnegatio, & prompta Magiſtro exhibenda obedientia, ita ut nec velle, nec operari, nec quid aliud à ſe, ſed à ductu Magiſtri ellicita, & imperata videantur. Non ſit propria voluntas iuvenum Magiſtra, quia nociva, ſed mera obedientia. Audiamus inſtitutorem optimum D. Bernard. ſerm 19. in Cantica: *Qui veſtri curam ſemel nobis credidiſtis* (inquit) *quid rurſum de vobis vos intromittitis? Nam illam, qua toties Deum, conſcientijs veſtris teſtibus, offendiſtis, propriam ſcilicet voluntatem veſtram, ecce nunc iterum Magiſtram habetis!* S. Bern.

Quantum autem in hoc inſiſterent Antiqui Patres, ut propriam tollerent voluntatem iuvenum, vt optime educarẽtur

audiamus Ioan. Cassianum lib 4. de instit. cap. 10. *Tanta* [inquit] *observantia obedientiæ Regula custoditur, ut iuniores absq; Præpositi sui scientia, vel permissu, non solum non audeant cellam progredi, sed ne ipsi quidem communi, ac naturali necessitati satisfacere, sua authoritate præsumant. Sicque universa cõplere, quæcunque fuerint ab eo præcepta, tanquam si â Deo sint cælitus edita, sine ulla discussione festinant, ut nonunquam etiam impossibilia sibi met imperata, fide, ac devotione suscipiant,* &c. Multa sæpe de obedientia docuimus, quæ videri possunt verbo Obedientia.

Ioan. Cass instian.

12 Ex quibus deducere possumus eam obedientiam altiorem gradum obtinere, quæ infatuat obedientem, ut etiam contra dictamen proprium dirigatur: etiam si alias doctissimus, nec non, & magnæ authoritatis Novitius extiterit, summoque pollens ingenio provectæq; ætatis, dedignari non debet à Magistro doceri, & disciplinari: *Solus enim* [dixit Heraclides ubi suprà] *est universorum Deus, qui nequit doceri; alia enim omnia doceri possunt, quoniam sunt, & facta, & creata, & velle non doceri Dæmonum est; & Religiosi voluntarie indisciplinati digni sunt, qui eijciantur è consortio Sanctorum. Qui vero existimant* (prosequitur) *se non egere Magistris, aut non parent ijs, qui docent in charitate, laborant morbo ignorationis, quæ est mater arrogantiæ: inter quos primas partes tenent ad interitũ, qui eodem vitio exciderunt á cæleſti habitatione in aëre volantes Dæmones, ut qui aufugerent ab ijs, qui erant in cælis Magistri.*

Heracl.

13 Exemplis confirmemus intentum. De S. Romualdo sanguine præclarissimo Ravenatensium Ducum, iam provectæ ætatis, sed litterarum experte, refert Alfonsus Villegas in eius vita mense Februarij, quod cum traditus esset Marino Monacho imbuendus Religiosis moribus, & in legendis psalmis rudem præferret linguæ pronuntiationem, errantem percutiebat virga in sinistro capitis latere: quod cum sæpe indiscrete faceret, mitissimus Novitius non conquisitus est, sed apponens dextrum latus dixit: Pater hic percute, nã iam orbari cœpi sinistræ auriculæ auditu. Vnde miratus Magister

Alfonsus Villegas.

in

incautus Romualdi patientiam, abstinuit ab ictibus.

Vit. S. Ioã Damasc.

De S. Doctore Ioanne Damasceno post magnæ authoritatis munia, post litterarũ magnos, & celeberrimos progressus, refert Ioannes Patriarcha Hierosolymitanus in eius vita apposita operibus eius: quod facta inductione in conventu S. Sabbę Magistrorũ: dũ in sancto proposito Novitius excipiẽdus erat, ipsi renuebant, impares sese asserentes regimini talis viri, qui tanta sapientię gloria præditus esset. Deniq; post multos ingressus, quidam Senex moribus simplex scientiam expertus alacer alacrem Ioannem secum in privatam cellam abduxit: & substructis fundamentis documentorum, ea miro modo amplexabatur, & in multis tentatus, maximè in servanda obedientia, Dei athleta victor exibat. Et denique, ut in maioribus certaminibus exerceret Senex tale quidam commentus est. Multos corbes, seu sportulas comportavit, quos labore manuum suarum Monachi paraverant, & sumpta inde probandi occasione, sic ait ad Ioannem: Fili, ut scis, pluribus nobis opus est: & quia accepimus Damasci corbes pluris venundari, quã in Palestinæ regionibus: itaq; tolle illos omnes, & vade illuc quam velociter potes. Verum non aliter, neque minoris illos venũdes, quam tibi præcipio. Definiebat autem pretium ultra duplum, quam par erat. Non contradicebat Ioannes, neque sermonem imperantis dicabat, obedire usque ad mortem paratus: sed sublato in humeros onere, quasi alatus obedientia Damascum proficiscitur. In qua pridem spectabilis, nunc viliter vestitus, pallidus, & obsoletus, ambulabat foro sportulas venditurien̄s. Verum cum nimio pretio sua æstimaret, ab omnibus ridiculus est habitus, & nihil præter iniurias, & convicia accepit: donec tandẽ unus ex his, qui ei olim, ministrarant, faciem eius diligentius intuens, agnosceret quis esset, & qualis olim fuisset ille, qui iam tam male vestitus, tam demissus, tam contrito corde. Is quasi nihil conscius rei, rogabat pretium sportularum, statimque quantum indicabatur dinumeravit. Ioannes autem accepta pecunia ad suos regressus: & Adversario, qui vanæ gloriæ parens erat, ac author

in pulverem proiecto, ſtrenuus, & quaſi victoriã potitus domum pervenit.

ARTICVLVS III.

Qualiter examinandus ſpiritus veniẽtium ad Habitum. Et probitas ad profeſsionem requiſita. Et num liceat inducere aliquem ad Religionem deformatam?

Nos. 1 SÆpe de examinando ſpiritu recipiendorum ad profeſſionem tetigimus. Sic 3. part. tract. 8. art. 7. tract 11. art. 2. & tract. 12. art. 12. 13 & 14. ubi de conditionibus requiſitis, nunc autem ſerio de eodem ſermonem faciamus. Et quidem ex malo principio nil boni ſperari poteſt. Occaſiones autem veniendi ad habitum deteſtabiles iudicamus eſſe: primo ex parte venientiũ. Gulielmus Peraldus de converſione Monachorum 2. p c. 3. *Aliquando hoc accidit* (ait) *ex recipientium carnalitate, qui cum Dei ordinatione filios non habeant, Diaboli procuratione nepotulos ſibi aggregant, quos in Religione recipi faciunt, non ut ſalventur, ſed ut ditentur. Aliquando accidit hoc, quod parentes carnales filios ſuos in Religione ponunt, ut ab eis ſe expediant, potius intendentes corporalem eorum providentiam, quam animarum ſalutem. Hi in ingreſſu nihil ſpirituale intendentes, nec ea intelligentes, quæ in Regula continentur, poſt ingreſſum, Crucis Chriſti inveniuntur inimici, ventri ſuo, non Domino Ieſu Chriſto in Monaſterio ſervientes.* Et idem intelligas de adultis, qui ſe ipſos movent ad habitum, quia pauperes & abiecti, vel quia labores ſæculi fugiunt, credentes in Religione otioſitati vacare eiuſdem profeſſores. Horum ſpiritus ſuſpectus eſt.

Gmiller. Perald.

2 Quacumque autem cauſa Religionem ingreſſi fuerint, Probandi ſunt: & ideo contingere poteſt ſecundo de ordinatio ex parte recipientium: *Aliquando* (ait idem Guliermus) *accidit ex ſuperbia recipientium, qui verecundantur, quod aliquis, qui ad eus ingrediatur, ad ſæculum revertatur. Qui videntur tali-*

Guilier.

li fatuitate laborare, quasi laboraret ille, qui verecundaretur de hoc, quod in messe sua palea non inveniretur. In his, qui in Religione ad probationem recipiũtur vêtus tentationis indicati, quis palea, quis granum existat? ad impetum enim huiusce modi venti palea discedit, granum vero locum minime dimittit. Supervacaneum esset tempus probationis, si omnes, qui probantur, in cellario approbarentur: cum de multis à Deo vocatis pauci sint electi.

Deordinate etiam proceduntalij, qui intuitu charitatis, & miserationis semel habitu recepto nollunt expellere, quasi iniustitia fieret novitijs, qui Monasterio, aut ipsis privatim servierunt, non dolentes de damno illato Religioni matri ex improborum incorporatione. De his S. Bernardinus Senen- *S. Bernar*
sis, serm. 24. ait: *Plerosque temporibus nostris sub pallio charita- Senensis.*
tis, vel potius vanitatis deceptos vidi, passim, & inconsiderate omnes ad Religionem recipientes. Quorum finis, & fructus fuit fumus, & fœtor: & impeditivum obstaculum eorum, qui cum Dei honore, & sui ac proximorum salute ingressi fuissent Religionem. Pudet enim, & iuste, prudentem virum assumere Religionem, & statum, in quo ante se præcedere videt multos homines infames, & sceleratos, & tamen in brevi tempore apostatantes, & deteriores effectos.

3 Qualiter autem iudicandum sit de receptione, aut expulsione Novitiorum docet Basilius Magnus in Regul. fusse disp. interr 10. *Si quid inesse in ipsis stabilitatis cognoverimus, S. Basil.*
eos tuto admittamus, sin minus repudiemus. Si quidem in ijs qui istiusmodi sunt, magnopere suspecta haberi inconstantia debet, qui præter id, quod nullam sibi utilitatem inveniunt, cæteris etiã sunt detrimento, quod institutum nostrũ falsis probris, & nequissimis maledictis magnopere infament. Et quod in hoc magna servanda sit cautela, testatur S. Bernardinus ubi suprà: *Experien- S. Bernar*
tia teste (inquit) *quidam ad Religionem venientes, in principio videntur agni: & modico elapso tempore repe iuntur lupi.* Accedat S. Bonav. pulchre id significans in Specul. p. 2. p. 1. c. 5. *Si quis S. Bonav.*
(inquit) *sufficienter expectatus, & monitus, mores corrigere, ac Religionis formam inducere negligit, præsertim, si rebellis, aut*

contentiosus exiterit, non est proficientium numero agregandus. Infidelis, si discedit, discedat: ne una ovis morbida contagione mortifera totum gregem contaminet. Et rursus: perversus, & insolens in onus Religionis, & dissolutionem admittitur. Denique Guil-

Guliel. lielmus ubi suprà: *Non est mirum* (inquit) *si non omnes, qui probantur, ad professionem admittantur. Qui vult vineam habere bonam, cum diligentia palmites, ex quibus plantanda est, eligit. Sic, qui veritatem Religionis diligit probatos cum diligenti electione ad professionem recipit.* Et infrà: *Oportet ut Religio despumetur, ad hoc ut in puritate sua servetur. Vbi deest despumatio, ibi impuritas multa.*

4 Hæc ex Patribus dicta sint de approbando, vel reprobando Novitio: ex quibus liquido constat Religiosos intentos esse oportere, ut non omnes, qui Religionis habitum suscipiunt, indiscriminatim ad professionem admittant, sed eos dumtaxat, quos bona indole, ingenij docilitate præditos, Religiosæ œconomiæ aptos, & bene morigeratos aspexerint; cæteros autem Charitatis ordine servato, ab ordine expellant, & repudient. Dixi Charitatis ordine servato, quia quandoque Magistri, seu Præceptoris patientia, pietas, & Charitas solet perversum iuvenem ad Deum convertere: quod probatur

Dionysius Carthus. exemplo quod Dionysius Carthus. serm. 6. de Dom. 13. pōst. Trinitatis ex vita S. Pachomij. In vita S. Pachomij (inquit) legitur, quod fuit in cœnobio illo Pachomij quidam Monachus iuvenis nomine Sylvanus, multum inordinate se habens, & levis, alios quoque quosdam iuniores sibi alliciens, atque inficiens: propter quod seniores voluerunt Fratrem illum expellere. & de hoc sæpe loquebantur Pachomio. Qui beatissimus Pater, & vir Apostolicæ sanctitatis, rogavit Fratres illos patientiam ad tempus habere cum iuvene illo, & orare pro ipso: & ipse Pachomius pro eodem instanter oravit. Paulo post Deus omnipotens, & benignus, tanta compunctione & gratia, tanto devotionis fervore, tam profundissima humilitate implevit mentem Sylvani, quod iugiter in omni bono ploravit, nec tempore refectionis à lacrymis potuit se refre

nare, ita ut S. P. Pachomius testaretur de illo: quod nullus in toto suo Monasterio sic suam esset humilitatem secutus, ut Frater Sylvanus. Quo, post paucos annos moriente, dixit Pachomius, animam eius cum gaudio ab Angelis sanctis esse susceptam.

Hinc concludere licet, quãtum ad perfectam instaurationem collapsæ Religionis conferat Novitios, & tyrones bene, & optime in bonis educare moribus, ut sic convalescat, & pristinum decorem adipiscatur. Et quamvis multa alia de Novitiorum educatione dicere poteramus, tamen quia tractatu sequenti art. 4 Institutiones Apostolicas super receptione, & educatione Novitiorũ â Clem. VIII. Sum. Pont. editas & ab Vrbano VIII. confirmatas adducemus: ideo pedem figo. *Nos.*

5 Sed nunc nõ contemnenda se offert difficultas: *Num liceat inducere aliquem ad intrandam Religionem deformatam?* *Difficul.*

De hac difficultate differunt Theologi cũ D. Tho. 2.2. q. 189. art. 9. Et ex ipso Angelico doctore suppono, quod in eiusmodi inductione potest contingere triplex inordinatio: *Primo quidem* (ait in corp. Art.) *si violenter aliquis alium ad Religionem cogeret: quod prohibetnr in Decret'* 20. *q.* 3. *Secundó, si aliquis simoniace alium ad Religionem trahat, muneribus datis, ut prohibetur in Decret. ibid. q.* 2. *c. Quam pio. Nec tamen ad hoc pertinet, si aliquis alicui pauperi necessaria subministret in sæculo nutriens eum ad Religionem: vel sine pacto aliqua munuscula tribuat ad familiaritatem captandam. Tertio, si mendacijs eum alliciat. Imminet enim sic inducto periculum, ne, cum se deceptum invenerit, retrocedat, &c.* *S. Thom. & Theol.* 20. q. 3. quæs. 2. cõ Quã pio.

Primæ duæ deformationes ex eo sumuntur, quia ut sæpê tetigimus volũtas venientiũ ad habitum, & propositũ Religiosum, libera, & mere propter Deũ esse debet, taliter quod relicto sęculo veniatur ad Christũ imitandũ cũ animæ profectu. Sic S. Aug.to. 10. Ad Fratres, ser 1. de institutione Regularis vitæ: *Si quis autê de sæculo* (ait) *ad nostram congregationem venire desiderat: primo præcipio, ut probetur, an voluntas* *S. August.*

ex Deo ſit? Non enim debet eſſe violenta, non coacta, non mobilis, ſed ſempiterna, virilis, utilis, conſtans, & omni ſpiritu charitatis plena, atque perfecta. Vt enim profeſsio ad finem uſque perſeverantiam inveniat, talis debet eſſe voluntas amore Dei plena, non mota propria commoditate, aut humano aliquo reſpectu: & ideo Auguſt. eodem, ſer. 34. iugum Chriſti cum perſeverantia ſuadens: *Nihil proficit bene operari* (ait) *ex coactione, niſi ex voluntate libera faciatis. Qui enim bene faciũt coacte, Deo non ſunt accepta quæ faciunt: & Symoni Cyrenæo, quem Iudæi angariaverunt, ut Crucem Chriſti portaret, optime comparãtur. Ecce enim Simon Crucem portat cum dolore, quia non libenter portat; angariatur, ſed non moritur in ea: ideo non perſeverando fugit, & ſine fructu à Cruce recedit, quia nihil boni dicitur, niſi uſque ad mortem in bono perſeveretur.* Hęc ergo diformitas ex duplici capite proveniens, violantia, ſcilicet, vel pretio inducẽtium ad Religionem, quæ omnino etiam á bono informatore (ſi reperiat) é medio tollenda eſt; ut legitimum, & bonum habeamus Novitium. De tertia deformitate, qualiter mendacio inducens ad Religionem peccet, videamus.

S. Auguſ. ad Frat. ſerm. 34.

6 Communis eſt cum D. Thom. ſent. quod non licet inducere laiquẽ mendacijs ad ingreſſum Religionis: ſic ex multis dicit Peirinis de Subdito q. 1. c. 29. & not. 2 dicit, quod ſi deceptio fiat circa eſſentialia, puta quod non terebitur obſervare tria eſſentialia vota, & in noſtra Minimorũ Relegione vitam quadrageſimalem, ſub peccato etiam poſt profeſſionem: non ſolum peccat mortaliter qui inducit, ſed & profeſſio eſt nulla. Ita Sayrus in Clavi Regia lib. 6. cap. 9. num. 4. Ledeſma de ſtatu Relig in com. c. 5. cap. 8. quia deceptio in eſſentialibus tollit libertatem: ita Sotus, lib. 7. de iuſtitia, quæſt. 1. art. 2 circa medium, Rodrig. in Sum. part. 2. cap. 92. concl. 4. & Sayrus citatus. Si vero deceptio non ſit circa ſubſtantialia, ſed circa aliquod ſtatutum illius Religionis apud illos magni ponderis, puta quod apud Monachos, & Dominicanos comedantur carnes: profeſſio non annullatur quia eſſentialia ſciens, & prudens vovit, cæterum eſt occaſio ad aliam Religio-

Peirinis. Sayrus. Ledeſma Sot. Rodr

gio-

gionem transeundi, in qua compensetur gravamen in re adeo gravi illatum, ubi scilicet licitè carnes comedere possit, quia ad oppositum non intendit se obligare: ideoque peccat qui induxit. Quod, & deduco ex D. Thom. ad 3. dicente, quod potest rationabili, & evidenti causa, & cum dispensatione Superioris fieri ingressus ad minorem ex maiori Religione. *S Thom.*

7 Ad propositum ergo magis accedentes: *Illicitum est inducere aliquem* (ait Peirinus) *ad Religionem, in qua tam relaxate vivitur, ut promissa secundum Regulam, etiam quoad essentialia, non observentur. Et unusquisque, quod magis illi arridet, hoc exequatur cum parvo timore Dei, & minore Superiorum* (*si talis inveniatur Religio*) *quod etiam aduertit Navarrus in Manuali, c.* 12. *n.* 45. *& n.* 51. Idem sentit Caietanus in Commento eiusd. art. 9. *Ex parte* (inquit) *Religionis requiritur, ut vivatur in ea ita exemplariter, ut habeat inductus occasionem proficiendi. Nam, si tepide maiores vivunt, & inter minores multa est relaxatio, non parvum imminet inducto periculum scandali, dum credendo se ad perfectionis semitam induci, ingressus invenit intus tantam remissionem, & imperfectionem, ut deceptum se fateri iste possit.* Si aliqua Religio sic inveniatur, talis vita corrumpta, irreligiosa, & reprehensibilis est: & inducens male agit, nam ducit ad perditionem: *Patet autem cõmunem vitam Religiosorum* (prosequitur Caiet. infra) *esse reprehensibilem ex hoc ipso quod continuus bonorum Prælatorum conatus est ad illorum reformationem. Vnde vituperabile est non solum inducere, sed etiam ingredi, & recipere ad vitam irregularem personas utriusque sexus: quamvis Ecclesia tolleret hoc permissive.* *Peirinis.* *Navarr.* *Caiet.*

8 Discant hinc quam inordinate procedant ij qui laborãt in augendo numero Religiosorum inducentes illos ad habitum, & consortium irreligiose viventium, & de observantia nihil curant. Qui in sęculo erant boni, aut non erant mali, in Religione deformata mali fiunt, & maiori censura puniẽtur. Vnde est illud, Matth. 23. B de pessimis Pharisæis, & Scribis, quod: *Væ vobis Scribæ, & Pharisæi, qui circuitis mare, & aridã, ut faciatis unum proselytum, & cum fuerit factus, facitis eum filium* *Mat. 23. B. 15.*

lium

D. Thom. Ioann. de Neapoli Ord. Prædic. lib. de quæst. status Relig. p. 2 q. 31. & Ioan. Nider de Reform. Relig. l. 1 cap. 2. Multum ad rem. Hugo.

lium gehennæ duplo quam vos. Quod ad propositũ multi intelligunt expositores, & D. Thom ex resp. ad 2. ubi hunc expẽdẽs locũ de Iudæis, concludit: *Ex quo patet, quod trahere alios ad cultum Dei, vel ad Religionem, non est vituperabile: sed hoc solum, quod aliquis ei, qui convertitur det malum exemplum, unde peior efficiatur.* Et sic dupla pœna efficientur digni, ut notat Nider, sicut, qui corrumpit servũ, ut furetur bona domini sui aut fugiat, digest. de Servo corrupto, l. 1 & 2 l. doli verbum, §. Hæc actio, l. Aquiliæ, dict. §. Hæc actio. Et tenent isti Doctores peccare mortaliter inducentem aliquem ad Religionem, taliter deformatam, ut in ea non servetur Regula, ut diximus, in qua fundatur Religio. Idem tenet Hugo de Folieto in lib. de Claustro Animæ 3 c. 9 & exponens historiam Iudicum: *Cum autem* (inquit) *aliqui de sæculo ad domum Religionis veniunt, domum Michæ se reperisse credunt. Michas interpretatur: Quis est hic? Dum enim inveniunt Ephod. 1. habitum conversionis, & conflatile, 1. verba detractionis, & sculptile, idest scilicet, perversi operis: exeunt quandoque, & recedunt, admirantes huiusmodi conversionem. Quis est hic?* (dicunt) *Multi siquidem peiores sunt.*

Caietan.

9 Hinc Caietanus, & cõmuniter omnes advertunt, quod inducens alium ad Religionem exponere debet difficultatẽ, quæ erit ex imperfectione consortum (si tales inveniantur) & difficultates observantiarum, abstinentias scilicet Regulares, duriciem lecti, vestimentorum asperitatem, silentium, ieiunia, punitiones delinquentium, &c. Quod, & præcipit fieri S. Benedictus in Reg. cap. 58. *Prædicentur* (inquit) *eis dura, & aspera.* Et ut nemo se deceptum dicat, aut excusetur ab adimpletione promissorum, est optima cautela, quam diximus, p. 3. tract. 12 ar. 15. ad notari in ordine Prædicatorum: teneri scilicet observari non ut hic, aut ibi observantur Regula, & cõstitutiones, sed ut à Fundatore ordinatæ sunt observari.

S. Bened.

Nota.

TRAC-

TRACTATVS IX.

De Reformationibus factis, & adhibitis pro omnibus Regularibus, & præcipuê pro sacro Minorum Ordine.

REformare curarunt Concilia, & Summi Pontifices, ut supra dicebamus, tr. 2. art. 2. Et quia celeberrimæ reformationes factæ sunt â Sacrosancta Synodo Tridentina, à Clemente VIII. & successoribus: ideo tamquã leges, quibus standum est, eas referre volumus, ut in prõptu sit omnibus Religiosis, quid faciendum, quid væ fugiendũ: ut non modo Prælati boni sint, sed & Religiosi subditi, & disciplinati Novitij, ut deinde ad nostram perfectam instaurationem devenire possimus: idque faciemus per sequentes Articulos. *Nos.*

ARTICVLVS I.

Decreta sacri Concilij Tridentini pro Reformatione Religiosorum.

SAcrum Concilium Trident non modo in sess. ultima Decretum habet de reformatione Regularium, sed quãdoq; in alijs decretis, & doctrinis pro Ecclesia Dei reformanda, quandoq; multa ad Religiosum statũ pertinentia intermiscuntur: ideo in hoc articulo quæ noster memoria dignus Reverendissimus Gaspar Passarellus reduxit ad Canones sexaginta tres referemus, non nullis aliquando brevibus annotatiunculis, tùm ex ipso, túm aliunde adhibitis. *Gaspar Passarel. Sess. 4. in Decr. de usu & edit. sacr. orum libr.*

Canon 1. De librorum impressione.

Quod non liceat Fratribus imprimere, seu imprimi facere libros de rebus sacris, sine approbatione Ordinarij, & licentia suorum Superiorum. Not.

Cap, Gen, Min. Barcelon, 5.

Not quod à Capitulo Generali nostri Ordiuis Barchinonæ cælebrato anno 1629. sess. 5 circa finem : quidquam tipis mandare prohibemur, sine licentia ipsius Generalis, aut cum ipsa, si illud famam cuiusquã lædat, etiam nomine alieno editum, sub pæna privationis officiorum & vocis activæ, & passivæ in perpetuum.

Canon 2. De lectione Sacræ Scripturæ.

Sess 5. de Reform. cap. 1.

Quod in Conventibus, in quibus studia commode vigere possunt. Sacræ Scripturæ lectio habeatur : quæ lectio â Capitulis Generalibus, vel Provincialibus assignetur dignioribus Lectoribus.

S. Congr. Concilij.

Nota declarationem Sacræ Congr. Trid part. 4. circa sess. 5. § dignioribus Magistris: quod licet Lectores Sacræ Scripturę in Conventibus, & Claustris Religiosorum non veniat examinandi ab Ordinarijs; veniunt tamen, si in Ecclesia publicè id facturi sint, sicut & Prædicatores.

Canon 3. De Licentia Prædicatorum.

Sess. 5. de Reform. cap. 11.

Quod Prædicatores sine licentia Superiorum Ordinis. & benedictione Ordinatij in Ecclesijs eiusdem ordinis prædicare non possint. In Ecclesijs autem alijs á nostris ultra licentiam Superiorum, etiam licentiam Episcopi habere teneãtur.

Canon 4. De Prædicatoribus male prædicantibus.

Ibidem.

Quod, si aliquis Prædicator (quod absit) errores, aut scandala dissemina verit in populum, etiam si in Monasterio sui, vel alterius ordinis prædicet, Episcopus ei prædicationem interdicat. Quod si hæreses prædicaverit, contra eum secundum iuris dispositionem, aut loci consuetudinem procedet, etiam si Prædicator ipse generaliter, vel specialiter exemptũ se esse prætenderit.

Canon 5. De Regularibus delinquentibus.

Sess. 6. de Reform. cap 3.

Quod Regulares extra Monasterium degentes, etiam sui Ordinis privilegij prętextu, ab Ordinario loci, si delinquerint puniri possunt.

Sess. ul. de Reg. c. 14

Et qui intra Claustra Monasteri degunt, & extra ea ita notorie delinquerint, ut populo scandalũ sint, termino ab Epis-

co-

copo præfigendo, á suo Superiore officio privetur, & delinquens ab Episcopo puniri possit.

Canon 6. De Visitatione Ecclesiarum.

Quod locorum Ordinarij Ecclesias quascumq; quomodolibet exemptas, authoritate Apostolica singulis annis visitare possint. Non autem ipsa Monasteria, quoad correctionem Fratrum. *S. ss 7. de Ref. c. 8.*

Cardinales Congreg. Concilij Tridentini 4. part. declarationum hoc explicant, scilicet quod possunt Episcopi visitare Ecclesias Religiosis subiectas, si apud illas sint Sacerdotes sæculares, cúm animarum cura, secus vero minime. *S. Congr. Concilij.*

Canon 7. De Regularibus translatis.

Quod Regulares translati de uno ordine ad alium, sub sui Superioris obedientia perpetuo maneant Et quod nemo Regularis cuiuscumque facultatis vigore, transferatur ad laxiorem Religionem. Nec detur licentia cuiquam Regulari occulte ferendi habitum suę Religionis. *Sess ult. de Reform. cap 20. Sess. 14. de Refor. cap. 11.*

Canon 8. De Missarum eleemosynis.

3 Quod cuiuslvis generis mercedem, conditiones, pacta, & quicquid pro Missis novis celebrandis datur, atque illiberales eleemosynarum exactiones, potius quam postulationes, aliaque huiusmodi, quæ a simoniaca labe, vel certé turpi quæstu, non longe absunt, omnino prohibeantur. *Sess ult de Reg. c. 19 Sess 21. de Observãdis & vitandis in celebrat. Missarũ.*

Canon 9. de vagis, & ignotis Sacerdotibus.

Quod Episcopi in suis diœcesibus interdicant ne cui vago, & ignoto Sacerdoti Missas celebrare liceat. Ideò sint cauti Fratres, litteras dimissorias ab Episcopo Ordinante, seu à proprio Prælato (cum alicubi se transferre ex merito obedientiæ contigerit) habere. *Eadẽ sess. & Decr.*

Canon 10. De loco celebrandi Missas.

Quod non patiatur privatis in domibus, atque omnino extra Ecclesiam, & ad divinum cultum tantum, dedicata Oratoria, ab eisdem Ordinarijs Ordinanda, & Visitanda, Sanctum sacrificium à Sæcularibus, aut Regularibus quibuscumque peragi. *Eadẽ sess. & Decr.*

Ca-

Canon 11. De cæremonijs Missarum.

Eadẽ sess. 22. & Decreto. Quod caveatur, ne Sacerdotes alijs quam debitis horis celebrent, ne ve ritus alios, vel alias ceremonias, & preces in Missarum celebratione adhibeant, præter eas, quæ ab Ecclesia approbatę, ac frequenti, & laudabili usu receptæ sunt.

Canon 12. De certo numero Missarum, & candelarum removendo.

Eadẽ sess. & Decr. Quod quarumdam missarum, & candelarum certum numerum, qui magis à superstitioso cultu, quàm à vera Religione inventus est, omnino ab Ecclesia removeant.

S. Congr. Rituum. Accessit Decretum S. Congreg. Rituum 8. Aprilis 1628. in hunc modum: Missas item, quæ circumferuntur à Sacris Congregationę non approbatas S. Gregorij pro vivis, & defunctis, Quindecim Auxiliatorum, & de Patre Æterno, & quascumque alias, exceptis ijs, quæ sunt permissæ Regularibus tantum: veluti Rosarij, S. Mariæ de Carmelo, & alijs; alias, sicut etiam officia ab eadem, non approbata prohibuit, reiecit omnino, & damnavit respectivè, & pro prohibitis reiectis, & damnatis haberi voluit.

Canon 13. De voce Capitulari.

Sess 22. c. 4. de Ref. Quod quicumque in Cathedrali, vel collegiata sæculari, vel Regulari Ecclesia, divinis mancipatus officijs, in Subdiaconatus ordinem saltem constitutus non sit, vocem in huiusmodi Ecclesijs in capitulo non habeat.

Passarell. Vbi est notandum (ait Passarellus) quod si statutis alicuius Religionis cavetur, etiam sacris non initiatos habere vocem in capitulo, sicut est in Ordine nostro, nõ prohiberi a Concilio Tridentino, quin eam habeant, etiam quod in sacris non sint. Quoniam decretum Concilij non comprehendit Monasteria Regularium: sicut mihi consulenti, dum essem Romæ visitans Conventum Sanctissimæ Trinitatis, illustrissimi Cardinales interpretes Sanctissimæ Congregationis Concilij responderunt, die 10. Ianuarij anni 1573.

Sess. 14. c. 2. de Ref. *Canon 14. De litteris dimissorijs pro susceptione Ordinum.*

Quod nullus absque sui proprij Prælati expresso consensu,

su, aut litteris dimissorijs ad aliquos Sacros, aut minores Ordines, vel primam Tonsuram promoveatur: alias ab executione Ordinum sic susceptorum, donec suo Prælato visum fuerit, ipso iure est suspensus.

Canon 15. De Minoribus ordinibus ab alijs quam ab Episcopis, non suscipiendis.

Quod Abbatibus, & alijs quibuscumq, quãtumvis exemptis, non liceat in posterum intra fines alicuius diœcesis consistentibus, etiamsi nullius diœcesis, vel exempti esse dicantur, cuiquam, qui Regularis subditus sibi non sit, Tonsuram, aut minores Ordines conferre. *Sess. 23. c. 10. de Reform.*

Canon 16. De promotione in minoribus Ordinibus.

Quod Minores Ordines ijs solum, qui Latinam linguam intelligant, per temporum interstitia, nisi aliud Episcopo expedire magis videretur, conferantur. *Sess. 23. c. cap. 11.*

Hi vero non nisi post annum á susceptione postremi gradus Minorum Ordinum, ad Sacros Ordines promoveantur, nisi necessitas, aut Ecclesiæ utilitas, aliud exposcat.

Canon 17. De promotione in Minoribus Ordinibus.

Quod post susceptionem Minorum Ordinũ nemo ad maiores promoveatur, nisi inter unum quemque eorum sit interstitium ad minus spatium unius anni integri, nisi necessitas, aut Ecclesiæ utilitas iudicio Episcopi aliud exposcat. *Sess. 23. c. 13. & 14.*

Ideo si aliquando conventui sit necessitas Ministrorum, quæ patrum consilio iudicetur sufficiens causa, ut aliter fiat, ordinaturo Episcopo ea referatur, cuius erit iudicare de illa. Sic mihi consuleuti (ait Passarellus) die 7. Februarij 1573. responderunt illustrissimi Cardinales S. Congregationis, interpretes Concilij Tridentini. *Declaratio S. Cõgregat. Cõcilij. Passarel.*

Canon 18. De illis, qui tenentur interesse Synodo diœcesanæ.

§ Quod Synodi diœcesanæ, quot annis celebrentur, ad quas exempti etiam omnes, qui alias cessante exẽptione interesse deberent, nec capitulis generalibus subduntur, accedere teneantur, ratione tamen Parochialium, aut aliarum secularium Ecclesiarum etiam annexarum, debeant ij, qui illarum *Sess. 24. de Reform. cap. 2.*

rum curam gerunt, quicumque illi sint, Synodo interesse.

Canon 19. De examine eligendorum ad Beneficia.

Ibidem c. 18. Quod examinatores possint esse etiam Regulares ex Ordine Mendicantium, iurentque ad Sancta Dei Evangelia fideliter munus executuri. Caveatque ne quicquam occasione huius examinis, nec ante, nec post accipiant, alioquin Symoniæ vitium incurrant, & de his omnibus in Synodo Provinciali [si opus fuerit) rationem reddere teneantur.

Canon 20. De ætate ordinandorum in Maioribus.

Sess 23. c. 12. Quod nullus etiam Regularis, ad Subdiaconatus ordinem ante vigesimum secundum, ad Diaconatus ante vigesimum tertium, ad Presbyteratus ante vigesimum quintum ætatis suæ annum promoveatur.

Canon 21. De examine Ordinandorum.

Ibidem. Quod, nec sine diligenti Episcopi examine ordinentur Regulares: privilegijs quibuscumque quoad hoc penitus exclusis.

Canon 22. De duobus Sacris ordinibus eodem die non conferendis.

Ibidem. cap. 13. Quod duo sacri Ordines non eodem die, etiam Regularibus conferantur, privilegijs, atque indultis quibuslvis concessis, non obstantibus quibuscumque.

Canon 23. De Communione frequentanda a ministris Altaris.

Ibidem. Quod Subdiaconi, & Diaconi sciant maximè decere, si saltem omnibus Dominicis, & solemnibus, cum Altari ministraverint, sacram Communionem perceperint.

Canon 24. De Confessione quando à sæcularibus audienda.

Ibidem c. 15. Quod sine probatione Episcopi nullus etiam Regularis possit Confessiones sæcularium, etiam Sacerdotum audire.

Canon 25. De ministerio Ordinum non nisi ab ordinatis exercendo.

Ibidem c. 17. Quod sacri Altaris ministeria, non nisi per constitutos in dictis ordinibus exerceantur.

Statutum Fratrum Predicatorum. Ideo Fratres Prædicatores (notat ipse Passarellus) in executione huius Canonis in Capitulo Bononiæ celebrato anno 1564. ordinarunt, quod in eorum Conventibus, in quibus Fra-

Fratrũ ſufficien. eſt multitudo ſacri Altaris miniſteria etiam minima ab ordinatis Miniſtris, quoad fieri poſſit exerceantur: nulluſque deinceps ſacris veſtibus indutus, ſollemniter Epiſtolam canere permittatur, qui ad eum Ordinem, non fuerit promotus.

Canon 26. De obſervatione Regulæ á communitate ſectanda.

6 Quod omnes Regulares, tã viri, quã mulieres ad Regulæ, quã profeſſi ſunt præſcriptum vitã inſtituant, & cõponant: & quæ ad communem vitam, victum, & veſtitum conſervanda pertineant, fideliter obſervent: omniſque cura, & diligentia à Superioribus adhibeatur, tam in Capitulis generalibus, & Provincialibus, quam in eorũ viſitationibus, quas ſuis temporibus facere, non prætermittant, ut ab illis non recedatur. *Seſſ. ult. de Regul.*

Canon 27. De Proprietate extirpanda.

Quod nemini Regulariũ, tàm virorum, quàm mulierum liceat bona mobilia, vel immobilia, cuiuſcũq; qualitatis fuerint, etiam quovis modo ab eis acquiſita, tanquam propria, aut etiam nomine Conventus poſſidere, vel tenère; ſed ſtatim Superiori tradantur, Conventuique incorporentur. *Seß ult. de Regul. cap. 2.*

Canon 28. De bonis, quæ poteſt Superior concedere; & quæ non.

Quod non liceat Superioribus bona ſtabilia alicui Regulari concedere, etiam ad uſufructum, vel uſum, adminiſtrationem, vel Comendam. Mobilium vero uſum ita permittant, ut eorum ſuppellex ſtatui Paupertatis conveniat, nihilque ſuperflui in ea ſit: nihil etiam, quod ſit neceſſarium eis denegetur. Quod ſi quis aliter quicquã tenere deprehenſus, aut convictus fuerit, is biennio activa, & paſſiva voce privatus ſit: atq; etiam iuxta ſuæ Regulæ, & Ordinis conſtitutiones puniatur. *Ibidem.*

Canon 29. De numero Regularium in Monaſterio conſtituendo.

Quod in Monaſterijs, & domibus, tâm virorũ, quàm mulierum, bona immobilia poſſidentibus, vel non poſſidẽtibus, is tantum numerus conſtituatur, ac in poſterum conſervetur, qui vel ex redditibus proprijs Monaſteriorum, vel ex conſuetis eleemoſynis commode poſſint ſuſtentari. *Ibidẽ. 3.*

Canon 30. De conventibus novis quomodo accipiendis.

Ibidem. Quod nec de cætero similia loca erigantur sine licentia Episcopi, in cuius diœcesi construenda sunt, prius obtenta.

Canon 31. Fratres sine Superioris licentia alterius obsequio non se subijciant.

Ibidē c.4 7 Quod nullus Regularis sine sui Superioris licentia, prædicationis, lectionis, aut cuiusvis pij operis prætextu, subijciat se obsequio alicuius Prælati, Principis, vel Vniversitatis, vel communitatis. Quod si contra fecerit, tanquam inobediens, arbitrio Superioris puniatur.

Canon 32. De Fratribus sine licentia â Conventibus, non discedentibus.

Ibid. c. 4. Quod nō liceat Regularibus â suis cōvētibus recedere etiā prætextu ad Superiores suos accedendi, nisi ab eisdem missi, aut vocati fuerint; alias quod ab Ordinarijs locorū puniātur.

Can. 33. De Fratribus, qui mittuntur ad Vniversitates Studiorū.

Ibidem. Quod illi, qui studiorum causa ad Vniversitates mittūtur, in conventibus tantum habitent; alioquin ab Ordinarijs contra eos procedatur.

Canon 34. De clausura Monialium.

Ibid. c. 5. 8 Quod universi Episcopi in omnibus Monasterijs sibi subiectis, ordinaria, in alijs verò Apostolica authoritate, clausuram Sanctimonialium, ubi violata fuerit, diligenter restitui, & ubi inviolata est, conservare maximè procurent.

Canon 35. De Monialibus, è Monasterio non exeundis.

Ibidem. Quod nemini Sanctimonialium liceat post professionem exire à Monasterio, etiam ad breve tempus, quocumq; prætextu, nisi ex aliqua legitima causa ab Episcopo approbanda.

Canon 36. De prohibitione ingressus ad Monasteria Monialium.

Ibidem. Quod ingredi intra septa Monasterij nemini liceat, cuiuscunque generis, aut conditionis, sexus, vel ætatis fuerint, sine Episcopi, vel Superioris licentia in scriptis obtenta, sub excommunicationis pœna ipso facto incurrenda

Canon 37. De Monasterijs Monialium intra urbes reducendis.

Ibidem. Quod Monasteria Monialiū extra mænia urbis, vel oppi-

di-

di curẽt Episcopi, & alij Superiores (si ita videbitur expedire) ut ad nova, vel antiqua Monasteria intra urbes reducantur.

Can. 38. De confessione, & communione Sanctimonialium.

Quod attendant diligenter Episcopi, & alij Superiores Monasteriorum Sanctimonialium, ut saltem semel singulis mensibus confessionem peccatorum faciant, & sacrosanctam Eucharistiam suscipiant. *Ibidem.*

Canon 39. Confessore extraordinario Monialibus offerendo.

Quod præter Ordinarium Confessorem, alius extraordinarius ab Episcopo, & alijs Superioribus, bis, aut ter in anno offeratur: qui omnium confessiones audire debeat. *Eadẽ sess. 25 de Reg. cap. 10.*

Can. 40. De loco servandæ Eucharistiæ in Monasterijs Monialium.

Quod sanctissimum Christi Corpus intra chorum, aut sepia Monasterij Monialium, & non in publica Ecclesia conservetur, prohibet. S. Synodus, non obstante quocumque privilegio, aut indulto. *Ibidem.*

Canon 41. De modo secreto in electione servando.

Quod electio Superiorum quorumcumque, & aliorum officialium, ac Generalium, & Abbatissarum fiat per vota secreta, ita ut singulorũ eligentiũ nomina numquã publicẽtur. *Ibidẽ. 6.*

Vbi advertendum est (ait Passarellus) quod consulenti mihi, die 25. Ianuarij 1571. An electio Commissorum comprehenderetur in hoc decreto? sanctissima Congregatio Concilij respondit, quod censuit comprehendi, & ideo servandam formam ibi præscriptam. *Declaratio S. Congreg. Concilij apud Passarel.*

Canon 42. De vocibus non supplendis.

Quod in posterum non liceat Provinciales, aut Abbates Priores, aut alios quoscumq; titulares ad effectum electionis faciendæ cõstituere, aut voces, & suffragia absentiũ supplere *Sess. 25. de Reg. c. 6.*

Vbi notandum (ait Passarellus) quod si ex institutis, aut decretis alicuius Religionis liceat Superioribus absentibus, & legitime impeditis mittere ad Capiaulũ generale aliũ Fratrẽ, qui tanquam eorum Procurator, suo loco, & nomine det vocẽ in electione, sicut est in Ordine nostro: Conciliũ Tridentinũ id non prohibuisse. Ita mihi consulenti ex civitate Litij, *Declaratio sanct. Congreg. Concilij.*

Passarell. die 8. Augusti 1570. responderunt illustrissimi Cardinales interpretes sanctissimæ congregationis Concilij.

Canon 43. De ætate eligendæ in Correctricem Monialium.

Ibidē s. ff. Quod Abbatissa, & Priorissa, & quocumque alio nomine
alt. c. 7. Præfecta, vel Præposita appelletur, eligatur, non minus annis quadraginta, & quæ octo annis post expressam professionem laudabiliter vixerit. Quod si his qualitatibus non reperiatur in Monasterio, ex alio eiusdem Ordinis eligi possit. Si hoc etiam in commodum Superiori, qui præest electioni, videatur, ex ijs, quæ in eodem Monasterio annum trigesimum excederint, & quinque saltem annis post professionē rectè vixerint, Episcopo, vel alio Superiore consentiente, eligatur.

Canon 44. De loco accipiendi vota Monialium tempore electionis faciendæ.

Ibidem. Quod is, qui electioni præest Episcopus, sive alius Superior, claustra Monasterij non ingrediatur, sed ante cancellorum fenestrellam vota singularium audiat, seu accipiat.

Canon 45. De gubernatione Monialium.

Ibidē c. 9. Quod Monasteria Sāctimonialium Sanctæ Sedi Apostolicæ immediate subiecta ab Episcopis gubernentur; quæ verò â deputatis in Capitulis generalibus, vel ab alijs Regularibus reguntur, sub eorum cura, & custodia relinquantur.

Cap. 46. De Monasterijs, quæ Parochiam continent.

Ibidem c. Quod in Monasterijs seu domibus virorum, seu mulierum
11. quibus imminet cura animarū personarum sæcularium, præter eas, quæ sunt de illorum Monasteriorum, seu locorum familia, personæ tàm Regulares, quā sæculares huiusmodi curam exercentes subsint immediate in ijs, quæ ad dictam curam, & Sacramentorum administrationem pertinent iurisdictioni, visitationi, & correctioni Episcopi, in cuius Diœcesi sunt sita. Vide ibi exceptuationes de hoc, &c.

Canon 47. De interdictis, & censuris à Regularibus observandis.

Sess. ult. de Reg. c. 12 10 Quod censuræ, & interdicta ne dū á Sede Apostolica emanata, sed etiā ab Ordinarijs promulgata, mandante Epis-

co-

copo, à Regularibus in eorum Ecclesijs publicentur, atque serventur.

Canon 48. De festis à Regularibus servandis.

Quod dies festi, quos in Diœcesi sua servandos Episcopus præceperit, ab exemptis omnibus, etiam Regularibus serventur. *Ibid. c. 13*

Canon 49. De controversia in præcedentijs sedanda ab Episcopis.

Quod controversias omnes de præcedentia, quę persępe cum scandalo oriuntur inter Ecclesiasticas personas, tâm sæculares quàm Regulares, Episcopus, amota omni appellatione, componat. *Ibidem.*

Canon 50. De exitu ad publicas Processiones.

Quod exempti omnes, tâm Clerici sæculares, quâm Regulares, etiam Monachi ad publicas processiones vocati accedere compellantur. *Ibidem.*

Canon 51. De tempore professionis.

Quod in quacumque Religione, tàm virorum, quám mulierum, professio non fiat ante decimumsextum annum expletum, nec qui minore tempore, quam per annum post susceptum habitū in Religione steterit, ad professionem admittatur. *Ibidem c. 15.*

Canon 52. De non differendo tempore professionis.

Quod finito tempore Novitiatus, Superiores, Novitios, quos habiles invenerint, ad professionem admittant. *Cap. 16.*

Vbi est notandū (ait Passarellus) quod relatione per sanctissimam Congregationem Concilij Sanctissimo Domino Pio V. facta, Sanctitas sua dixit, Concilium dicto capitulo pro cedere tantum in illis Novitijs, quos Superiores, lapso tempore novitiatus, habiles invenerint; non in his, quos inhabiles invenerint: ut sunt illi, qui nondum bene adhuc didicerunt. Et ideo quod attinet ad istos, Sanctitas sua concessit, quod Superiores possint prolongare illorum professionem, dummodo habeant spem probabilem quod efficiantur habiles intra sex menses. Ita mihi consulenti è Neapoli, die 8. Novembris *Declaratio S. Con greg. Concilij apud Passarell.*

1569. respondent illustrissimi Cardinales interpretes sanctissimæ Congregationis Concilij. Circa hos duos Canones 51. & 52. vide quæ diximus 3. p. tract. 12. art. 14.

Nos.

Canon 53. De renuntiatione bonorum quando, & quomodo à Novitijs facienda.

Sessult. de Reg. c. 16 Quod nulla renuntiatio, aut obligatio ante professionem facta valeat, nisi cum licentia Episcopi, sive eius Vicarij fiat intra duos menses proximos ante professionem, ac non alias intelligatur effectum suum sortiri, nisi secuta professione.

Canon 54. De bonis Novitiorum infra tempus Novitiatus recipiendis, vel non.

Ibidem. Quod ante professionem nihil recipiatur de bonis Novitij, etiam sponte oblatum à parentibus, vel curatoribus eorum, nisi pro victu, & vestitu illius temporis, quo in probatione est. Et hoc præcipit S. Synodus sub anathematis pœna dantibus, & recipientibus. Et ut abeuntibus ante professionem, omnia restituantur, quæ sua erant.

Canon 55. De tempore suscipiendi habitum à puellis Dedicandis

Cap. 17. Quod puella, quæ habitum Regularem suscipere voluerit, maior duodecim annis sit, non ante eum suscipiatur.

Quod nec postea ipsa, vel alia professionem emittat, quàm exploraverit Episcopus, vel eo absente, vel impedito eius Vicarius: An coacta, vel seducta fuerit?

Canon 56. De pœnis Correctricis, non denuntiantis tempus professionis Episcopo.

Ibidem. Quod professionis tempus ne Episcopus ignoret, teneatur Præfecta Monasterij eum ante mensem certiorem facere: alias, quandiu Episcopo videbitur, ab officio suspensa sit.

Canon 57. De non cogendis, vel impediendis mulieribus ad Religionem.

Cap. 18. Quod eos, qui cogunt mulieres ad ingrediendum Monasterium, vel ad suscipiendum Habitum, vel ad emittendam professionem. Et qui sanctam Virginem, vel aliarum mulierum voluntatem veli accipiendi, vel voti accipiẽdi sine iusta causa impedierint, sancta Synodus anathemati subijcit.

Ca-

Canon 58. De remedio illius, qui prætendit ſuam profeſsionem non tenere.

Quod quicumque Regularis prætendat ſe per vim, & metum ingreſſum Religionem, aut ante ætatem ingreſſum fuiſſe, aut quid ſimile, non audiatur niſi intra quinquennium tantum à die profeſſionis: & tunc non aliter, niſi cauſas quas prętenderit, deduxerit corã Superiore ſuo, & Ordinario. Quod, ſi ante ſponte habitum dimiſerit, nullatenus ad allegandum quamcumque cauſam admittatur. *Sess 21. de Reg. c. 19.*

Canon 59. De excommunicationis ſententia, non niſi ſumma maturitate ferenda.

12 Quod, quamvis excommunicationis gladius nervus ſit Eccleſiaſticæ diſciplinæ, ſobrie tamen magnaque circumſpectione exercendus eſt cum experientia doceat, ſi temere, aut levibus ex rebus incutiatur, magis contemni, quam formidari, & perniciem potius parere quam ſalutem. *De Reform. cap. 3.*

Et quoniam in huiuſmodi ſententijs ferendis Sancta Synodus moderamen eſſe voluit: Fratres Prædicatores in Capitulo celebrato Bononiæ 1564. attentos eſſe voluerunt Superiores, ut niſi pro grauioribus cauſis, quæ præſentandi exigunt remedium, non imponatur, & quod Priores Conventuales quam rariſſimé, & matura deliberatione cenſuris uti debeant: & qui in hoc faciles inventi fuerint, a ſuis Superioribus corrigantur. *Statutum Prædicatorum.*

Canon 60. De remedio Miſſarum.

Quod in Eccleſijs, ubi magnus Miſſarum numerus reperitur, poſſint Generales Ordinum in ſuis Capitulis Generalibus ſtatuere, circa hoc quicquid magis expedere videbitur. *Sess 25. de Ref. c. 4.*

Vbi eſt ſciendum (ait Paſſarellus) quod huiuſmodi facultas conceſſa per Concilium Tridentino Epiſcopis, & Generalibus, intelligitur tantum de onere Miſſarum ante Concilium Tridentinum impoſito. Sic mihi conſulenti, die 7. Februarij, anni 1573. dum eſſem Romæ, reſponderunt illuſtriſſimi Cardinales ſanctiſſimæ Congregationis interpretes Concilij. *Not. declarat S. Congreg. Concil.*

Extat circa hanc Missarum materiam gravissima censura Congregationis Regularium sub Vrbano VIII.

Canon 61. De locatione bonorum Ecclesiæ, anticipatis solutionibus non facienda.

Sess. 25. de Reform. cap. 11. Quod locationes rerum Ecclesiasticarum, si anticipatis solutionibus fiant, nullatenus in præiudicium successorum validæ intelligantur, quocumque indulto, aut privilegio non obstante,

Canon 62. De quarta Funeralium.

Sess. 25. de Reform. cap. 13. Quod quibuscumq; in locis, iam annos quadraginta, Quartam, quæ funeraliũ dicitur, Cathedrali, aut Parochiali Ecclesiæ solita esset persolvi, ac posteá fuerit ex quocumque privilegio Monasterijs concessa, post hac integro iure, & eadem persolvatur.

Canon 63. De arctioribus statutis ultra Concilium etiam servandis.

Sess. 25. de Regul. c. 22. 15 Quod si qui Regulares, tàm viri, quàm mulieres sint, qui sub arctiori Regula, vel statutis vivunt (excepta facultate habendi bona immobilia in communi) eos ab eorum instituto, & observantia S. Synodus amovere non intendit. Ideo supra Canon 48. per quod cavetur, quod omnes etiam Regulares quoscumque ad publicas processiones vocati, accedere compellantur, Concilium ipsum exceptuat eos, qui sub strictiori clausura vivant.

Not. Vnde habenda est regula generalis, quod circa nostrorum statutorum reformationem sic Superiores, nostrique Ordinis Fratres, S. Synodi prædictos canones servandos esse intelligant, ut tamen arctiora statuta in suo robore persistant. Sic

Nos. suprá 3 part. tract 12. art. 12. num. 13. & 14. resolvimus de invaliditate professionis in nostro Minimorum Ordine ante decimum nonum annum completum. Multa alia circa hos Canones pro reformatione, & instauratione status Religiosi adnotare poteram: sed ne extra rem agam, dicta sufficiant.

A R-

ARTICVLVS II.

Decreta pro Reformatione Regularium, tám Monachorum, quâm Mendicantium cuiuscumque Ordinis, & Instituti á Clemẽte PP. VIII. edita, & ab Vrbano VIII. confirmata.

PErpetuæ & fælicis memoriæ digniſſimus fuit Clemens PP. VIII. vigilantiſſimus erga Religioſi ſtatus reformationem, & inſtaurationem: & ideo quæ circa hoc edidit placet referre in aliquibus articulis, & primo decreta communia omnibus Religionibus, prout referuntur à P. Peirinis tom. 2. de Privil. Ord. Minimorum ſub decima Vrbani VIII. Conſtitutione â §. 18. *Laurent. Pirinis.*

CLEMNS PAPA VIII.

1 NVllus omnino, prętextu cuiuſcumque privilegij, vel ſuperioritatis, etiam Generalatus à ſervitio chori cenſeatur immunis, niſi pro tempore, quoquis in proprij officij munere actu fuerit occupatus. Cum Lectoribus autem, & Prædicatoribus, ijs tantum diebus, quibus eos legere, aut prędicare contigerit, diſpenſare poſſint. Idem quoque præſtare valeant cum ægrotis, & ſtudiorum cauſa legitime impeditis. In eos vero, qui negligentes, aut inobedientes fuerint, ſalutari pœnitentia Superiores animadvertant, ad præſcriptum Regulę, & conſtitutionum, alimenti etiam, ſi opus fuerit, ſubtractione.

Nullus ab offic. chori ſit immunis.
Cum Lectorib. Prædicatoribus, & ægrotis poteſt diſpenſari.
Pęna innegligentes.

§ 2. Lectio Sacræ Scripturæ, vel caſuum conſcientiæ bis in hebdomada præſcriptis diebus in ſingulis Monaſterijs, & Conventibus habeatur: ad quam Fratres omnes conveniant. Eaque abſoluta, mutua collatione circa explicatâ doctrinam ſe ſe utiliter exerceant.

Lectio Sacræ Scripturę, vel caſuũ cõſcięntię bis in hebdomada.

§. 3. Quo Tridentino Concilij decreta de paupertatis vo-

Paupertatis votum obseruetur.

voto custodiendo fidelius obseruetur, præcipitur, ut nullus ex Fratribus, etiamsi Superior sit, bona immobilia, mobilia, aut pecuniam, proventus, census, eleemosynas, sive ex concionibus, sive ex lectionibus, aut pro Missis, tàm in propria Ecclesia, quàm ubicumque celebrandis, alioque ipsorum iusto labore, & causa, & quocumque nomine acquisita, etiamsi subsidia consanguineorum, aut piorum largitiones, legata, aut donationes fuerint, tamquam propria, aut etiam nomine conventus possidere possit; sed ea omnia statim Superiori tradantur, & Conventui incorporentur, atque cum cæteris illius bonis, redditibus, pecunijs, ac proventibus confundantur, qno communis inde victus, & vestitus omnibus suppeditari possit.

Cõc. Trident. sess. xxi. de Regul. c. 2.

Superior. cõtra præd. non dispensent.

§. 4 Neque Superioribus, qaicumque illi sint ullo pacto liceat eisdem Fratribus, aut eorum alicui bona stabilia, etiã ad usufructum, vel usum, administrationem, aut commendam, etiam depositi, aut custodiæ nomine, concedere.

Ad usum concessis, sit propijs nemo manuetur.

§. 5. Eorum verò, quæ ad necessitatẽ cõcesserunt nullis quicquam possideat ut proprium, neque ut proprio utatur.

Pœnæ cõtra facientibus.

§. 6. Qui in præmissorum aliquo deliquerit, pœnas, nedum à Concil Trident. præscriptas, sed alias quoque multo graviores, Superiorum arbitrio imponendas incurrat.

Prælati dispẽsatio cõtra præd. à pœnis, nõ excusat.

§. 7. Nulla quorumcumque Superiorum dispensatio, nulla licentia, quantum ad bona immobilia, vel mobilia, Fratres excusare possit, quominus culpæ, & pœnæ ab eiusdem Concilij decretis impositæ, & ipso facto incurrẽdæ obnoxij sint, etiamsi Superiores asseverent huiusmodi dispensationes, aut licentias concedere posse: quibus in ea re fidem minime adhiberi volumus.

Vestitus, & suppellex cellarũ unifor mis. dẽtur que Fratribus necessaria.

3 §. 8. Fratrum vestitus, & suppellex cellarum ex communi pecunia comparentur, & omnino uniformis sit Fratrum, & quorumcumque Superiorum, statuique Paupertatis, quàm professi sunt, conveniat: ita ut nihil superflui admittatur; nihil etiam, quod sit necessarium, alicui denegetur.

Quæ-

§. 9. Quæcumque Fratrum veſtes, ſive laneæ, ſive lineę, omniſque alia ſuppellex in aliquem commodum Couentus locum deferantur, ibique ab uno, vel duobus Fratribus huic muneri deputatis diligenter cuſtodiantur, ut inde Superioris arbitrio, prout unicuique opus fuerit ſubminiſtrari opportune poſſint. *Omniave ſtimenta in communi loco aſſerventur.*

§ 10. Omnes etiam Superiores, quicumque illi ſint, eodem pane, eodem vino, eodemque obſonio, ſive eadem [ut aiunt] pitantia, in communi menſa, prima, vel ſecunda, niſi infirmitatis cauſa impediti fuerint, veſcantur: neque ſingulare aliquid, quo privatim quiſque in cibum utatur ullo modo afferri poſſit. Si quis ea in re peccaverit, nihil ea die alimenti percipiat, niſi panem, & aquam. *Victus omnibus etiã Superioribus ſit æqualis.*

§ 11. Superiores omnes, etiam Generalis, qui redditus, aut præſtationes peculiares ratione officiorum habent, eorum accepta, & expenſa in libro diſtincto fideliter, & diligẽter adnotari curent: neque in alios uſus, quam ratione officij ſui neceſſarios quicquam expendant. Cum verò contigerit ipſos in aliquo Conventu commorari, etiam pecunię quantitatem in commune conferant, ex qua ſibi, & ijs, qui ſecum erunt victus ad præſcriptum Regulæ, & conſtitutionum ſuppeditentur. *Superiorũ proviſiones in libro ſcribãtur, & ſolũ ratione officij expẽdantur.*

4 § 12. Nullus ex Superioribus locorum adminiſtrationem bonorum, aut aliarum rerum, diſpenſatoinemque pecuniarum, aut reddituum ſui Conuentus, etiam nomine Conventus per ſe ipſum habere, ſive exercere poſſit; ſed univerſum id onus tribus Fratribus eiuſdem Conventus à Generali demandetur, ut unus rerum, & bonorum reddituumque colligendorum, ac exigendorum curam habeat, alter tamquam Depoſitarius pecunias, ac cætera ab illo collecta, & exacta fideliter aſſeruet, alius de pecunijs, & rebus á Depoſitario acceptis. Priori, & Fratribus, ac Conventui univerſo de neceſſarijs, mandante tamen ipſo Priore, non ſecundum proprium affectum, ſed iuxta charitatis Regulam, veluti bonus diſpenſator, *Adminiſtratio bonorũ Conventus tribus Fratribus demãdetur.*

pro-

prouideat officiorum huiuſmodi confuſione penitus interdicta.

Hi tres ſingulis menſibus rationem reddant.

§. 13. Cæterum hi tres, tàm impenſi, quàm accepti ſingulis menſibus Superiori locali, adhibitis etiam duobus, vel tribus Fratribus eiuſdem Conventus probatioribus, rerumq; uſu peritis rationem reddant. Deinde ipſimet rurſus, præſentibus Priore, & peritis prædictis Generali, vel Viſitatoribus, cum advenerint. Denique ipſe Generalis, vel Viſitatores, in quolibet proximo Capitulo Generali ſaltem coram tribus Iudicibus ab ipſo capitulo, ad hoc conſtitutis, illorum omnium, univerſæque ſuę adminiſtrationis, tâm publicæ quâm privatæ, rationem reddere teneantur: cuius etiam exemplum authenticum ex actis Capituli extrahatur ad hoc, ut ad omne mandatum noſtrum, vel Sedis Apoſtolicæ Romam tranſmitti poſſit.

Tot Fratres in lo. eis degãt, quos poſſunt ſuſtentari.

§. 14. In unoquoque Conventu Fratrum is tantum deinde conſtituatur, & in poſterum retineatur numerus, qui ex redditibus illius proprijs, vel ex communibus conſuetis, vel etiam ſingulorum eleemoſynis, alijſq; quibuſcumque obventionibus in commune, ut præfertur, conferendis, commode poſſint ſuſtentari. Redditus vero, & ſupradicta omnia in cõmuni loco, ac tuto diligenter aſſerventur.

Hęc decreta declarare non poſſunt Superiores. Lectores privilegijs non gaudent, niſi actu legant.

6 §. 15. Superioribus autem ne Cõcilij Trident. aut hæc noſtra decreta declarare, interpretari, aut relaxare, ullo modo poſſint, omnino interdicimus, & prohibemus. Decernentes, irritum &c. Si quis autem contra præſumpſerit attentare is eo ipſo omni gradu, officioque privatus, & ad ea perpetuo inhabilis exiſtat.

§ 16. Nullus, niſi actu legat, aut prædicet, aliquo ſui gradus privilegio gaudeat.

Socij dãdi, Cõuer. ſint XXV. annorum

§. 17. Si alicui ex neceſſaria cauſa Generalis iudicio approbanda, ſocius ex eodem Ordine, qui illi miniſtret concedendus erit: is, niſi vigeſimum quintum agat annum, & qui communi ſervitio ſit deputatus, non concedatur: & ſi commode fieri poſſit, ſit Laicus, ſeu Converſus.

Vt

7 §. 18. Vt omnis scandalorum, & vagationis occasio tollatur, Conventus clausura perpetuo, ac diligenter servetur, ac propterea à Superiore Ianitor constituatur, qui diligentia ac morum integritate maxime commendetur. Is ianuę custodiendæ semper assistat, eamque nemini Fratrum aperiat, nisi socium, & exeundi licentiam obtinuerit. *Ianitor eligatur.*

§. 19. Nullus à Conventu egredi audeat, nisi ex causa & cum socio, licentiaque singulis vicibus impetrata, ac benedictione accepta à Superiore: qui non aliter eam concedat, nisi causa probata, sociumque exituro adiungat, non petentis rogatu, sed arbitrio suo: neque eumdem sæpius. Licentiæ verò generales exeundi, nulli omnino concedantur. *Nullus absq; licentia egrediatur.*

§. 20. Contravenientes autem, pœna gravi, etiam carceris, ad Superioris arbitrium plectantur: eamdem etiam Ianitor subeat, si sciens exeundi facultatem fecerit. *Cõtra venientes pœna gravi puniãtur.*

§. 21. Cum autem quis in conventum revertitur, Superiorem iterum adibit, benedictionem recepturus: qui à socio, itineris rationem, & quid rei actum sit, diligenter perquirat. *Cũ revertũtur, benedictionẽ petãt.*

§. 22. Nullos Fratres Romam venire, Superiores permittant, nisi prius á Generali, vel Protectore dumtaxat licentiam inscriptis impetraverint. *Romã petere nemo potest.*

§. 23. Si quis autem sine huiusmodi facultate Romam venire præsumpserit, voce activa, & passiva biennio privatus existat, subiturus etiam alias arbitratu Superiorum infligendas pœnas. Quæ item omnia adversus eos, qui supradictos admiserint, & receperint, sine ulla exceptione locum habeant. *Pœna cõtrafacientibus.*

8 §. 24. Habeat Superior clavem ita fabrefactam, ut cum sibi videbitur, cellas omnes reserare possit: & propterea à nullus cellam, etiam nocte ita claudat, quin semper á Superiore possit aperiri. *Vnicas leve omnes cellæ aperiantur.*

§. 25. In medio dormitorij totam noctem lampas colluceat. *Lãpas in dormitorio luceat*

§. 26. Nullus, etiam Superior, cellas, sive in claustro, sive ali-

Nullus alibi, ſeparatas à communi dormitorio habeat, ſed unuſquiſq; unica cella, eadem cum cæteris aliorum Fratrum coniuncta, nudis omnino parietibus, ac lecto, & menſa humilibus, unidues cellas (niſi Superior) habeat. formique ſuppellectili, ut præfertur, quemadmodum Religioſos decet, contentus ſit. Poſſit tamen Generalis alicui ex Superioribus conventuum, ſi eorum muneris, & officij neceſſitatem id exigere cognoverit, alteram etiam celliam concedere.

Cellæ extra dormitorium prohibentur. §. 27. Cellæ ſive ædiculæ, quæ extra Dormitorium ſeparatim ſunt, ad officinas, aut alias, ad communem uſum, & cõmoditatem conventus redigantur.

Singuli lectum habeant. §. 28. Sigillatim ſuo quiſque lecto cubet; neque ullibi duo eodem lecto dormire poſſint: qui omnes ad certam formam redigendi erunt.

Caminũ permittũtur, niſi Superioribꝰ §. 29. In privatis cellis nulli camini permittantur, ſed omnes obſtruantur ſtatim, cardinibus etiam è parietibus convulſis, ut res illa non ad tempus facta, ſed perpetuo duratura videatur: cellis tamen Generalis, aut alterius Superioris, ac Prædicatoris exceptis.

Conventuæ fenſtræ quomodo Regulares debent. §. 30. Conventus feneſtræ omnes, quæ in vias publicas, aut in vicinas laicorum ædes proſpiciunt, muro obſtruantur, ut omnino eis proſpectus impediatur.

Infirmaria in ſingulis Conventibus conſtituatur. §. 31. Valetudinarium in ſingulis conventibus certo, ac ſalubriori loco conſtituatur, quod pro loci ſitu, ac Fratrum numero, quoad fieri poterit, commodiſſimum eſſe poſſit, in quo Fratres omnes, cum ægrotabunt, curentur: nec inde, niſi recuperata ſanitate abire permittantur. Qui vero infirmorũ curæ Præpoſiti ſunt, omni ſedulitate, ac charitate operam ſuam præſtabunt, ac curabunt, ne quid ægrotis omnino deſit, quod ad ſanitatem recuperanda pertineat.

Non conceditur Fratribus extra Conventũ degere. §. 32. Ineatur ratio, qua ſublatis licentijs, ac facultatibus hactenus quibuſcumque conceſſis, degentes extra conventus clauſtra, ad ea quam primum revocentur. Nec de cætero, niſi ex graviſſima cauſa à Sede Apoſtolica approbanda huiuſmodi facultates concedi poſſint.

Nul-

§. 33. Nulli in posterum ad habitum, aut professionem admittantur, nisi in conventibus per Sedem Apostolicam in qualibet Provi cia deputandis.

Nullus recipiatur Novitius, nisi in conventibus designatis Constitutio largitionis munerũ observetur.

10 §. 34. Curẽt Superiores ut Cõstitutio interdicens largitiones munerum, & præscribens hospiralitatis formam, ab omnibus in quolibet conveutu inviolabiliter obseavetur.

Dignitatũ procuratio prohibetur.

§. 35. Vt omnis officiorum ambitus præcludatur, caveãt omnes á directa, vel indirecta vocum, seu suffragiorum procuratione, tám pro se ipsis, quâm pro alijs cũ in capitulis locorum, tûm in cæteris, præsertim Generalibus, capitulis, aut congregationibus, seu alibi. Qui cumq; secus fecerint, pręter alias pęnas, & censuras hactenus contra huiusmo ambientes inflictas, quas in suo robore permanere volumus, in pęnam privationis officiorum, quæ obtinent, eo ipso incidant: & ad futura quæcumq; pariter inhabiles habeantur. Super quo cũ eis dispensari á nemine possit, nisi à Nobis, vel successoribus nostris: & pro qualitate culparum gravius etiam plectantur. Porrò supradictas omnes pęnas ad complices, ac simpliciter scientes, & non revelantes extendimus.

Iurent electores de meliori eligõdo: & ad officia qui magis Regulam servãt eligantur. Concil. Trid. sess. 25 de Regul. c. 6.

§. 36. In Superiorum, & officialium omnium electionibus forma præscripta à sacro Concilio Tridentino, & Ordinis constitutionibus inviolabiliter servetur: iurentque electores secundum veritatem cuiusq; conscientiæ, probiores, ac magis idoneos se electuros: Ac propterea, priusquã ad electionẽ deveniatur, in primis, & ante omnia pręlegantur cõstitutiones de qualitate, & requisitis eligẽdorũ. Ad officia gradus & pręlaturas illi præcipuè eligantur, qui possint, & consueverint Regulas ordinis, & constitutiones observare, pręsertim, quę pertinẽt ad servitiũ chori, ac vestitũ, & victũ cõmunẽ

Tres viri graves in Examinatores eligũntur.

11 §. 37. Eligantur in Capitulo Generali, vel Provinciali aliquot graves, & periti ex Fratribus cuiuslibet provincię, salẽ tres, qui admittendos ad prędicationẽ Verbi Dei, vel ad audiẽdas cõfessiones etiã ipsorũ Fratrum, ac Lectores publicos diligenter simul examinent, priusquam probentur, & ad huiusmodi ministeriũ admittantur. Horum etiam curę sit examina-

nare, & probare, tàm quoad doctrinam, quàm quoad mores promovendo adquoscumque ordines: iu quo ferveturdecretum Congregationis interpretum Sacri Concilij Tridentini, hac de causa nuper editum, & promulgatum.

S. Congr. Concilij.

Curent Superiores Regulam servari.

§. 38. Illud porrò Superiores omnes in Domino admonemus, vt memores sint rationis, quam in noviſſimo die reddituri sunt pro grege sibi commisso, ac propterea à omni studio invigilent, ut quæ in eorum Ordinum Regulis, & constitutionibus de oratione Mentali, silentio, ieiunijs, capitulo culparum, alijsque spiritualibus exercitijs prudenter, ac pie sancita sunt, ea omnia, & singula ad unguem observentur intelligantque, super his veluti fundamentis omnium Religionẽ ædificia construenda, & amplianda esse. Quę ut faciliorem exitum sortiantur, & fructus uberiores in animis Fratrum producant, valde opportunum erit, si inquolibet cõventu singulis hebdomadis habeatur sermo de Religiosa disciplina, regularique observantia.

Et sermo de Religiosa disciplina habeatur.

Tabella cũhorarũ distinctio in loco conspicuo appendatur.

12 §. 39. Quo verò omnia ordinate peragantur appendatur tabella in loco conspicuo unius cuiusque coventus, in qua distincte annotetur, quod singulis horis cuiusque diei, quilibet Frater præstare debeat, ut certò quoque signo prænotus, maiori animi præparatione suo muneri satisfacere possit. Quæ ordinis constitutiones his Decretis, non adversantur, inviolate custodiendæ erunt.

Hæc decreta inter alias Constitutiones perpetuas collocentur.

§. 40. Quibus horum Decretorum capitibus certa pœna præscripta non est, arbitrio Generalis, vel alterius immediati Suprioris iusligatur. Vt autẽ hæc decreta, donec alia, quæ pleniorem reformationem facient edantur, ab omnibus observari possint, districtè præcipimus Generalibus, ac omnibus alijs quibuscumque Superioribus, ad quos hoc spectat, ut curent, ac efficiant ea omuia inter alias eorumde ordinum Constitutiones perpetuo valituras redigi, interdicta omnino eorum singulis facultate illas declarandi, & adversus eas umquam dispensandi: alioquin sciant se in pœnam Generalatus, & officiorum privationis, ac inhabilitatis perpetuo ad alia quoq;

quoque munera ipso facto; & sine ulla exceptione respectivè incidisse.

§. 41. Ne vero prætextu dilatæ publicationis eorum observatio quoquomodo differri possit, aut impediri volumus, ut post illorum publicationem in Conventu, vel Monasterio cuiuslibet Ordinis, vel Vrbe factam, Generalem, aliosq; ordinum Superiores, cæterosque quoscumque Fratres præ entes statim, reliquos vero absentes citra montes unius mensis, ultra montes trium mensium spatio ita arctent, ac si eorum singulis personaliter intimata fuissent. *Formapublicãdi ad effectũ obligandi.*

§. 42. In super mandamus, quod Generales in singulis conventibus citra montes unius mensis, ultra vero montes trium mensium cursu decreta supradicta publicari faciãt sub pœna privationis Generalatus, alijsque arbitrio nostro imponẽdis. Datũ Romæ apud S. Petrũ, die 25. Mẽsis Iunij 1599 *Generales hæc decreta publicari faciant.*

§. 43. Decretum istud, quo Fratres Romam petere cum Generalis, & Protectoris licentia dumtaxat permissum est, Sanctitas sua extendi ad Provincialem decrevit, ita ut Provincialis ipse ex causa communi totius Provinciæ dumtaxat, facultatem huiusmodi facere valeat: declaravitque pœnam privationis vocis activæ, & passivæ contrafacientibus inflictam, Sanctitati suæ reservatam esse, interdicta omnino eorum Superioribus singulis, etiam Generali, ac Protectori, facultate illam moderandi, ac relaxandi. Datum Romæ, die 20. Martij 1601.

ARTICVLVS III.

Decreta specialia eiusdem SS. Clement. VIII. pro Reformatione Ordinis Minimorum: & ponderatur, quantum interfit Regulari observantiæ quod Conventus sint sufficientes alere saltem duodecim Fratres sine vagatione commorantes.

PRæter præfata decreta communia omnibus Religionibus, quæ à nostra acceptata sunt in Capitulo generali à

Cap. Gener. Gen. nobis Ianuę 6. celebrato anno 1596. 1. Iunij cum eis ſpecialia Miſſa ſunt pro noſtra Religione, ex quibus omnibus ordinata ſunt ea, quæ tunc temporis Reverendiſſimus Pater Generalis Petrus de Mena, ibi recenter electus miſit in Hiſpaniam, quæ tùm in cap. num. 2. tũ in Hiſpania acceptata ſunt, & decurſu temporis in tota Religione. Cæterum, quia ſpecialia pro noſtra Minimitana Religione vulgari Italico ſermone conſcripta erant, libuit modo non ea quæ tunc recepimus la-

Peirinis. tino ſermone cõſcribere, ſed quæ nunc ex eadem Italica lingua, quę Pater Peirinis, tom. 2. Privileg. Conſtit. 2. Clemẽtis adducit, nunc tradũcta maiori fidelitate, qua potuimus ſubijcere.

Electio canonica nõ erit, in qua nõ cõvenerint vota ultra dimidietatem. Ante diẽ electionis cõventuũ per tres menſes nõ poſſũt mutari Fratres habẽt vocem.

CLEMENS VIII.

1 §. 1. OMnes electiones, quæ tàm in Capitulo Generali, quàm in Provincialibus, & Conventualibus fiunt, depoſita omni paſſione, & affectioue fiant iuxta Concilij Tridentini diſpoſitionem. Nec cenſeatur valida, & canonica illa electio, in qua pluſquam dimidia pars votorum eligentium, non convenerint: non obſtante quovis uſu, aut conſuetudine in contrarium.

§. 2. Nec poſſint Superiores Fratres â conventu mutare per tres menſes ante diem electionis ibi faciendæ, excepta cauſa ſcandali notoriè commiſſi; & in electionibus in Capitulo Conventuali faciendis illi Fratres dumtaxat votum habeant, qui in eodem conventu ſaltem per tres menſes ante diem electionis conventualiter vixerint.

Generalis faciat publicare & obſervare decreta. Vitiũ proprietatis extirpetur

§. 3. Generalis, qui fuerit electus, quamprimum faciat publicare decreta noſtri ſanctiſsimi Domini Omnique efficacia poſſibili (adhibita omni proviſione opportuna) intendat, ut executioni mandetur.

§. 4. Præcipuè intendat ipſi Generalis, ut prorſus in totũ & per totum Proprietatis vitium radicitus evellatur, non ſolum quoad exteriorem apparentiam, ſed etiam interius occaſio-

siones omnes ex quibus tam perniciosum vitium in Regularium animis pullulari possit penitus auferendo tanquam infinitorum causa scandalorum.

2 §. 5. Et quoniam quartũ votum de Quadragesimali vita huius Religionis institutum, & Regulam inter alias resplẽdere facit: ut omnes abusus fraudesque Fratrum bonæ observantię parum zelatorum extinguantur, restituatur, & renovetur ad integrum ordo, & constitutio Regulæ, & Correctorij, quatenus observetur, ut ille Frater, qui Medici iudicio paschales cibos manducare debet, teneatur per totum id tempus, quo talibus vescitur, in infirmaria morari, ita ut Conventus clausuram exire, vel extra ipsam infirmariam comedere nullatenus permittatur. Si tamen quis contra fecerit, voce activa, & passiva per tres annos subsequentes privetur: á qua dicta pœna, nisi huius Sacræ Sedis gratia speciali, habilitari non possit.

Infirmi vescentes carnibus in infirmaria, & conventu non egrediantur.

3 §. 6. Teneatur quidem ipse Generalis saltem principaliores conventus Ordinis personaliter visitare, præsertim Italiæ, Franciæ, & Hispaniæ: & posteâ visitationes cum ratione status conventuum ad hanc Sacram Sedẽ portare, iuxta instructionem â Prælato Reformationis delatam. Quod totum adimplere debet, nisi iusto aliquo impedimento fuerit præocupatus: de quo tamen probationem legitimam, & concludentem pro excusatione sua diligenter mittat. Si verò possibile fuerit (iusta causa non impediente) finitis suis visitationibus, cum eis Generalis Romam veniat rationem redditurus, de commissionis Sanctissimi nostri executione bona, suæque Sanctitati notitiam præstaturus de convenientibus fieri pro bona ministratione, & regimine Religionis.

Generalis tenetur visitare personaliter cõventus principaliores.

§. 7. Tres Collegę, seu Socij Generalis eligantur personæ maturę, & in gubernatione expertę: qui nullatenus sint eiusdem Generalis consanguinei, vel illius creaturæ: seu alioquo vis modo ab illo notoriè dependentes.

Collegæ Generalis nõ sint ipsius cõsanguinei, nec creaturę,

§. 8. Prædicti Generalis Collegæ personaliter illi assistant in visitationibus per totum sui generalatus triennium.

Collegæ teneantur ire cũ ipso Generali subpœna privationis.

Quod ſi aliquis eorũ ſine legitima cauſa á ſua ſanctitate approbanda, contra fecerit, ipſo facto, & ſine alia declaratione, voce activa, & paſſiva privatus per quinq; annos ſubſequentes remaneat; & Generalis loco illius pro ſua viſitatione aliũ aſſumat, ſecundum diſpoſitionem Regulę, & Correctorij

Tres Collegę Provincialis, & Correctoris non ſint illorũ cõſanguinei, nec creature. Superior. in Provintijs ſtudia erigant. Examinent conſtitutos in Sacris.

§. 9. Tres autem Collegæ Provincialis, & Correctoris, tales perſonæ eligantur, qui nec ſint conſanguinei, neque à tali Provinciali, vel Correctore notoriè dependentes, ut de Cellegis Generalis dictum eſt: & ſuis proprijs officijs modo iam explicato fideliter incumbant.

4 §. 10. Omni diligentia procurent Superiores Prælati inſtituere in omni Provincia (ubi non ſunt) ſtudia Humanitatis, Philoſophiã, Theologiã, vel ſaltem aliquam ex talibus profeſſionibus, ſecundum loci capacitatem: ita ut omnino dent opera, quod Fratres ſtudio incumbant.

§. 11. Ipſimet Superiores, Fratres conſtitutos in Ordine ſacro examinent, & quos ignorantes invenerint â functione ſui Ordinis ſuſpendant: procurando deinceps, quod ſtudio ſufficientes fiant, nec illos re habilitent, quouſque ad tales ordines exercendos ſint idonei.

Novitij profeſſiũ ſint ſub cura Magiſtri.

§. 12. Novitj etiam poſt factam profeſſionem ſub diſciplina Magiſtri Novitiorum per duos, vel tres annos prout (Correctoris iudicio) natura & conditio ſubiecti requiret.

S. Tharugio Commiſſ. S. Spiritus. M. A. Maſſa.

Generalis faciat publicare decreta, & de ſtatu totius Religionis certiorem faciat Sãctiſſimum.

§ §. 13. In hoc §. concludit Peirinis Epiſtolam S. Congregationis continentem præfata decreta ſanctiſſimi Clementis. Vbi præcipitur Reverẽdiſſimus publicare decreta, & indiſpenſabiliter recipi in tota Religione, & quod inter Conſtitutiones ordinis in ſerantur, & quod præcipuè illud ſpeciale decretum (quod promittit mittere) de extinguendis exiguis conventibus, non valentibus ſuſtentare duodecim Fratres, executioni mandetur, & quod de ſtatu totius Religionis certiorem faciat Sanctiſſimum, quæ rurſus poſteà dicemus, &c. Dat. Romæ, die 4. Maij anni 1596.

S.

S. Tharugio Commiſſ. S. Spiritus. M. A. Maſſa.

6 § 14. De mandato S. D N. Papæ Clementis VIII. præcipitur, & mandatur Superioribus Carmelitarum Mantuan. ſanctiſſ. Trinit. S. Franciſci de Paula Minimorum S. Onofrij Averd. ut ex cætero eligant, & eligere debeant ex conventibus, ſive conventitijs, de quibus notam dederunt illos, quos eis viſum fuerit poſſe ſuſtentare numerum duodecim Fratrum; illos autem, quos numerum huiuſmodi ſuſtentare non poſſe iudicaverint, dimittere, & ulterius infra menſem poſt feſtum Pentecoſtes procurent à die ipſius feſti, videlicet prima die feſti Pentecoſtes prædictæ computandum, diſtinctam notam de conventibus electis cum nominibus Fratrum ibi reſidentium, ac de dimiſſis, & reelectis cum ſpecificatione etiam locorũ, in quibus exiſtunt Adm. illuſtriſſimus & R. P. D. Sorbo longo viſitationis Apoſtolicæ S D. N. Papæ Secretario, omni, & quacumque acceptione morę ceſſantes ſub pœna privationis officiorum, ac alia S. D. reſervata realiter, & cum effectu traditione, & conſignatione tradere, & conſignare. Dat. Romæ, die 22. Maij anno 1596.

Dimittantur Cõuẽtus, qui nũmerũ XII Fratrũ nequeunt ſuſtentare.

7 Miror ſæpe huius ſanctiſſimi Pontificis ſedulam curam reformandi ſtatum Religioſum: & maximè hoc decretum quantum conducat ad Regularem obſervantiam indicat repetitio eiuſdem, ut ex dictis conſtat: nam art. 1. Can. 29. talis numerus Religioſorum quorumcumque in Monaſterijs conſtitui iubetur, qui ex redditibus proprijs, & aſſuetis eleemoſynis commode ſuſtentari queat. Idem Concilij decretum innovat ipſe Pontifex, ut vidimus, art. 2. §. 14. pro reformatione omnium Religionum. Nunc autem nobis ſpeciatim cum alijs tribus Religionibus præſcribit ſacratum numerum duodecim Fratrum, qui inſtar Collegij Chriſti Domini, & Apoſtolorum diſciplinam Regularem obſervare poſſint.

8 Quoniam autem in prædicti Clementis tẽpore id executioni mandatum minime fuerit Sacra Congregatio Regularium de mandato Gregorij XV (ut P. teſtatur Peirinis cõſtit. 6. eiuſdem, §. 2. & 3.) innovat decretum hoc Clementi VIII.

Peirinis.

VIII. & Pauli V. duodecimque Fratres, qui commode sustentari possint in unoquoq; conventu præcipit reperiri, expecta to consensu ordinarij & incolarũ loci: quia exiguus, & minor numerus Religiosorũ in causa est, ut cultus divinus in eorum Ecclesijs destituatur, ibiq; Regularis disciplina, ut convenit, conservari non valeat: sub dat. Romæ 17. Aug. 1622. Sed ut contrarius abusus penitus aboleatur, exierunt Decreta eiusdẽ Cõgregationis, die 21 Junij 1625. quæ adducũtur ab eodem Peirinis, sub cõst. 9. Vrbani VIII. §. 8. Innovat hoc decretũ, & addit quod duodecim Religiosi debent cõmode sustentari, & in eodẽ commorari conventu. Et meritò, nam si conventuales eiusdẽ cõventus extra claustra degãt, utinde eleemosynas colligant, & mittant Monasterio, iã numerus cõmorantium exiguus erit, & contra metẽ sancti Decreti: *Alioquin* (inquit) *Monasteria, & loca huiusmodi post hac recipiẽda, in quibus duodecim Religiosi, ut supra, sustentari, atque inhabitare non poterunt, & actu non inhabitaverint, Ordinarij loci* (addit) *visitationi, correctioni, atque omnimodæ iurisdictioni subiecta esse intelligantur.*

Cap. Gen. Barch 3. Minimor

9 Et rursus ad hunc eumdem finem in Cap nostro Generali Barchin. 3. celebrato anno 1629. sess. 5. vespert. lectũ fuit Decretum S. Congreg â SS. PP. Vrbano confirmatum, quo præcipiebatur Provincialibus intra fines Italiæ degentibus, ut rationem bonorum mobilium, & immobilium intra annum ab hoc Capi. Generali dictæ Congregationi reddant. Cumq; nonnulli dicti Provinciales iam se satis feciſſe respondissent, cæteris id facere, mandavere Patres.

Alia Cap. Generl.

In nostris etiam Cap. Generalibus Turon. n. 38. Tholos. n. 65. 2. Rom. n. 26. 1. Gen. n. 22. Paul. n. 40. & 1. Avinion. n. 11. cavetur: conventus non, nisi in bonis urbibus recipiantur. Quod si aliqui Domini, vellent conferre aliquem conventum in loco campestri, vel remoto ab urbe, ad minus dotetur talis conventus sufficienter, & competenter, ita ut Fratres iuxta vitam Quadragesimalem ibi commode vivere possint. Ideo, cap. 5. Valent. num. 27. aliqui Conventus è Religione sunt eiecti tanquam mali pro beneficio Religionis, salute

Fra-

Fratrum, & observantia Regulari. Quare, quia observantia Regularis in minori numero quam duodenario exerceri non potest, ideo conventus recipiendi non sunt, nisi vel propter pinguedinem loci, vel dotationem Fundatoris, inibi absque vagueatione sustentari in vita Qadragesimali queant. Et ideo in Capitulo Generali nostro 2. Ian. num 12. non admittuntur annui Correctores, ubi non nisi quinque, aut sex Fratres propter insufficientem vivendi commoditatem commode vivere possunt. Et hoc intellige, si adsit spes, & substantia perficiendi Conventum ad duodecim Fratres commode alendos, alias erit perpetuo ipsos paucos Religiosos irreligiose vivere. *Stephan. Isnardus.*

10 Hic optime noster Isnardus in Codice Minimo verbo Conventus. Ex quibus [inquit] colligant R. PP, Provinciales, eorumque Capitula, non debere, acceptari in conventus tuguriola, maximè campestria, cum ut dicitur in præcedẽti statuto, sint adeo mala, ut non sint pro beneficio Religionis, sed vergant in salutis Fratrum, & Regularis observantię detrimentum. Sintque potius exilia, quam conventus. Conventus ergo acceptent in bonis urbibus: aut si in campestribus loci, sufficientibus redditibus dotatos, ut sæpe fuit ordinatum, sicut patet ex ante dictis. Non sint in acceptandis faciles, ne in dimittendis cogantur esse faciliores, aut peculio detestabili, necessarium locum subministrent. Ne ve illorum Religiosi cogantur ita frequenter mendicare per pagos, & castella vicina, ut videantur continui cursores, & potiùs in illis commorari ad victum quærendum quam ad serviẽdum Deo, facti sæcularibus importuni, & odiosi, iuxta illud D. Bonav. tom. 1. Opusculorum Epistola ad Provinciales sui Ordinis, pag. 487. *Frequentia discursus, & importunitas quæstus viles nos efficiunt, & graves:* & in expositione Reg. S. Francisci. q. 6. ait: *Quando nimis urgemus homines ad dandum, perdunt devotionem prius ad nos habitam: ita quod, neque prædicatione, neque exemplis, nec alijs, quæ facimus edificentur. Vnde, cum vident nos accedere, terrentur, & timent, quod aliquid velimus* *S. Bonav.*

mus ab eis expetere, quod grave sit eis dare, & erubescunt negare: & si dederint non libenter, minus merentur: & sic rebus, & devotionibus privantur.

11 Nec valet dicere illa conventicula, pro hospitijs de-
Peirinis. servire. Etenim (notat optime Peirinis de Subdito, q. 2. c. 2. §. 2. minus malum est per vnam noctem pernoctare in diversorio, seu in alia devotorum domo, quam permittere, ut duo, vel tres, vel quatuor Religiosi habitent in illis tugurijs absq; disciplina, absque timore, absque obedientia, absque sui Ordinis ordinarijs exercitijs. Sic enim assueti, si reducantur ad cõventus, in quibus viget Regularis disciplina, iam fracto, iugo, ruptis vinculis eis subijci ultra vix poterunt.

Nec valet etiam dicere, hos pauperes conventus, futuros aliquando bonos Respondet enim idem Peirinis ibidẽ: erunt boni, quando Religio erit mala, & relaxata. Replicant: Suminus hos Conventus, ut proximos adiuvemus. At, cum bene ordinata Charitas à se ipso incipiat, non est adiuvandus proximus cum propriæ salutis dispendio. Adiuvare sane proximum tenemur, sed post nos ipsos, non ante nos. Hæc Ste-
Nos. phanus Ispnardus. Faciunt ad hoc quæ diximus supra. tract. 7. art. 7. 8. & 9.

ARTICVLVS IIII.

Institutiones super receptione, & educatione Novitiorum Religiosorum in Monasterijs designatis, vel designandis, ab eodem Clemente VIII. editæ, & à SS. PP. Vrbano VIII. confirmata.

Nos. QVoniam, ut vidimus tract. superiori disciplina iuvenũ abusum indisciplinatorum destruit, operæ pretiũ erit Reformationem circa educationem novitiorum à Clemente eodem editam subiungere.

1 §. 1. Cum ad Regularem disciplinam in singulis Religio-

giosorum Monasterijs propagandam] Novitiorum institutio maximè utilis sit, ac necessaria; & nihil ad gravem illam, ac laudatissimam priscorum Parentum vivendi rationem relaxandam maiorem vim habuisse compertum sit, quam vel nimiam in recipiendis Novitijs facilitatem supra numerum, quem capere, atque alere Monasteria ipsa possent: vel negligentiam in probando, & examinando eorum spiritu; an verò esset ex Deo, atque ex præcipuò desiderio illi inserviendi? vel denique incuriam in eis educandis, atque instituendis: Idcirco, ut huiusmodi incommodo deinceps occurratur, præcipitur omnibus, & singulis, ad quos spectat, ut in recipiendis Novitijs, & in eorum institutione, atque educatione, nec non in Magistri, & aliorum Ministrorum electione, præter alia, quæ in sacris Canonibus, & Decretis, præsertim Concilij Tridentini Pontificijs, & cuiuscumque Ordinis, aut instituti continentur, tám in alias designatis, quam nunc, & in posterum ad hoc designandis Monasterijs, & conventibus, hæc quæ secuntur inviolate observari, & exequi perpetuo curent.

Motiva harũ Ordinationũ

2 § 2. Primum, quod attinet ad Novitiorum recipiendorum formam, ultra diligentem perquisitionem, quæ habenda erit de unius cuiusque natalibus, corporis habitudine, moribus, & vita ante acta, ac præcipuè eorum, qui sextum decimum ætatis suæ annum excedent, an criminosi, an ære alieno gravati, vel reddendæ alicuius administrationis rationem obnoxij sint? iuxta formam const. felic. recor. Sixti V. & moderationem subsecutarum. Illud etiam Superiores, ad quos spectabit, sedulò perquirãt, ut quibus in Monasterijs, & conventibus ex Apostolica facultate Novitiatus fuerint instituti; in ijs ad Religionem nullus in posterum admittatur, qui & ex honestis parentibus natus non sit, & conditiones à sacris Canonibus, Summorumque Pontificum constitutionibus præscriptas, non habeat, iuxta Decretum super forma de recipiendis Novitijs, die 19. Maij 1602. editum.

Quæ cõditiones requirãtur in Novitijs recipiendis?

§. 3. Quisque recipiendus in aliquo Ordine Regularia, etiam,

Quã ætatẽ, & ſciẽtiã habere debeant etiã Converſi?

etiam Mendicantium, in ea ſit ætate conſtitutus, quam eius Ordinis, in quo recipietur Regularia inſtituta, & ordinationes requirunt: eam vero litterarum ſcientiam calleat, aut illius addiſcendæ ſpem indubiam præſeferat, ut Minores, & ſui temporibus Maiores Ordines iuxta Decreta ſacri Concilij Tridentini ſuſcipere valeat. Sed, ſi quis annum vigeſimumquintum excedens, ad habitum Regularem admitti poſtulaverit, & talis eruditionis expers inventus fuerit, in Converſorum tantum, quibus litterarum ſcientia non eſt neceſſaria, numerum referatur. Ipſi autem Converſi non recipiantur ante vigeſimum ætatis ſuæ annum: & niſi ſaltem præcipua doctrinæ Chriſtianæ capita noverint.

De quibꝰ debẽt examinari. De hoc ſupra, tr. 8. art. 3.

§. 4. Demum Superiores diligenter exquirant, quo ſpiritu, qua mente, ac voluntate id Regularis vitæ genus elegerint, quem ſibi finem propoſnerint: num zelo melioris frugis ac perfectioris vitæ, & ut Deo liberius famulari poſſint, an potius levitate, vel humano aliquo affectu, aut inordinato animi ducantur? Et an eorum parentes ope, & ſubſidio ipſorum indigentes deſtituantur.

Inſtruantur de Regula, & votis ante quã ad habitũ recipiantur.

§. 5. Provideant quoque, ut omnes etiam Converſi recipiendi priuſquam ad habitum Regularem admittantur ab ijs, quibus munus hoc incumbit, de Regula, quã profeſſuri ſunt tribus votis eſſentialibus, ſtatuque Regulari, & alijs cuiuſq; Ordinis peculiaribus inſtitutis, & conſtitutionibus diligenter inſtruantur. Et quia quarumdam Religionum mos eſt, ne dum Converſos ad profeſſionem admittendos, verum, & oblatos, ut vocant, recipere, circa ipſorum Oblatorum receptionem unaquoque Religio ſuas peculiares conſtitutiones, ſpecialiaque inſtituta obſervare teneantur.

Novitij ſtatim recepti confeſſionem generalẽ faciant. Deſitu, & poſitura Noviciatus, in quo etiã Magiſter, & locus ſit.

§. 6. Statim atque Novitij ad habitum recepti, & in locum Novitiatus introducti fuerint, per generalem omnium peccatorum confeſſionem totius ante actæ vitæ conſcientiam diſcutiant, & expurgent.

§. 7. Quod verò ad loci qualitatem unius cuiuſque noviciatus ſpectat, locus huiuſmodi propria clauſura ab ea parte

Con-

Conventus, & Monasterij in qua degunt, Professi, segregatus sit, atque distinctus, habeatque tot ad dormiendum cellulas separatas, quot erunt numero Novitij, vel Dormitorium ita capax, ut pro singulis singuli lecti sterni possint. In quo etiam cellula, vel certus ac determinatus locus pro *Magistro*, eiusque Socio reperiatur.

§. 8. In eo etiam, præter alias communes commoditates, aptus locus adsit ad spirituales collationes, seu conferentias faciendas, ac lectiones, instructionesque Magistri audiendas: & in quem Hyemis tempore ad caletaciendum se igne communi recipiant.

Sit in eo locus pro Collationibus: Caminus quoq; ad calefaciẽdum.

§. 9 Oratorium insuper, seu capella, si commode fieri poterit: ad Novitios in spiritualibus, præsertim in ceremonijs, Ecclesiasticisque functionibus exercendos.

Sit etiam in eo Oratorium.

§. 10 Hortus quoque peculiaris ad honestam recreationem bene concluſus, atque munitus adsit; sin minus hortum cæteris Fratribus commmnem recreationis tempore ingrediantur. Ipsis verò Novitijs ibi commorantibus, curabit Magister, cum loci superioris authoritate, si opus fuerit, ne in eumdem quisquam alius ingrediatur.

Hortus quoq; sin minus ad cõmunem alijs exclusis.

§. 11. Ad huiusmodi locum Novitiatus nemini eiusdem vel alterius Ordinis Regulari, etiam Conventus, & Monasterij officiali, ullo unquam tempore sub quovis prætextu, aditus pateat, præterquam Magistro, eiusque Socio, ac etiam Monasterij, seu Conventus Superiori, si quandocumque ingrediendum sibi necessario existimaverit. Quo tamen casu aliquem semper ex senioribus Conventus, vel Monasterij Patribus socium assumant.

In Novitiatũ solus Magister ac Socius & aliquã do Superio ingrediãtur.

§. 12. Huius loci clausuræ clavis apud Magistrum semper asservetur; illique soli liceat ex gravi tantum causa ingressum illuc alicui permittere; si quis autem Novitiorum quempiam alloqui voluerit, Magistro præsente, & non aliter, alloquatur.

Novitij quomodo alloquendi.

§. 13. Novitiorum Magistro Socius, si per Novitiorum instruendorum multitudinem necessarius fuerit, vita, & mo-

Magister Novitiorũ & Socius in Capitulis Provincialibus eligantur per triennium.

moribus, quod fieri poterit consimilis deputetur, qui in his, quæ ad Novitiatus regimen spectant, dicto Magistro immediate subiectus existat. Eligantur que, tam Magister, quàm Socius per Provinciale Capitulum, per triennium ad minus, onus huiusmodi subituri. Quod si aliquo casu extra tempus capitulare nova loca Novitiatus concedi cõtingat, tunc electionem Magistri Novitiorum, & Socij huiusmodi in his novis locis per Generalem, vel Provincialem, seu Magistrum, aut eorum Visitatores, seu Vicarios: de Diffinitorum tamen, vel graviorum, aliorum Patrum consensu fieri permittatur. Idemque servetur, si intra triennium, alterum, vel utrumque urgẽti aliqua de causa ex illis locis amoveri, vel mori cõgerit in cuius, vel quorum locum alij consimiles subrogari debeãt.

Decõditionibus Magistri Novitiorum.

§ 14. Tàm Novitiorum Magister, quàm Socius ab ijs omnibus officijs oneribusque vacationem habeant, quæ Novitiorum curam, & regimen impedire valeant. Ipse Magister Sacerdotali Ordine sit initiatus, ac in quintum saltem supra trigesimum ætatis suæ annum constitutus, & per decenniũ à professione emissa in Religione perstiterit; Socius vero trigesimum annum excedat: sintque ambo doctrina, & quantum per Superiorum diligentiam, & vires fieri poterit, vitæ etiam ante actæ exemplo præstantes. Orationis preterea, & mortificationis operibus addicti, prudentia, charitateque referti, non sine affabilitate graves, zelum Dei cum mansuetudine præferentes, ab omni cordis, ac animi perturbatione, ira præsertim, & indignatione, quæ in se, & erga alios Charitatem impedire consueverunt, quam longissimè alieni: & tales demum, qui in omnibus, se ipsos bonorum operum exemplum præbeant, ut ij, qui eorum curæ subsunt, illos non tàm metuant, quàm revereantur, nec illis unquam detrahere quicquam possint.

Magister habeat plenã potestatem erga Novitios.

§ 15. Habeat etiam Magister plenam, & absolutam potestatem circa Novitiorum instructionem, ac Novitiatus regimen, ita ut in illis nemini (Visitatoribus, ac Superioribus maioribus, vel etiã localibus exceptis) quovis colore se ingerere liceat.

Cu-

§.16. Curanda habeat diligentem, ut Novitij omnes in Regulari disciplina sedulo exerceantur, agnoscantque præcipuè divinæ, qua digni facti sunt vocationis præstantiam, & excellentiã, quæ vera sit atque perfecta votorum solemniũ, & quam necessaria cuiusque ordinis constitutionum observantia, modum in Oratione, tùm vocali, tùm mentali frequentandi: illicitas passiones, & vitia (ad quæ natura per peccatum labefacta, omni tempore prona est, atque proclivis) per sensuum custodiam. & mortificationem cohibendi, austeritatem, ieiunia, cilicia disciplinas, conscientiæ puritatem, crebram illius discussionem, Sacramentorum frequentiam, Confessionis præsertim, quæ bis saltem singulis mensibus fiat per aperitionem quotidianam motuum internorum cordis, & tentationum manifestationem per exercitium humilitatis circa viliora Monasterij, per modestiam in omnibus actionibus diuturnumque silentium.

Quibus debẽt Novitij instrui.

§.17. Quilibet Novitius bis quotidie Orationi mentali, & vocali incumbat, unusquisque secundum propriam capacitatem, & ordinem sibi à Magistro præscriptum, ac pluries in die propriam conscientiam unusquisque examinare contendat. Ipsi autem Magistro soli Novitiorum confessiones audiendi cura committatur. Liceat tamen Superiori, etiam locali, si ita expedire iudicaverit, vel per se ipsum, vel per alium ab eo deputandum, semel, aut bis in anno eorumdem Novitiorum confessiones audire.

Novitij Orationi incũbãt: & Magistro confiteantur.

Huic obstat nostrũ Correctorium, nu. 89. cui stãdum interpretes.

§.18. Quotidie Missæ sacrificio intersint, & statutis horis in choro nocturnis, diurnisque Divinis officijs assistant.

Missæ intersint, & horis canonicis.

§.19. Exercitationibus etiam corporalibus vacent, legãt, vel scribant res spirituales, modestam animi recreationem interponant, quæ in solitario loco, & commodo extra Novitiatum semel in hebdomada, vel in alternis saltem hebdomadibus longior statuatur: fiatque semper Magistro præsente, vel Socio: qui multum invigilent, ne duo ab alijs commorentur disiuncti atq; eo tempore cuiusque in quam natura feratur propensionem scrutentur.

Vacent etiã exercitijs corporalibus

Non

Cũ Profes sis, non cõ versentur

§.20. Non liceat eis, durante Novitiatus, & probationis tempore, una cum professis, nisi in choro, in Ecclesia tempore officiorum, in processionibus, aut in Cænaculo causa refectionis commorari: nec permittatur eis professos domo exeuntes comitari.

Vni Novitiorũ cõmittatur, ianuæ custodia.

§.21. Pro communibus, & proprijs cuiusque necessitatibus, quę accidere possunt, unus ex Novitijs ipsis, ętate, moribusque provectior deputetur, qui absente Socio, Magistro permittente, omnia prout opus fuerit, agat; cui etiam ianuæ custodia, & rerum levioris momenti provisio intra Novitiatum committi poterit.

Cõversorum cura non omittenda.

§.22. Cum autem licet Clericorum bene instituendorum cura debeat esse prȩcipua, Conversorum tamen Religiosa institutio non sit prætermittenda, quin potius æquanimiter amplexanda: quando quidẽ satis exploratum est, istorum etiam, cum Regulam profiteantur eamdem perfectam educationem, tũm Religioni decorem, & ornamentum, tũm alijs Christi Fidelibus ædificationem, exemplum, atque utilitatem afferre: Conversis ipsis â Clericorum novitiatu separatus ad dormiendum locus, quantum commode fieri poterit, assignari præcipitur. Illi tamen hac separatione non obstante, Magistro Novitiorum, seu Superioribus Monasteriorum, & Conuentuum, iuxta cuiusque Ordinis statuta, & constitutiones subditi esse, & obedientiam præstare debebunt. A quo, non tantum circa corporalia obsequia probandi, & exercendi, verum etiam pro eorum capacitate, & commoditate, de spiritualibus præsertim de modo mentaliter orandi, diligenter instruendi erunt. Quod, ut commode fiat, ad capitula, & spirituales conciones, quę per Magistros, Novitijs fieri solent, accersiri debeant, & in Ecclesijs statutis horis conveniant, nisi tunc in suis officijs actualiter occupati fuerint.

Conversi 21. annũ ad profitẽdũ habẽt.

§.23. Tempore vero probationis elapso, ij tantum, qui, non solum Religiosæ perfectionis capaces, sed ad laborẽ corporalem apti, novo ac diligẽti examine reperti fuerint, dum-

modo ætatis suæ annum, quoad Clericos decimumsextum, quo vero ad Conversos vigesimum primum excesserint ad professionem admittantur: sed qui ad Conversorum habitum recepti fuerint, ad Clericorum statum transire, etiam durante tempore probationis, non possint.

Habeat Superior librũ ad registrãdas Novitiorũ professiones. Conversi loco subscriptionis signum † faciant. Conventus facientes filiationes ad loca novitiatuum Novitios mittant.

7 §. 24. Superior cuiuslibet conventus, in quo Novitius fuerit constitutus, particularem librum habeat, in quo unius cuiusque Nouitij professio registretur: illamque Novitius professus propria manu, & duo testes qui præsentes fuerint, subscribant.

§ 25. Conversus verò litterarum ignarus professus, in eorumdem testium, qui se subscripserint præsentia, propria manu signum Crucis apponat, asserveturque liber, & custodiatur in archivio, ubi scripturæ ad Monasterium, seu Conventum pertinentes reponi consueverunt.

§. 26. Quia vero in quibusdam Ordinibus filiationis usus est receptus, declaratur, quod licet decretum sit, ut Novitijs educandis certa Magisteria, aut conventus designata, quilibet ordo habere debeat, licitum tamen sit Superioribus Monasteriorum, & Conventuum huiusmodi Ordinum, in quibus filiationis usus receptus est, eos, quos prænarratis qualitatibus suffultos reperirent, in suorum locorũ filios iuxta cuiusq; ordinis constitutiones ascribere, sicque ascriptos, cum iuxta præsentes instituciones, & alias, servatis servandis ad Ordinem recepti fuerint, ad loca novitiatuum, cum testimonialibus litteris transmittere: ubi, tanquam dictorum Conventuum, seu Monasteriorum filij eorumdem nomine, & instantia recipi, ac in novitiatu probari: & deinde antequam ad eadem Monasteria, seu conventus filiationis huiusmodi remittãtur in professorio ad perfectionem, ut præmissum est, exerceri debebunt.

Capitula provideãt circa singulos conventus quæ magis expetere videbuntur.

8 §. 27 Porrò, ne loca unius Monasterij seu Conventus ab alio præoccupentur, Capituli Generalis, aut Provincialis partes erunt numerum præscribere pro omnibus; & eam similiter rationẽ circa alimentorum cõtributionem, si opus fuerit ini-

iniri, ac ſingulis Conventibus, & Monaſterijs præſcribereque magis expedire videbitur.

Novitij ſæcẽs pro ſſsiua aliuã profeſſorũ collocentur.

§. 28. Vt autem Novitij iam in profeſſorum numerum, ſicut præmittitur recepti, melius in bono ſpiritu regulariſq; diſciplinæ obſervantia ſtabiliãtur, & cõfirmentur, mandatur, ut ſtatim poſt profeſſionem emiſſam, ſi in Conventibus, aut Monaſterijs pro novitiatibus aſſignatis locus aderit ſecundi novitiatus, ſeu profeſſorij ab ea, quę Novitiorũ eſt, atq; antiquorum profeſſorum habitatione diſtinctus, & ſegregatus, ibi collocentur, ſi Monaſteriũ, aut Cõventus eos alere queat, ſiu minus in alium commodiorem Conventum, aut Monaſterium transferantur, in quo is locus cum requiſitis ad novitiatum ſupra narratis reperiatur, vel accommodetur, aut de novo conſtruatur.

Religiones, que conſueuerunt Novitios maioriẽ porcin Novitiata tenere, continuent.

§. 29. Ab hoc tamen illę Religiones excipiuntur, quę ſuarum conſtitutionum, ſeu inſtitutorum vigore maioris tẽporis curſu nóvos profeſſos intra novitiatum detinere conſueſcunt, quibus in hac parte non derogatur. Illis tamen permittitur, ut earum conſtitutionibus non obſtantibus id ipſum facere poſſint, ſi id rationi, ac Religioni magis expedire iudicaverint: quibus in locis degant ſub regulis, & modo vivendi adhuc arctiori, quem ſervent antiquiores profeſſi, ita quod in negotijs Monaſteriorum, aut Conventum non ſe intromittere, nec communibus tractatibus intereſſe, neque alicuius exterioris obediẽtiæ officium exercere debeant: ibiq; permaneant quoaduſque ad ætatem ſacris Ordinibus ſuſcipiendis ſufficientem devenerint; vel ſaltem per trienniũ poſt profeſſionem, quo etiam tempore poterunt, quinimo, & debebunt litterarum ſtudijs operam navare ſub directione, ac regimine Superioris, qui eas qualitates habeat, quibus Novitiorum Magiſtrum prędituм eſſe oportere dictum eſt.

Novitij, non recipiãtur, niſi in locis à ſignatis

§. 30. Declaratur tamen, quod propter præmiſſa, non cenſeatur conceſſa licentia recipiendi Novitios, niſi in locis pro novitiatu deſignatis, aut in poſterum deſignandis, & pro numero dumtaxat eorum ſingulis præſcripto, vel præſcribendo.

Deniq;

§ 31. Deniq; si illi, qui inter Religiosos gradu, & ordine Superiores sunt, & alij, ad quos spectat, in prædictis omnibus vel eorum aliquo deliquerint, seu quovis modo contra sece- rint, officiorum omnium, quæ tunc obtinebunt, privationẽ, graviores que pro modo admissæ culpæ pœnas se subituros certo sciant. Datum Romæ apud S. Petrũ, die 19. Maij 1603. Ant. Seneca Reform. Apost. Secretarius, anno 1624. indict. 7. Pontif. autem S. D. N. D. Vrbani divina providentia Papæ VIII. anno eiusdem 2. die vero 26. Mensis Octobris supradicta Decreta tàm S. Congregat. Concilij, quàm S M. Clement. VIII. affixa, & publicata fuerunt ad valvas Basilicarum S. Ioan. Later. & Principis Apostol, necnon in acie campi Floræ, ut moris est per Nos Camillum Fundatum, & Iulium Marzitellum Cursores sanctissimi. Brandimartes Leatini pro Magistro DD. Curs. *Pœnæ cõtra facientes.*

ARTICVLVS IIII.

Epistola Reverendissimi Camart Ordinis Minimorum S. Francisci de Paula pro conservatione eiusdem Ordinis.

CVra pro manutentione eorũ, quæ rectè geruntur in nostra Minimitana Religione, nec non, si quæ in aliqua Provincia ob temporum malitiam directioni, & emendationi obnoxia sunt, ut occasus præveniatur observantiæ, in eo visa est in Capitulo Romano (ut supra tract. 2. art. 1. dicebamus) quod Reverendissimum Ægidiũ Camart Patres elegerunt consilio, & auxilio maximè nostri Protectoris Eminentissimi Aldrobandini, qui de tanto, ac tali Pastore eligendo curavit: quẽ statim in initio peccata nostra, è medio, morte supervenientem abstulerunt, sed iam iam redundantem illius spiritum, & super affluentem charitatem & ardentissimum zelum ex se quenti colligamus *Nos.*

Fr. ÆGIDIVS CAMART RETHELIENSIS, totius Ordinis Minimorum S. Franciſci de Paula Correctior Generalis, licet immeritus, omnibus Reverendis Patribus Provincialibus, Correctoribus, Vicarijs, & alijs Fratribus in eodem ordine Domino famulantibus, ſive dilectis filijs in Chriſto Ieſu ſalutem in eo, qui mandat ſalutes Iacob.

§. 1. *Exordium ad divinam opem.*

1 VT primum ad noſtrę Minimitanæ familiæ, regimen Domino ita diſponente aſſumpti fuimus, in id totam mentis aciẽ intendimus, ut quæ ad Dei obſequium, Religionis noſtræ augmentum, Fratrumque in ea degentium quietem pertinent, omni conatu proſequeremur, cui fini cõſequendo, cum impares in nobis animi, corporiſq; vires, nulla merita, varios deffectus adverteremus, invaſit nos ſollicitudo non modica, ne boni, perfectique Regiminis adminiſtratio (quam ab unius capitis electione, omnes undique Fratres ſperabant) aliquam ex noſtris demeritis remoram pateretur. Nec vana timoris cauſa, ſi in humana tantum ope multiplices miſeriarum noſtrarum, atque defectuum acervi, ut facili negotio animum deſpondere poſſimus, niſi aliunde ſubleveturi. Itaque ad montes æternos oculorum aciem convertere neceſſarium fuit, bonorumque omnium largitor Deus, à quo omne datum optimum, & omne donum perfectum deſcendit, toto cordis affectu conveniendum, quatenus ab illius immenſa liberalitate eas omnes animi dotes, quæ ad generalatus onus integre ſuſtinendum deſiderantur, excipiamus. Veſtra omnino intereſt, dilectiſſimi filij, qui in B. P. N. Franciſci de Paula caſtris ſub charitatis vixillo dimicatis, deque communi omnium ſalute agitur, cum de periti Paſtoris, qui pro univerſo

so grege excubias agat, iusto ac sancto regimine agitur. Hæ omnium partes sunt; atque ideo intimis animi desiderijs, ac suspirijs, frequentique oratione Deum pulsare convenit, ut pro infinita sua liberalitate ex abundantibus misericordiæ suæ thesauris, ea nobis Spiritus Sancti charismata effundere dignetur, quæ ad legitimam concrediti nobis officij administrationem pro omnium Fratrum salute sit necessaria.

§. 2. *Commendatio Reverendissimi Eminentissimi Protectoris.*

2 Facit quidem nostris desiderijs totiusque ordinis utilitati Illustrissimi, ac Reverendissimi Principis, ac Domini Cardinalis Aldrobandini totius Minimitanæ familiæ Protectoris Zelantissimi insignis in Deum pietas, in rebus agendis prudentia, in Religionis negotijs administrandis Charitas, in Fratres omnes benevolentia, ut merito sperare possimus sub tanti Protectoris moderatione pristinum ordinis florem redire posse. Quem certé, non solum tanquam á Sanctissimo Domino Gregorio P. P. nobis donatum, sed cœlesti numine bene nobis volente demissum suscipere, ac venerari debemus ob singulares tanti Principis virtutes. Ille tamen, ut est in Deum vehementer affectus divinam etiã nobis opem adesse desiderat.

§. 3. *Oratio Quadraginta horarum, & alia statui Religionis necessaria proponuntur.*

3 Hoc igitur primum à vobis postulamus, dilectissimi filij, ut per singulas Ordinis nostri Provincias quilibet Provincialis in præcipuis conventibus quadraginta horarum orationem instituat, in alijs, & ubi exiguus Fratrum numerus est spiritualia quadam exercitiorum genera, maximè vero in augustissimo Missæ sacrificio indicere satagat, quatenus Minimitana nostra familia sub Dei tutela nobis virtutum incrementis augeatur, regularis observantiæ vigor refloreat, sit in ea votorum Deo nuncupatorum integra persolutio, charitatis nexus feliciter adstringatur, vigeat unanimis omnium in Dei obsequio consensus, pacis divinæ fœdera singulos ad invicem

consocient, &, quod maxime necessarium est, humilitatem nostram misericordię suæ oculis intueatur, virtute muniat, veritatis suæ scuto protegat, donis cœlestibus ad communę totius Religionis bonum exornet, illoque spiritus sui splendore super induat, qui Ordini nostro regendo vobis, qui in omnibus in ea, quam professi estis vivendi rationem conservandis necessarius est.

§. 4. *De officio Divino.*

4 Porró orationum uostrarum incensum in Dei conspectu dirigatur, atque inde fructus, non vulgaris exurget, si quæ sunt Divini servitij diurnum, videlicet nocturnumque officium sedulo exhibeamus. Quid enim aliud unumquemque nostrum ab uberibus mundi, à seculi delicijs evulsit, atq; in hanc Minimitanæ Religionis eremum sub S. Patris Francisci de Paula vexillo evocavit, nisi divinitus inspirata charitas, fervensque divini honori zelus ? Videte ergo ne opus Dei fraudulenter fiat inter vos, sed iuxta Regulæ præscriptum horis assuetis cum timore, & reverentia divinum officium persolvere curetis: nequisque temere, aut sine legitima eaq; non vulgari causa, chorum sua præsentia fraudet; sed omnes ubique unanimes uno ore Dei laudes recitent.

§. 5. *De oratione Mentali.*

Adhibenda quoque vobis est diligentia ne omittatur Meditationis ordinariæ studium; sed statis horis in Ecclesiam quoadunari debeatis, ut ibidem orationis Mentalis adipe corda fratrum saginentur. Definient igitur Patres Provinciales commodum aliquod tempus, quod in commune convenientes cœlesti huic exercitio vacare possitis. Ad quod certè vehementer nos hortatur sanctissimus Pater noster.

§. 6. *Electio bonorum Prælatorum, & qui illi.*

5 Qui vero sacræ Religionis corpus, non ex solo capite, sed etiam ex varia membrorum compage, quorum unum quodq; iuxta sibi convenientem qualitatem capiti adminiculum præbeat; ea ratione commendatam vobis habemus electionem Superiorum omnium, qui nobis veluti viva, & sana membra

coo-

cooperari debent, quos vero maximè desideremus paucis accipite. Primumvobis eligantur in Provinciales & Correctores, qui zelum Dei habeant, patres prudentia maturi, in oratione ferventes, & assidui, qui spirituali discretione polleant, qui Regularis observantię sint tenaces, deinde, sint immunes ab omni avaritia, quæ idolorum est sevitus, qui manum excutiant à munerum acceptione, qui in Religiosa paupertate cõquiescant. Decet enim eos, qui ad Religionis moderationem vocantur, commune Religionis bonum sibi proponere, Fratrumque suorum consolationem, non autem propriæ privatæque utilitati deservire.

§. 7. Caveatur mala Prælatorum electio: & mala inde secuta.

Certè, si quos noverimus siniſtro favore, aut furtivis munerum, donorumque pollicitationibus ad aliquem superioritatis gradum ascendisse, vix ei cõmittendam iudicabimus, vel unicam Dominici gregis oviculam, qui in illis non Christum, sed exteriora, quærierit.

Porrò nobiscum perpendite, quantum mali ex hoc corrupto fonte oriatur: hinc enim profluit perversi, ac contagiosi exempli labes: fieri enim nequit, ut inferiorum officialium, quorum plurimi in singulis conventibus degunt, manus ab huiusmodi largitionibus sint immunes, cũ viderint Superiores in consimili cœno volutari, atque immundis manibus addere fortitudinem: ipsos etiam radicitus evertent qui quovis prætextu proprijs commodis inhiabunt.

§. 8. Bona Novitiorum educatio in Seminarijs.

6 Bonam Superiorum electionem proximè comitatur Religiosa Novitiorum informatio: sicut enim tenellæ oleris plantæ novella germina, ex quibus oriuntur præclaræ Patrũ propagines, si in tenella ætate bonis moribus Religiosæ vitæ exercitijs, ac veræ, solidæq; pietatis studio assueverint. Nostis constitutiones Clementis VIII. quę, si adamusim ferventur, maximè verò in tyronibus, & Novitijs erudiendis, non vulgarem Ordini nostro gloriam adferent. Satagite ergo, ut in qualibet provincia Seminaria iuvenũ ad ordinem nostrum

Informatores Novitiorum qui?

maxima cum diſcretione admittendorum eligantur illiſque præficiantur optimi quique Informatores, viri ſpirituali in vita exercitati, Regularis obſervantiæ tenaces, diſcretionis ſpiritu imbuti, & qui ex intimis animæ præcordijs charitatis zelum hauſerint, eumdem poſteà in concreditos ſibi tyrones feliciter infundant.

§. 9. *Obedientia Regularis exhortatur.*

7 Porrò qui in tyrocinio, ac novitiatu bene fuerint inſtituti, haud dubie ſuavi Obedieutiæ iugo, ſe, ſuaque omnia ſubijcient, cum obedientia inter cætera vota, quę Deo nuncupavimus primatum teneat. Illa eſt, dilectiſſimi filij, quam præcipuè colere debemus; nec facile illius vinculum diſſolvi poteſt, quin continuo totius Religionis machina diſpareat. Scitis ex divinæ Scripturæ teſtimonio, quam ſevere cœleſtis ultio in rebelles atque inobedientes animadvertat, & quanta malorum congeries ex Obedientiæ contemptu mortales opreſſerit. Noſtri muneris eſt unumquemque veſtrum in Domino cohortari, ut ſanctam hanc, ac Religioſam virtutem ſartam tectam cuſtodiatis. Diſcant ſubditi maiorum in imperijs, non reluctari; ſed humiliter parere, diſcant maiores, Regulæ inſtitutis, & legibus obſequi, nec tolerandos ſibi putent rebelles, ſed ſeveriſſimè in aliorum exemplo caſtigandos.

§. 10. *De voto Paupertatis.*

8 At, quoniam fieri nequit, ut perfectæ obedientiæ tenor illibatus permaneat, niſi prius corda ab omni terrenarum rerum ambitione, & deſiderio penitus evacuentur, hoc in animo ſibi quiſque proponat, fruſtra quamdam exteriorem obedientiæ faciem oſtentari, niſi interius ſolidas, ac veras radices in mente egerit. Non eſt enim coacta, ac violenta Religioſorum Obedientia, ſed ſpontanee, ac voluntariè aſſumpta. Quis enim ſe voluntarie ſacrificaturum in humilitatis ſubiectione ſperet, niſi renuntiationis perfectæ ſpiritum, ideſt Paupertatis amore induerit? Sic enim legimus S. Patrem N. mundi blandimenta contempſiſſe. Hoſtemque

temque ſuperbum fortiter dimicando ſuperaſſe, dum pauper, & humilis perſeverat. Monſtrum eſt Obedientiam cum cupiditate poſſidendi ſociari: prius agnis iungentur lupi, aut columba milvo, quam Obedientia cum peculio, ſeu Proprietate. Scitis, dilectiſſimi filij, quantam in diſſolutis, ac diſſipatis Regularium domibus Cutinam ne, & in noſtris fecerit ſtragem Proprietarius ille ſpiritus, qui tanquam ſingularis ferus Obedientiæ, Caſtitatis, aliarumque obſervantiarum vineam miſere depaſtus eſt. Gemunt ſub tanti criminis tyrannide, non ſingulares tantum perſonæ, ſed multæ domus, ſed integræ provinciæ, ut niſi diligenter ſecurim ad infelicis huius arboris radicem admoveamus, actum ſit de Regulæ noſtræ obſervantia, actum de communi, ac Cœnobitæ vitæ ratione. Erunt Monaſteria ipſa, non quidem orationis domus, ſed ſpeluncæ latronum: ille eſuriet, alter ebrius erit, iſte in miſerię, ac indigentiæ fæcibus volutabitur, alius & ſuperfluis abundabit.

§ 11. *Remedium efficax contra Proprietatem.*

Porrò tria apud nos vælim ex animo cuſtodiri pro S. Paupertatis obſervantia: & illa quidem non novitia, aut inſolita, ſed iuxta Regulæ præſcriptum. Primum ne quis ullo prætextu pecunias apud ſe detineat, ſive ex concionibus, ſive ex confeſſionum auditione, Sacriſtiæ eleemoſynis, aut alio quovis modo; ſed quidquid dono datum, aut quavis ratione partum fuerit, in communi Conventus erario ad omnium utilitatem, & neceſſitatem Superioris arbitrio ſublevandam, recondatur. Alterum, ut quæ ad victum, & veſtitū, aliaſque corporis neceſſitates pertinent, iuxta Regulæ noſtrę tenorem ſingulis dividantur. Communis omnium victus in Refectorio, menſa eadem, ciborum eorumdem diſtributio. Veſtimentorum autē partitio, non in pecunia, ſed in panno, prout cuiuſque Fratris neceſſitas, poſtulaverit. Tertium, ut maxima vigeat inter nos Charitas pro infir-

Depoſitū commune

Eadē mēſa, & victus.

Charitas erga infirmos.

firmorum ſublevatione. Hanc enim præcipuè commendavit beatiſſ. P. N. S. Franciſcus de Paula. Nec dubium, quin firmaſſima pax, & divina quædam concordia, ſeu potius Paradiſus terreſtris apud nos erit, ſi in hac communi vivendi ratione permanſerimus. Quis pro meritis expoſuerit, quam iocunda, quam ſuavis ſit eorum converſatio, qui tanquam nihil habentes, & omnia poſſidentes ex ſui Superioris manda to, velut ex Dei manu omnium, quæ ſibi neceſſaria ſunt copiam excipiunt, qui ad hunc boni communis finem labores, vigilias, eleemoſynas, cæteraque omnia referunt, nihil aliud ſibi proponentes, quam ut nudi nudum Chriſtum amplectandum? Hæc pro meritis exponi nequeunt, cogitari nequidem ſine ingenti cordis iubilo poſſunt: exerceri vero cum divino quodam fervore ſolent.

laudatur vita communis.

§. 12. *De Voto Caſtitatis.*

Obediẽtiẽ te præbe, ut caſtitatẽ tui corporis tanquam preciosã margaritã eõ ſerves in Domino.

9 Ex hoc Paupertatis Religioſæ ſpiritu naſcitur incorruptæ Caſtitatis amor, atque inter varios, & ſuave olentes illius flores deliciatur. Hinc enim oritur Obedientiæ cura: neque enim extra Monaſterij cancellos, qui in mundo nihil concupiſcit. Germanoſanè, ac inſolubili fraternitatis vinculo ſociantur Paupertas, Caſtitas, & Obedientia: ſeſe mutuo producunt, mutuo conſervant.

§. 13. *Votum vitæ Quadrageſimalis.*

S. Ephrẽ Syr. inſuis exhortationibus ad Novitios Paræneſi 4.

Nec prætereunda Quadrageſimalis vitæ obſervatio, quæ nobis omnimode neceſſaria eſt. Ea enim auſterioris vitę diſciplina flos eſt noſtri germinis, eſt ſpecialiſſimum Minimitanæ Religionis ſymbolum, hęc noſtræ militię teſera, quæ nos invicem compaginat, qua ab alijs Ordinibus ſecernimur, ut merito debeamus in una gemma ſecure cuſtodienda impendere, quidquid in nobis ſtrictoris Pœnitentiæ poſitum eſt. Ardua quidem res, ſed magni momenti: in cuius obſervatione honor noſtrę Religionis quodammodo ſitus eſt; maxima autem in illius neglectu, ac fractione, contumelia.

10 Sequitur aſſidua Philoſophicarum Theologicarumq; diſciplinarum meditatio: eſtque operæ pretiũ, ut in ipſis ſtudijs

dijs iuniorum Fratrum animi exerceantur. Certum enim est duplici veluti fundamento Religiosorum omnium perfectionem inniti, eximiam scilicet, in Deum pietate, quæ me rito Paradisi fons est universam animarum nostrarũ faciem irrigans. Deinde scientiarum humanarum, divinarumque professione, quæ secundas post devotionis spiritum partes obtinet, ut iure sit fons ille, & cisterna Bethleem, cuius aquas omnes sitiri debent.

Satagant ergo Patres Provinciales, ut in suis quisque Provincijs studia ordinatissima erigant, tùm ad excolendas iuvenum mentes, túm ad vitandam inertiam, ac incuriosorum otium; quod omnium pene vitiorum seminarium est. Meminerimus quam fideliter S.P.N. Lectores, ac discipulos monuerit, ut omnia ad eum finem dirigant, nimirum ad ædificatorie prædicandum, & confessiones audiendũ: quæ res maximè nobis cordi est, illique præcęteris magnum apud nos meritum habebunt, qui in erigendis studijs prudentiores, ac vigilantiores existant.

Hæc sunt, dilectissimi filij, quæ vobis in initio nostri Generalatus præcipuè commendata voluimus, ex quibus tota reliquarum observantiarum, quæ in Regula nostra est seges exurget. Hoc depositum velut fideles Ministri servate: quatenus accedentibus nobis ad vos, pro visitandis Provincijs, omnia ordinata, quieta, iusta, & pacifica currant. Agite, ut iam nunc prioris nostri muneris partes, quæ in evellẽdis, destruẽdis, dispergendis, & erudiendis nostrarum imperfectionum radicibus versantur felicem effectum habeant. Postmodum verò purgata mentium nostrarum area Regularis observantię germen, quod ex divinę agriculture penu, atq; S.P.N. Francisci de Paula Regula procedit uberieri fruge ad Ordinis nostri decorem redundabit Datũ in nostro SS. Trinitatis Conventu de Vrbe Nonis Iulij, anno 1623. 1623.

Fr. Ægidius Camart Generalis Corrector. Fr. Didacus Ayala Collega Hispanus. Fr. Benedictus Caponetus Collega Italus. Fr. Simon Bachelier Rhemensis Collega Gallus

ARTICVLVS VI.

De alijs gestis â Reverendissimo Camart, pro meliori statu Ordinis Minimorum.

1 NOn alia vigilantissimus Pastor, nisi sui gregis profectum procurabat. Comitia Provincialium Capitulorum post ipsius electionem celebrantur immediate futuro die S. Michaelis Archangeli. Cæterum quantũ profeceriut præfatæ monitoriæ litteræ, ubi ipse versatus est in Italiæ provincijs quas visitavit, ubi collassa videbatur aliquantulũ Regularis disciplina, novus spiritus fervor qui invasit multos, & (laus Deo) cum lucro perseveravit, inditium est. Imó, & ipse quasi gaudens de iam percepto fructu, ad nos aliam Epistolã id ipsum testificantem misit tenoris sequentis: quæ veluti cõmentum fuit primæ, quo eas observantias conformes esse Regulæ, & Correctorio nostro demonstravit.

NOS Fr. ÆGIDIVS CAMART TOTIVS Ordinis Minimorũ Generalis Corrector dilectis in Christo Filijs nostrarum Hispaniæ Provinciarum, tám Superioribus, quàm subditis salutem.

2 CVm ex divina benignitate ad hanc nostram Neapolis provinciam perveniissemus, subijt nos non vulgaris lætitia, animadvertentes optimas constitutiones in ea factas pro Regularis observantiæ tenore stabiliendo, quibus robur, & firmitatem ex officij nostri debito afferre statuimus, ut ab omnibus serventur; quatenus antequam ad visitationem prædictarum provinciarum accedamus, omnia, quantum cũ Deo fieri poterit ad sacræ Regulæ nostræ institutum, sanctique Patris nostri Francisci mentem, sint compositæ. Habito itaq; cum R R. PP. Collegis nostris cũ filio, hæc quæ secuntur ex multis alijs elegimus, quæ custodiri ab omnibus oportet.

De

De servitio Chori.

Quoniam unusquisque nostrum ad sacrum Minimorũ ordinem â sęculo advolavit, ut serviret Deo liberius, præcipimus in virtute S. Obedientiæ: omnes absque ulla acceptione intersint officio Chori, sive diurno, sive nocturno. Qui verò infirmitate quadam, vel officiorum necessitate præssi adesse non poterunt, à Superiore, cognita causa, dispensentur, non quidem generali dispensatione, sed pro eo tantum tempere, quo infirmitas, vel officij necessitas durabit. Porró Supetiores omnes curabunt cogere ad Chorum negligentes, adhibitis salutaribus pœnitentijs: idque eis mandamus ad meritum S. Obedientiæ. Caveant Sacerdotes (legitima causa cessante) ne â celebrando Missæ sacrificio se subtrahãt. Fratres vero Clerici, Laici, & Oblati frequenter sibi commissis Confessarijs peccata confiteantur iuxta Regulæ, num. 18. & Correctorij statutum 25. Nec omittant Dominicis, ac festis sacræ Communioni participare.

Sacerdotes non se subtrahãt à Missę sacrificio.

De observantia voti Paupertatis.

3 Paupertatem Religiosam reliquorum votorum tutissimam esse custodiam certissimũ est: ideoque in illa sincere stabilienda nervos omnes intendere decet Quo circa: in primis iuxta Regulæ nostræ, n 24. & Correctorij 40. tenorem, prohibemus, tâm Clericis, quà Laicis Fratribus omnẽ pecuniarum contactum sub pœnis in Regula contentis. Vt autem contrectandæ, & coacervandæ tollatur occasio, præcipimus ad meritum S. Obedientię, & sub pœna privationis ab omni officio omnibus Superioribus, ut curent sub ministrari Fratribus cum maxima charitate, ea, quę necessaria sunt corpori sustentando, tàm sanitatis, quàm infirmitatis tempore, sive in victu, sive investitu iuxta piam Regulæ, num. 26. & Corrector, num. 56. & 119. instructionem: ne, dum necessaria desunt pauperibus Fratribus, ipsi sibi aliunde comparare cogantur cum maxima conscientiæ iactura.

Prouidẽtur Religiosi de necessarijs.

Prohibemus sub pœna inobedientiæ, & privationis, tã officiorum, quám utriusq, vocis per biennium omnibus Divini

Ver-

Nilsibi re tinẽ Fratres de laboribus, sed Prælatis tradãt.

Verbi concionatoribus, Confessa ijs, Sacristis officiarijs, vel qui personis sæcularibus quovis modo inserviunt, ne aliquid ex suis laboribus specialiter sibi usurpent, sed fideliter omnia tradant, ut in quaternionibus scribantur iuxta Correctorij, num. 43. statutum. Quæ vero ipsis necessaria erunt ad munera sibi demandata fælicius obeunda, curabunt Superiores. ut cum charitate distribuant.

Sub eisdem quoque pœnis prohibemus, qui ad eleemosynas quærendas deputati sunt, itemque Procuratoribus, Expeditoribus, alijsque qui à parentibus, vel amicis eleemosynas accipiunt, ne aliquid inde sibi reservent, sed continuo Superiori tradant. A quo etiam quæcunque necessaria erunt recipiant, ut præcipit Correctorium, num. 48. & 48. Qui verò secus fecerint, ultra prætaxatas pœnitentias, per tres menses carceribus mancipentur, atque ibidem in pane, & aqua singulis ferijs Sextis ieiunent: Superiores vero, qui aliquid defraudaverint, continuo ab officio deponantur: & gravioribus alijs pœnis subiaceant.

De vestimentis Fratrum.

Nõ dẽtur vestimenta in pecuniis.

4 Dentur Fratribus vestimenta, non quidem in pecunia (hoc enim expresse sub pœna inobedientiæ, ac privationis officiorum Superioribus prohibemus) sed in panno. Neq; ea solum dentur quæ exterius corpus ambiunt, sed præterea tunicę, tunicellæ, fœmoralia, calcei & alia huiusmodi, quæ Regula, num. 6. & Correctorium, num. 119. præcipiunt.

Ne vẽdẽt vestimenta Fratres

Prohibemus vero Fratribus omnibus, ne omnino vendant tradita sibi vestimenta, sive sæcularibs, sive alijs Fratribus. Contravenientes, si sint Superiores privamus ipso facto ab officijs: alios verò ab utraque voce per annum: Oblatos vero, & Laicos, illosque qui vocem non habent, ad carceres per duos menses condemnamus, ut ibidem singulis quartis ferijs sumant disciplinam, sextis vero ieiunent pene, & aqua.

Camisiæ linææ prohibentur.

Prohibemus quoque districtè subucularum, sive camisiarum linearum usum, sed omnes iuxta Regulæ, num. 9. & Correctorij, num. 19. statutum utantur tunicellis laneis. Præci-

cipimus RR. adm. P. P. Provincialibus sub pœna inobedientiæ, & suspensionis ab officijs, ut quos ex Fratribus comperierint huiusmodi camisias lineas deferentes, vel custodientes, sæverissime castigent: prædictasque camisias infirmariæ incorporent pro infirmorum commoditate. Infirmarius verò camisias, & alia sibi tradita supellectilia in libro â se subscripto, describat.

Indumenta uniformia coloris nigri sine tinctura.

Curabunt omnes Superiores, ut omnia Fratrum indumenta sint uniformis coloris iuxta Regul. num. 40. statutum ex lana naturaliter nigra, & sine tinctura. Quæ, si in his regionibus, non reperitur tanta quantitas ipsius lanæ, quanta esset necessaria, curent Superiores ne ex panno in violaceum, vel alium colorem degenerantem fiant indumenta, sed ex proxime accedente ad lanam naturaliter nigram. Permittit quidem Regul. num. 6. uti zocolis, aut soleis factis ex sparto, iuxta Provinciarum varietatem. Inhonestum tamen est in eadẽ Provincia diversitatem in calceatu conspici, illaque vel ab omnibus serventur decreta olim facta de ferendis zocolis, vel utantur calceis, ut cum ad visitandum Provinciam accesserimus, fit uniformitas.

Calceaturæ uniformitas.

De Fratribus extra Conventum abeuntibus.

Detur Fratribus intra regnum viaticum.

5 Vt omnis tollatur proprietarius spiritus, neve Fratres solicitudinem habeant conquerendi pecunias, dùm è Conventu in Conventum, vel è Provincia in Provinciam mittũtur, detur illis viaticum ex communi ærario, ut & ipsi Fratres ea quæ aliunde colligere poterunt, in commune bonum conferant.

Non pernoctent in domibus secularibus.

Qui de Conventu in conventum pro obedientia mittentur, ut primum ad civitatem seu urbem, in qua situs Conventus, accesserint, recta via in Conventum adeant: neque in civitate in domo sæcularium pernoctent. Qui secus fecerint, *secularibus* carceribus per triduum suscipiẽtur pro prima vice: & si denuo id fecerint, graviori carceris pœnitentia cum privatione vocis capitularis plectantur.

Insuper, cum aliqua corruptela vigeat in concedendis licen-

Ne commorentur in oppidis, ubi nō sūt Cōventus

centijs, ut Fratres in oppidis non habentibus Conventum (diu quam par est] commorari possint, præcipimus Correctoribus ad meritum S, Obedientiæ, & sub pœna suspensionis ab officio per tres menses, ne Fratribus licentiam concedant, ut plus temporis assistant in huiusmodi oppidis, præter id, quod necessarium fuerit ad eleemosynas temporales hordei, tritici, vini, lanæ, ceræ, & olei, necnon audiendas cōfessiones Quadragesimæ, & alicuius Iubilei tempore, atque Deiparę Mariæ festiuitatum. Quod si Fratres præter id tēpus, quod permittimus, in prædictis oppidis assistant, pro prima vice per duos menses carceribus mancipētur, & singulis sextis ferijs prędicti temporis, pane & aqua ieiunent: pro secunda vero vice eos per biennium activa & passiva voce privamus.

Paupertibus parē. tibus quomodo sub veniendū.

Quod dictum manet de Fratribus in oppidis eleemosynas petentibus intelligi volumus de his etiam qui titulo subveniendi parentibus extra Conventum commorari solent: sed eos omnes decernimus reducendos esse ad Conventus: quibus permittimus illinc eos posse parentum necessitati subvenire quantum pro viribus, & de Prælatorum licentia necessarium iudicabitur.

Non incedāt soli simę Socio.

Servetur Regulæ nostræ, n. 15. & 19. decretū, ne Fratres Clerici, aut Laici soli per civitatem incedant: præcipimusq; Superioribus sub pœna inobedientiæ, ut cōtrarios abusus reciudant, Cum vero expræsse Correctorium, num. 46. interdicat Fratribus ne se rebus sęcularium, illorumque negotijs immiscеant, præcipimus Superioribus ad meritum S. Obedientię ne tam facile Fratres ad negotia sæcularium, vel alia minus utilia, è Conventu egredi sinant. Fr. Ægidius Camart Generalis. Fr. Didacus Ayala, & Castañeda Collaga Hispanus. Fr. Benedictus Caponetus Collega Italus. Fr. Bachelier Collega Gallus.

Non sęcularibus sęculariū inter miscеant.

Constitutiones has notas fecit, & intimavit P. Fr. Didacus de Ayala Collega Hispanus ad has missus Provincias à Reverendissimo authoritateque Apostolica munitus Vicarius, & Delegatus Apostolicus pro Provincijs Hispaniæ, &

re-

remisit in omnes Provincias dum esset Matriti, die 3. Augusti anni Domini 1624. & dixit esse explicationem Epistolę superioris easque præcepit observari: *Vt si aliquid* (inquit) *esset remedio dignum, & ex recto itinere devium Superiores paulisper corrigere possent.* Ne cum tempus visitationis Reverendissimi accedat vagos, proprietarios, &, quod peius est immemores suæ vocationis inveniat, &c.

ARTICVLVS VII.

Moritur Reverendissimus Camart, non completo Generalatu: sufficitur loco illius Reverendissimus Simon Bachelier: & tandem á Summo Pontifice constituitur Reverendissimus Franciscus à Longobardis.

¶ CVm electus fuisset Reverendissimus Camart in Generalem Romæ die 4 Iunij anno 1623. in Cap. Generali inibi 7. celebrato, & ordinationes fecisset novas de electione in casu mortis Reverendissimi Generales, ut idem cap. eff. 10. matutina, num. 46. commisserat: quas SS. Vrbani VIII. de consensu ven. Cardin. confirmavit 29. Maij anni sequentis 1624. easdemque ipse primus expertus est. Nam cum eodem, anno 624. in Italia Provinciam S. Francisci (quę fuit prima Religionis) ipse Reverendissimus visitatoret, & per æstivos calores pervigilis Pastoris officium summo cum zelo, & Religione exerceret, sub principium mensis Augusti in morbum incidit in Conventu nostro Paulitano (quem primo S. Franciscus fundavit) cumque viginti, & uno diebus ardentissimæ fœbris æstibus, doloribusque admirabili cum patientia obtulisset: tandem pridie Kalendas Septembris ipsa vigilia S. Ægidij, cuius nomine, & patrocinio gloriabatur, mortale corpus exuit; ut vitæ immortalis gaudijs frueretur, relictis in manu Collegæ Galli, ut antiquioris in Religione sigillis, iuxta constitutiones prędictas.

Et

Et sic præfatæ ordinationes, cum mense Augusti delatæ, & intimatę fuerint, & inde ad alias Provincias missę, tùm quia rigidæ, & valde pœnales visę sunt, supplicaverũt aliquæ Provinciæ pro mitigatione: tùm quia tunc Paulæ infirmabatur, & mortuus est eodem tempore, non sunt usu receptę, & tota Religio orbata est uberrimo, quem expectabamus fructu.

2 Collega ergo Gallus R. P. Fr. Simon Bachelier Rethelensis acceptis sigillis, mox Vicarij Generalis officio usus, iuxta præfatas Constitutiones indixit electionem faciendam Ianuæ mense Martij anni sequentis M. DC. XXV. & in ibi vocales congregati elegerunt eũdem Bachelier, die XXX. dicti mensis Martij in Generalem totius Religionis Minimorum loco defuncti usque ad sexennium inceptum terminandum, anno M. DC. XXIX. in Capitulo Generali, quod celebrandum erat Barchinonæ, & celebratum fuit ibi iuxta nostras constitutiones. Igitur electus sic P. R. Bachelier (ad
Nos. quem Epistola illa de qua, tract 2. art 1.) ultra quatuor annos officio functus, operam dedit in suis visitationibus: ut ubi collapsam inveniret observantiam restitueret per sanctissimas, & optimas constitutiones iuxta cuiusque Provinciæ indigentiam; & ubi illæsam invenit, auxit & conservavit. Et ut fælicem eventum tenerent omnia, conatus sum modum persuadere ad exactam executionem ut inde perfectam, brevẽ efficacem, & uniformem instaurationem consequeremur iuxta antiquum, & primitivum decorem: quod, ut melius fieret me in Commissum huius Hispalensis Provinciæ electum in Capitulum adduxit Generale Barchinonæ celebratũ, ubi ut excogitaveram exposui meum placitum [quod pro coronide huius operis ponam] viderunt vocales omnes, laudaverunt, & P. R. eligendo commiserunt, ut in suis visitationibus exequeretur intentum, iuxta Provinciarum indigentiam.

3 Prohdolor, orta fuit controversia inter electores, nam maiori ex parte ob bonam spem quã de illo habebant de augmento Religionis, maximé cum iam ob oculatam visitationem

nem

nem omnium de Religione benemeritorum habebat comprehenſionem, illum iterum elegerunt in Generalem totius Religionis. E contra veró, maxime Galli ſe oppoſuerunt dicentes, id non licere iuxta Regulæ tenorem, quo cavetur tãto tempore debere manere Generalem ſubiectum, quanto prius Prælatus extitit. Quod, & altera parte interpretante de officio proprio Correctoriatus, quale non erat hoc, ſed Reverẽdiſſimi Camart defuncti, cuius loco ſubſtitutus fuit Vicarius Generalis totius Ordinis Reverendiſſimus Bachelier: idque declarationibus Pontificum, & Capitulorum Generalium circa hanc materiam fulciebant, ſicque, non obſtante contradictione electus eſt, facta ex altera parte proteſtatione nullitatis.

4 Hinc delata cauſa ad Sedem Apoſtolicam, cuius eſt Generalia Capitula confirmare, controverſum eſt ius ex alter utra parte, & tandem Sanctiſſimus Vrbanus VIII. in ſuo Brevi: *Iniuncti nobis*, ſub dat. Romæ XXII. Martij 1630. ſui Pontificí, anno 7. audita relatione, & ſententia Sacræ Cardinaliũ Congregationis ſuper negotijs Regularium, illam confirmavit. Nimirum electiones factas in Cap. Generali Barchinonenſi Reverendiſſimi Simonis Bachelier in Generalem, & trium ipſius Collegarum, ac Zeloſi, Apoſtolica authoritate caſſavit & nullas eſſe, & fore declaravit. Et conſtituit, ac deputavit ſuum Vicarium Apoſtolicum totius Religionis Minimorum Reverendiſſimũ P. Fr. Franciſcum à Longobardis (quem è miſera Maurorum ſervitute miſericors Dominus redegebat) utpote obſervantiſſimum, & benemeritiſſimum. Et præfatũ Bachelier Zeloſum totius Religionis conſtituit, necnon tres Collegas deputavit, pro natione Italica R. P. Fr. Ignatium de Neapoli, pro Hiſpana R. P. Fr. Ioannem â Pinna ſeniorem, ac denique pro Gallica R. P. Fr. Ioannem kermarech; ut uſque ad Capitulum Generale celebrandũ anno futuro 1635. inclusivé ſua exercerẽt officia Generalatus Zeloſatus, & Collegarum Reverendiſſimi Generalis.

5 Sancivit demum, de cætero Vicarium Generalem dic-

ti ordinis, sive â Sede Apostelica pro tempore deputatum, sive à Capitulo electum, nullatenus posse immediate eligi in Correctorem Generalem, sed tandiu debere ab officio vacare, quandiu Vicarius Generalis extiterit, sicque observari, &c.

Hac ergo de causa à Reverendissimo Bachelier executioni mandari non potuit, quod Capitulum Generale commisit, quia non visitavit Religionem.

Cæterum tanti Pastoris noviter electi à supremo capite nulla hominum diligentia interveniente integritas, & probata virtus á sua Sanctitate exquisita, & procurata, spem nobis dabat totius boni, ut iam iã ex sequentibus augurabimus.

ARTICVLVS VIII.

Cura exhibita á Reverendissimo Francisco à Longobardis in Reformationem Religionis Minimorum.

NOn patitur moras ardens Religionis zelus, & sic Reverendissimus Longobardus, expletis novem ab electione diebus, in universum Ordinem Minimorum litteras tenoris sequentis transmisit.

FRATER FRANCISCVS à Longobardis, totius sacri Ordinis Minimorum Vicarius Generalis Apostolicus.

DILECTIS IN CHRISTO PATRIBVS & Fratribus eiusdem Ordinis salutem, & pacem.

VEreor, dilectissimi Patres, ac Fratres, & non sine causa, nec sine dolore, ac tremore vereor, ne iustis-

si-

simus Dominus noster is peccatis iratus, hac tempestate Ordinem nostrum malo illo puniat, atque flagellet, de quo scriptum est: *Est malum, quod vidi sub Sole, quasi per errorem egrediens â facie Principis, positum stultum in dignitate sublimi, & divites sedere deorsum: vidi servos in equis, & Principes ambulare super terram, quasi servos.* Ecc. 1. 10 A. 6. Positus sum ego custos in vineis, qui vineam meam non custodivi, nec colui, & idcirco repleverunt eam urticæ, & spinæ, & maceria lapidum destructa est. Tantarum procellarum tempore inter tot, túm patẽtes, túm latentes scopulos, magnæ navis undique rimis fatiscentis gubernaculũ regere iubeor, qui nullius naviculæ remum didici iam tenere.

2 Orationes ergo dilectissimi, fiant sine intermissione ad Deum; ut quod illius iustitia permisit in pœnam, misericordia convertat in auxilium: tantum gratiæ, & spiritus mihi exorantes, ut de non idoneo, idoneus minister effectus, Regularem disciplinam in nostra Religione prope collapsam restituere, ut video, & cupio, possim. Sicut autem novas ordinationes inculcare supervacaneum, ita ad illius exercitationem paterno affectu, & hortatione impellere operæ pretium existimavi. Omnes igitur per lacrymas, & sanguinem, quem Beatus P. noster Franciscus profudit in fundatione huius Minimæ Religionis, rogo, atque obtestor, ut quæ in nostra Regula, & statutis, Pontificijsque constitutionibus sancita sunt, ea adamussim servare studeatis.

3 Et quidem in futura visitatione, sicut præter illa nihil aliud omnino exigã, itaillorum exactor ero diligentissimus. Exigam autem duriter, non ut duriter exigam, sed ut efficaciter consulam: consulam conscientiæ meæ, consulam, & animabus vestris, quarum rationem redditurus sum in die Iudicij, & quarum sanguis de manibus meis requiretur. Etenim sine prædictorum observantia, nemini nostrum, qui huic ordini nomen dedimus, nemini prorsus vitam ingredi licebit æternam. Subeant animum nostrum dilectissimi, subeant, quæso verba illa professionis nostræ: *Voveo, & promitto Deo om-*

omnipotenti, Beatæ Mariæ Virgini, ac toti curiæ Cæleſti, & tibi Pater, huicque ſacro Ordini ſtare, & perdurare toto tempore vitæ meæ, ſub vita, & Regula Fratrum Ordinis Minimorum S. Franciſci de Paula. Si noluiſſemus polliceri, abſque peccato fuiſſemus: quod autem ſemel egreſſum eſt de labijs noſtris, ſub æternæ damnationis pœna ſervare tenemur: diſplicet enim Deo infidelis & ſtulta promiſſio: Meminerimus perfectionis ſtatum nos eſſe profeſſos: ac propterea ad perfectionem tendere, omnino debere. Qui autem non tendit in via Dei reverti convincitur: revertens verò audiet á Domino: *Vtinam calidus, aut frigidus eſſes, ſed quia tepidus es, incipiam te evomere de ore meo.* Audiet à Petro: *Canis reverſus ad vomitum: ſus lota in volutabro luti*: Audiet ab Auguſtino: *Ex quo Deo ſervire cœpi quomodo difficile ſum expertus meliores, quàm qui in Monaſterijs profecerunt, ita non ſum expertus peiores, quam qui in Monaſterijs ceciderunt.* Audiet à Bernardo: *Multo facilius reperies multos ſæculares converti ad bonum, quam unum quempiam de Religioſis tranſire ad melius.* Video equidem, & non ſine intimo dolore, & lacrymis cordis, iacere prorſus obſervantiam Regularem, & mihi vires non ſuppetere ad erigendam: ſed aderit Deus bonæ voluntati: adiuvabunt veſtra conſilia, cooperabitur filiorũ docilitas, perficiet deinde charitas.

Apoc. 3. C. 15. *2. Petr. 2. D. 25.* *D. Aug. Epiſt 137* *S. Bernar Epiſt. 96*

4 Vnum illud non prętermittam: Quicumque ad favores pro officijs, aut gratijs recurret, præter quã quod in excommunicationẽ, aliaſque Pontificias pœnas incidiſſe, irremiſſibiliter declarabitur, votis certè fruſtabitur, apud me peſſimè ſemper audiet, in exorabilem iudicem numquam nõ experietur. Id ipſum munerum largitores ſibi polliceantur, quoad pœnas ſibi debitas. Valete Romæ pridiè kalendis Aprilis, anno ſalutis 1630.

EXPLICIT EPISTOLA.

Nos. ZElum hunc, pariter, & humilitatem indicat alia Epiſtola ad me miſſa in reſponſionem illius, quam ſupra retulimus, tract. 2. art. 1. propetenda Inſtauratione.

A. R. P.

A. R. P. ANTONIO XIMENEZ
Theologo, & Prædicatori Ordinis Minimorum Hispalim.

Amodum R. Pater.

QVam sapienter, charissime, quam sapienter in amantissimis tuis litteris altitudinem divitiarum sapientiæ, & scientiæ Dei, ac incomprehensibilia iudicia, & investigabiles vias eius admiraris! E quis enim unquam divinasset hominationem litterarum, ac regendi expertem egentissimo Ordini hac tempestate præficiendum? Quis unquã crediisset fore, ut ad tantæ Religionis ignominiam contemptibilis qui erat in ea, ad iudicandũ constituendũ? Quis unquã suspicari potuisset putre cadaver â Barbarorum sepulcro eruendum, ac in prima tantæ Congregationis Sede collocandum, eiusque fœtorem usque quaque diffundendum? Nemo certè, nisi qui experimento didicisset iustissimum Dominum finere regnare hypocritam propter peccata Populi, & elevando allidere consueviſſe. Ora charissime Pater, ora Dominum ut pœnam in profectum convertat.

Audivi (& lætatus sum) â multis, quam magno zelo Regularis observantiæ in nostro Ordine prope collapsæ, restituendæ, ac erigendæ flagrares: quã tumque in Capitulo Generali elaboraveris, ut ut fervidam voluntatem opere compleres. Sed quid mirum, si veteres utres novum vinum recusarunt? Quid mirum, si cæca Babylon, non modo sanari, sed, & curari refugit? Sed nunquid propterea à derelinquenda? Absit. Non ne duodecim sunt horæ diei? Non ne qui circa undecimam in vineam Domini ivit, eamdem accepit mercedem, quam qui Tertia? Quis scit, si, quæ tunc dixit: *Iugum confringam: non serviam, sed vadam post amatores meos, qui dant panes mihi, & oleum meum, & vinum meum.* Osee 2. A. 5. Audiat aliquando vocem Pastoris post tergum monentis *Hæc est via, ambulate per eam: & non declinetis neque ad dexteram, neque ad* Isai 30. Ex. 21.

siniſtram. Et inveniens vias ſuas ſeptas ſpinis in ſe reverſa di-
Oſee 2. B. 7. cat: *Vadam, & revertar ad virum meum priorem, quia bene mihi erat tunc magis quam nunc.* Interim contentus ero tuis monitis ad obſervantiam iuvandam apriſſimis, ſuoque tempore implebo quantum mea fragilitas permittet. Vale, memor mei in tuis orationibus. Romæ die 13. Auguſti 1630.

V. P. ad Reverendæ ſervus in Domino.

Fr. Franciſcus à Longobardis.
Indignus Generalis.

Nos. 6 Quia, ut dixi tract. 2. art. 3. Socios Viſitatorum, ac Prælatorum valde conducere ad reformationẽ, ſi requiſitis polleant qualitatibus, ideo, non ſolum Generales conſulendi, ſed & eorum Socij, ac Collegæ, ideo ad eoſdem miſi Epiſtolas: & nunc exempli gratia unius Epiſtolam ad me miſſam inſeram, R. P. Collegæ Galli, qui & doctiſſimus, & Religioſiſſimus profuturus erat utilis, ſed obijt cito: Benedictus Deus.

A. R. P. ANTONIO XIMENEZ ORDINIS Minimorum Theologo, & Prædicatori eximio Hiſpalim.

Admodum R. P.

MAgnum eſt hoc humanitatis, & amoris in me tui argumentum, quod amantiſſimis tuis litteris mihi declarare voluiſti, non potuit non eſſe mihi pergratum à te profectum officium (amari enim ab eo viro, de quo bona omnia boni omnes prædicant, & quem præclara multiplicis cum ſcientiæ, tùm virtutis adeptio nobilitat, in primis eſt optabile, & iocundum) narratum eſt enim nobis quam ſerio elaboraveris in Capitulo Generali, ut in hiſce Hiſpanibus partibus, aliquantulum languens Regularis obſervantiæ vigor priſtino ſtatui redderetur. Et dolui quod nullum ſit aſſecuta diligentia tua proventum: forſam nondum tempus putationis advenerat, & Domus Dei reedificandæ. Repente enim ventus vehemens irruit à regione deſerti, & concu-

ſit

sit quatuor angulos Capituli: quod corruens oppressit partus tui laudabilis zeli. Sed nunquid propterea retrorsum abeundum? Absit. Memor esto, quod frustra bonum inchoatur, si ante vitæ terminum deseratur: solisque perseverantibus corona datur. Eodem, quo cæpisti perge R. Pater: habebis enim in hoc negotio Reverendissimum P. adiutorem acerrimum, meque fortissimũ cooperatorem: & in tuo obsequio me semper experieris paratissimum, tuiq; semper amãtem, & memorem. Habe me tuis precibus commendatum, Romæ 8. Aug. 1630.

P. V. A. R. Humilis servus in Domino.

Fr. Ioannes Kermarec Collega Gallus.

7 Solertiam, quam in promissis experimur dicant visitationes Provinciarum: in ipsis enim evellit Reverendissimus, & dissipavit, quos indigne iudicabat in officijs positos, & abusus tullit inviolabiliter; ædificavit, & plantavit salutaribus cõstitutionibus, & quod magis est exẽplo suo veræ humilitatis, & paupertatis fortiter dimicãdo omues superabat difficultates. De quo satis. Pro coronide tamẽ eorũ, quæ facta sunt, dispositionẽ visitationis, & ingressum videamus per exẽplar Epistolæ, qua provincias Hispaniæ prævenit in hunc modum.

ADMODVM RR. PP. ET FRATRIBVS nostræ Provinciæ N. tàm Superioribus, quam subditis S. in Dño.

Admodum RR. Patres.

8 REligiosa paupertas à nobis exigit, ut superfluarũ expẽsarũ occasiones præcidamus: præsertim si ex illis aliquâ sæcularis vanitatis suspicionem in aliorũ animis oriri posse credatur. Qua propter obnixe rogamus omnes singulos Patres, & Fratres, tâm superiores, quã subditos Hispaniarum Provinciarum, ut nobis eorum Provincijs, vel Conventibus appropinquantibus, admissionis, vel honoris causa ultra Ecclesiarum valvas, obviam non prodeant. Pro-

vinciales autem in his nos Conventibus expectent, in quibus has eos accipere contigerit. Quod, si fortasse intellexerint aliquos sæculares Ordinis devotos velle, ut eorum vices suppleant, nobis eiusdem rei causa obviam prodire, eos â sententia Religiosis precibus deducere omnino studeant, illisque persuadeant, nobis nihil ingratius accidere posse quã cũ aliquo comitatu nõ necessario urbes, & cõvẽtus introire. Volumus præterea, ut cellæ nostrarum habitationum, Religiosæ paupertati consonent nullumque omnino sæcularis ornatus spirent odorem: nudi sint parietes, pauper lectus, & aliorum Fratrum conformis. Ante omnia autem, mensa nobis paranda frugalis sit, & parca, statuique pœnitentiæ, quem ad Regulæ præscriptum Minimi Fratres profitentur, consona.

Vt autem omnes intelligant nos ex animo loqui, & nõ ex humilitatis ostensione, simulque, ut sine merito non obediãt præcipimus eis sub præcepto S. Obedientiæ, & pœna privationis officiorum quæ obtinent ipso facto incurrenda, ut quæ iam diximus, transgredi non audeant. Illud tamen nobis pergratum erit, si precibus ex animo ferventi fusis, â Domino impetrare studebunt, ut noster advẽtus, & ingressus pacificus sit, & fructuosus nosq; non quæ nostra sunt, sed quę Iesu Christi quæramus. Valete. Datum Genuæ, die 10. Maij 1633.

Vestrarum ad R. P. servus in Domino.

Fr. Franciscus de Longobardis
indignus Generalis.

QVam indignus sit Generalis facta ipsa demonstrant, nec in hoc fides iusto adhibẽda est, dum se accusat, quia in factis aliud præ se fert. Quod vidimus & palpavimus testamur. Etenim venit nobis humilis, & mansuetus sine comitiva ab ipso repulsa, imò, & per civitatem maguã nostram Hispalensem incedens cum uno socio, etiam oblato, incedebat, idque pedester, nec longum iter, nec adversa valetudo aliud suaserе efficaciter: supellex cællæ nullus ab alijs diffonans:

nans: frugalitas mensæ adeo tenuis, & Religiosa, ut unico obsouio semper sit usus: illoque sine oleo pigmento pipare, aut alio condimento, imò sine sale: nec in principio terræ fructus, nec in fine, pomũ, aut olivas nec ex saccaro frustum percipiebat. Ex ipsis piscibus ius insulsus ad madefaciendũ panẽ illi administrabatur, & pro delicijs herbas insulsas, & coctas admittebat. Si quandoque ob proprij officij occupationem in secunda mensa, aut in camera prandium, aut cœnam faciebat: id sine lectione non patiebatur fieri, vel disputatione Theologica, Mistica, aut Morali, cui attendebat quasi solus ad ipsam: auditisque Magistris, post iuvenes, ipse super sedẽs comestioni, solide & acute tractata resolvebat quasi cœlitus illustratus, semper Angelico Doctore adhærendo: nec expositivis parcebat quæstionibus, nec Catheciſmo pro Choristis, & Novitijs, pro Conversis, & oblatis, & observantijs Regularibus, obligationibus divini cultus, & ceremoniarum, ac cuiusque ministerij adeo attendebat, ut iam iam decessurus detineretur ad exactissimum examen noviter missam celebraturi, ac Diaconorum solemniter recensendo, cũ vestibus sacris, & altari, quidquid in publico, & revera offerendo Sacrificium facturi essent: de minutissimisque ceremonijs importune exigebat. Nil iocosum coram ipso loqui vidi, nil otiosum, sed omnia ad ædificationẽ. Quæ visitationis erant, non modo sub sigillo capsæ secratæ, instrumenta servata, sed & locutiones de ipsis quasi, si sub Sacramentalis Confessionis sigillo reposita, & condita fuissent, non audiebantur: omnia ita prudenter, & secrete, ac si suum, & S. Inquisitionis Tribunal idem essent. Nec servitio destituebatur chori, nec orationi mentali communi, cum & privatæ sæpius inserviisset: in Capitulis, & Congregationibus ferventissimo spiritu observantias quæ perfectionem status Religiosi decent doctissime exponebat, idque semel, & iterum, ut & nos, imò, & rudiores informatos relinqueret.

Hoc exemplar, lex nobis, & visitationibus reformationis debet esse, & canon vivendi. Sic pauperes Conventus in mo-

ra

ra viſitationis, non gravantur, ſic ſimiliter manus à muneribus excutiendo valorem nullam pecuniæ habent, nec ambitioſorum artes quicquam adipiſcuntur.

Sed quia iſta omnia adimpleto officij tempore, utpote ab hominibus adminiſtranda, & continuanda [qui nunquã in eodem ſtatu perſiſtunt] permanere non poſſunt, nec reformatio, aut inſtauratio pervenire ad antiquum decorem cum perſeverantia; ideo pro termino viſitationum ſpero de remedio efficaci providendum. Ad idque compendium totius huius operis obtuli, ut ſi forte in Capitulo Generali peccata noſtra, non offecerint ſtabiliantur ſeminaria, & diligens tyronum informatio, iuxta modum, pro huius operis coronide aſtruendum.

Celebratum eſt Cap. Generale Miſſilienſe 2. die 27. Maij 1635. ubi quamvis ſpecialiter hoc intentum ſtaturum nõ ſit: electus in Generalem totius Ordinis Minimorũ R. P. Franciſcus à Cœlico ſpem roboratam gignit; nam & ipſe in præfato Cap. Barchin. 3. ubi tunc ad fuit Provincialis S. Franciſci Calabriæ id nobiſcum affectavit inſigni obſervantiæ zelo, qua inſignitus eſt.

ARTICVLVS IX.

Epiſtolæ pacis, & lenitatis Reverẽdiſſimi P. Fr. Ioannis Baptiſtæ Roneæ Ordinis Minimorum Generalis Apoſtolici pro ſuavi Reformatione.

1 MOrtuo igitur R. P. Fr. Franciſco á Cælico, tali Paſtore orbata Religio celebravit pro electione novi ſucceſſoris Vicarij Generalis intermedium capitulũ Genuæ, ubi electus eſt R. P. Raphael Pizzornus: quã electionẽ Galliæ vocales, quia non compararuerunt omnes, proteſtati ſunt nulliter factam. At pendente lite ſanctiſſimus Papa Vrbanus VIII. promovit eum ad Epiſcopatum Guardienſem, & Motu ſuo proprio creavit, ac conſtituit Generalem totius Ordinis Minimorũ uſq; ad cõplementũ ſexenij generalatus defuncti

quan-

quando celebrandum erat capitalum plenum ordinarium Generale in die Pẽtecostes, anni 1640. sub datis apud S, Petrum vigesima prima Martij anni Dñi 1639. Pontificatus sui XVI At excitatis bellis, & perturbationibus Regnorũ Christianorum Regum, & Principum inter se se edidit aliũ Motum proprium, sub dat. Romæ apud S. Petrũ XIV. Novembris eiusdem anni 1640. in quo supplevit Capitulum Generale, & prorogavit in eodem officio ad triennium eumdem R. P. Ioannẽ Baptistã Ronca; veluti servum bonum, & fidelem, probatum iam cum lucro Religionis in functione officij. Huius tanti viri ardentissimũ zelũ observantiæ prospiciẽdæ pandamus per exẽplaria sequentia Epistolarũ. Zelus nõ erat, ut puniret ante acta delicta; sed ut uniret, pacificaret, reduceret, quod perierat, contractos consolidaret, & se se Patrẽ, nõ iudicẽ ostenderet: cui fini, maxima eius humilitas parabat viã. Mox ac electus fuit prima vice, hanc remisit Epistolam Pastoralem.

Fr. IOANNES BAPTISTA RONCA TOTIVS Ordinis Minimorum Corrector Generalis, Patribus, & Fratribus eiusdem Ordinis salutem, & pacem.

2 INdignitatis & insufficientiæ meæ cõscius, dilectissimi non fine confusione, & timore meæ promotionis exẽplum ad vos trasmitto. Ne id quidem, ut honores aucuper, sed ut orationum vestrarum præsidio suffultus, elevatus non allidar. Amantissimum Patrem, & fervum, ni fallor, habebitis Pastorem autem, qui quod perierat, requirat, quod confractum, alliget: quod infirmum consolidet: qui oves suas liberet de omnibus locis, in quibus dispersæ fuerant in die nubis, & caliginis, & in pascuis uberrimis, ut decet, verbo pariter, & exemplo eas pascat: tamen nisi vestræ satagant preces, non habebitis. Quid igitur, charissimi facitis? partesque vestræ quæ sint prospicite.

3 Audistis, & si vere filij matris vestræ estis, non sine magno cordis anguore audistis, quanti, quamque lamenta-

tabiles diſcordiarum, & litiũ fluctus in Romana Curia, mẽſium, & annorum ſpatio Minimitanæ noſtræ Congregationis nomen bonum Regularemque obſervantiam penè deſeviendo propulſarunt, ita ut fere omnium audiretur ex ore: *Eccine eſt Religio perfecti decoris, gaudium univerſæ terræ? Quomodo obſcuratum eſt aurum, mutatus eſt color optimus, diſperſi ſunt lapides Sanctuarij in capite omnium platearum, & Curiarum? Filij Sion inclyti, & amicti auro primo, quomodo reputati ſunt in vaſa teſtea, opus manuum figuli? Qui nutriebantur in croceis, amplexati ſunt ſtercora!* Quamobrem per ſanguinem, & lacrymas quibus ſanctiſſimus Pater noſter Franciſcus huius noſtræ Minimitanæ congregationis irrigavit exordia, vos omnes deprecor, & obteſtor, ut unuſquiſque, quantum in ſe eſt, cum omnibus iuxta Pauli conſilium pacem habeat, nec non erga Superiores ſuos, & Fratres ita ſe gerat, ut amplius litis, contentionis ve vox nulla ſentiatur in Vrbe.

Thren. 2. B. 15. *Thren. 4 A 1. & 2.* *Num. 5.*

4 Vt autem hoc facilius aſſequamini ſemper ſit in ore, & corde veſtro illud Iacobi: *Vnde bella, & lites in vobis? Non ne hinc, ex concupiſcentijs veſtris, quæ militant in membris veſtris?* Et illud Pauli: *Iam quidem delictum eſt in vobis, quod iudicia habetis inter vos. Quare non magis incuriam accipitis, quare nõ magis fraudem patimini.* Sic enim, ut ſpero, fiet, ut propter virtutem veſtram, vobis oriatur in diebus meis iuſtitia, & abundantia pacis: & ego miſericordias Domini in æternum cantando dicere poſſim. *Quam bonum, & quam iocundum, habitare Fratres in unum!* Et ipſa mater noſtra Religio, iam nimis afflicta, exultans, cantare poſſit: *Ego murus, & ubera mea ſicut turris, ex quo facta ſum coram eo, quaſi pacem reperiens.* Valete, dilectiſſimi, meque orationibus veſtris, atque toti Ordini, in virum alterum mutare ſtudete.

Iacobi 4. A. 1. *1. Cor. 6. B. 7.* *Pſ. 132. 1.* *Can. 8 D 20.*

Fr. Ioannes Baptiſta Ronca Corrector Generalis.

Argumentum ſequentium Epiſtolarum.

5 AB anno M. DC. XL. viſum mihi eſt expetiſſe Satanam, ut cribaret Religioſos, unde in omnibus Religio-

gionibus super electionibus lites exortæ, nec non divisiones & scismata, recursusque, non tantum Romam, sed & ad Curias Legati de latere Nuntij & Regales Senatus, & sic etiam Minimitanam nostram Hispanię familiam in aliquibus Provincijs invasit turbo, & clades. Ergo R. P. Generalis Fr. Ioannes Baptista Ronca Vicarium, & Visitatorem ad omnes Hispaniæ misit Provincias, cui aliquarum aliqui se opposuerunt, quia extraneæ erat nationis, & gentis. Tandem acceptatus, & receptus, ibi cæpit visitare Provinciam, ad alias Visitatores misit, & ipse, illa visitatione non concluſa in aliam se contulit, quam visitavit totam, non nullasque correctiones fecit, & ordinationes in Provinciæ utilitatem, & ut melius omnia fierent, reliquit in ea Vicarium Generalem ordinarium (tanta munitus venit potestate.]

6 Dum autem tertiam aliam Provinciam visitare cæpisset: venit Decretum S. Congregationis Cardinalium negotijs Regularium præpositę, quo inhibebatur ei visitationem perficere, & inter alia, quod in Italiam una cum suis Collegis reverteretur, litteras Patentales quascunque per ipsum vigore facultatum sibi à prædicto Generali attributarum pro Superioribus, & alijs officialibus expeditas: resumeret, & secum defferret cum processibus: & non legitime convictos, é carceribus liberaret, Provincialesque, & Correctores libere sua officia exercere desineret, &c. Quod Provincialis Provincię iam visitatę, absque eo quod Visitator resumeret Patentales litteras Vicarij Generalis relicti, nec ex correctis pœnitentias revocaret, existimavit virtute Decreti S. Congregationis reducta fuisse omnia ad statum ante visitationẽ: ipse electos, & relegatos ad suam Provinciam, & Conventus reduxit, conatusque est privatos, seu depositos Prælatos ad sua officia restituere, nec teneri iam obedire Vicario Generali relicto: cui præcepit ne vicariatus authoritate fungeretur. Ipse vero, non expirasse suam authoritatem suadebatur, quia ipse non erat Visitator, nec Patentales litteras esse ex illis, quæ iubebantur resumi, easque originaliter secum habere, & sic

præ-

prę cipiebat Provinciali, ne ſe intromitteret in rebus reſultā-tibus ex peracta viſitatione. Hinc ex altera, & altera partibus ortæ lites Hinc inde iacula præceptorum obedientiæ, & fulgura cenſurarum adinvicem ſe mordentes, ſuo iure, ut credebant utentes. Sic alij Provinciali, alij Vicario Generali obebientiam præſtabant, officiaque diſtribuebantur. Inde ſecuta non recenſenda, ſed ploranda ſub ſilentio.

7 Rurſus aliquæ obedientiæ á R.P. Generali miſſæ ſunt ad mutandos aliquos humiles Religioſos Laicos, Sacerdotesq; ſimplices, nec graves, nec Lectores, aut qui prę fecti fuiſſent in maioribus, ſuplicaverunt obedientiæ, nec deſtiterunt patrocinantes. Interim aliqui præſidium ab illuſtriſſimo D. Nuntio invenerunt, conqueſtiq́ue ſunt de illata iniuria mutationis, & ſcandalo inde ſecuto inter ſæculares (illis exemplariter viventibus) qui aguoverāt, & ſine cauſa orbabātur officio in quo erant [officio, quo non modo Sacerdotes, ſed & Converſi, ac Oblati ſæpe occupari ſolēt) & datis ſibi Iudicibus ſæcularibus obediētia Generalis evanuit. Væ nobis, vę nobis, ſi baſis Religionis, Obedientia evertitur. Si in emittenda profeſſione præmiſimus: *Elegi abiectus eſſe in domo Dei mei.* Ad quid quę rimus honorē in retinēda cōventualitate, repugnādo proprij Paſtoris iuſis, quę nō niſi ſint animę, & ſacræ Regulæ adverſantia, debemus humiliter obedire? Si Parētes noſtri ita magni æſtimarunt Obedientiam Generali debitam, ut in Cap Generali Valentiæ 3. celebrato, num, 7 & 8. ſtatutum nobis relinquerent tale: *Electus* (inquiunt) *in Correctorem, ſi ad eū miſſa fuerit Obedientia á Reverendiſsimo à remotis exiſtente ante ſui electionis confirmationē, debet ſtare obedientiæ Generalis, eaq; exequi. Si poſt confirmationem, debet ſtare electioni, & quam primum ſuper huiuſmodi certiorem facere Generalem. Qui ſi ſecundo replicaverit, tunc ei obedire tenebitur, etiam confirmatus Corrector.* Si officij Prę latur ę executio ſecundò iubenti Generali cedit, officium de minoribus, Sacriſta puta, vel Procurator, cedere non debet obedientiæ ſecundò Roma miſſæ in remotam provinciam? Quid de hoc iudices ſæculares intelli-

Cap. Gen. Ord. Mtg. Val.

ge-

ere valent, ut eximant Fratres ab obedientia Generalis?

8 Denique ad quasdam Provincias sustituit loco sui Capituli Provincialis celebrandi Præsidentes: quorum iusa illudentes, non receperunt, præmuniti alijs Præsidentibus authoritate Apostolica munitis, quos impetrarunt, ut se eximerent à iugo, quod super se veniens aspiciebant, ut sic sine controversiis agenda agerentur, & non cum perturbationibus, quas timebant Præsidentibus Delegatis proprij Generalis.

9 His suppositis super aliquas Provincias constituit Generalis loco sui Vicarium Generalem Ordinariũ, qui ita præesset, ut omnium animos concordaret, non ut inquisitionẽ de præmissis faceret ad puniendum, sed emendationem potius procuraret, & ad hũc finem Pastorales litteras misit tùm Fratribus, tùm Sororibus, & sunt quæ sequuntur.

ADMODVM R. R. PATRIBVS, IN CHRISTO QVE Charissimis Fratribus nostrarum Provinciarum N. N. quos Deus in suo conservet famulatu,

CHARITAS.

INquietudines, & inobedientiæ Provinciarum N. N. (Admodum RR. PP. amantissimique in Christo Fratres) ita cor meum dolore affecerunt, ut si mea adversa, non se opponeret valetudo, ex quo certiores facti sumus, mox iter arriperemus ad Dei prospiciendum, obsequio S. Patris honori, totius Religionis convenientiæ, Fideliumque ædificationi. Etenim nimis mirabile est, videre Religiosos arctitudinis vitæ, virtutis modestiæ, & odoris boni Professores, sui immemores ita male audiant, non solũ apud sæculares, sed etiam apud alias Religiones, aliosque Prælatos, cum iactura illius universalis Ordinis, qui usque modo alias exemplo suo Religionis modestiam, & virtutem docebat!

10 Qua propter de opportuno remedio eiusmodi cladium meliori modo possibili (siquidem personaliter impeditus) providere vilum est, nostras delegando vices R. A. P. Fr. N. ut in eisdem Provincijs Vicarij Generalis ordinarij fungatur offi-

officio, & meo nomine omnibus veluti S. Franciſci de Paula filijs ita ſe exhibeat, ut charitate corrigat, & amore caſtiget, largaque manu præmiet dignos præmie, & ut inde inquieti convicti maneant, & obedientes præmio adepto deviucti ad obedientiam, Religionem, & alias, quas profeſſi ſunt obſervantias proſequendum Hinc primi pro comperto habebunt, non odio caſtigatos, ſed zelo eos lucrandi, & Religionis obſequij, ſecundi vero, vltra condignum, quatenus, recta permittit ratio præmiatos. Sic ſuadentur omnes, non ut exoſos inimicos, ſed ut chariſſimos filios tractari, ſiquidem limitatio correctionum, & præmiorum largitas id demonſtrant.

11 Idem amantiſſimi S Franciſci de Paula filij, ſocij, & amici mei chariſſimi, per viſcera Chriſti Domini, qui in ara Crucis pro nobis mortuus eſt: per labores, pœnitentias, & mortificationes, quas ad noſtram doctrinam perfecit Sanctus noſter Pater, ſuppliciter oro, non quatenus huius Religionis Generalis, & Superior, ſed ut amicus omnium, boni avidus, dignemini ad Deũ oculos convertere, & ad profeſſionis obligationes, & non modo Religionis credito, ſed & proprio veſtro proſpiciamini, unde Fidelibus earumdem Provinciarum exemplo eritis bono, & alijs Religionibus norma procedendi, ita ut amiſſa ſimilitudine dæmonum, in tot convertemini Angelos. Et ſi aliqua terrarum Orbis natio tenetur præmiſſa facere, hæc Hiſpana eſt: ipſa enim litterarum extat Magiſtra, Religionis & modeſtiæ, necnon, & Obedientiæ. Ne, ob Chriſti viſcera tot cognominum elogia, levi de cauſa detrimentum faciatis, imò curam exhibeatis heroycis actionibus, talis dignis nationis indieſque augeatis.

12 Experientia duce ſcimus bruta animalia, etſi oppoſita ex natura, ex conſuetudine vivendi in ſimul domeſticari, & ferocitatis oblivi ſci, ac amari: Qui ergo fieri poteſt, quod rationales Hiſpani eiuſdem nationis, eiuſdem provinciæ, & familię in una eademque Religione ſub eadem obedientia, & Fundatore, qui vita, & miraculis eos obligavit, & docuit, & cum exemplo illuſtrium virorum, tùm litteris, tùm virtutibus:

bus: & qui tali gubernantur Superiore, qualis sum ego, qui nō mi-i rari, sed ministrare veluti socius, & amicus, cupio deficiāt in tanti pōderis negotio, qualis est fraterna unio, & Regularis obedientia! Nō credo. Impossibile cēseo, imó potius chariſſimi filij spero de vestra Charitate, quod non solum vitam modestiam, & observātiam, ut par est, ducetis, sed & docebitis alias Religiones, & me qualiter degere oporteat, & dirigi, ut filij nominemur, & simus tanti Patris Franciſci. Cuius consolemini benedictione, & impetret a Deo gratiam, & amorem, quo amemini, honoremini, & in ea quam desidero, pace, & quiete vivatis.

13 Denique obsecro, quod non solum, ut exposui vivatis, sed etiam [quod mihi gratum, & iocundum erit] ut preces assidue pro Catholica Maiestate, eiusq; filio Principe ad Deum fundatis, qualiter gubernet, regat, & augeat eius dominia in obsequium Dei, & Ecclesiæ. Ita spero de Religiosis tot devinctis obligationibus futurum: quo consolationem percipiam qualis decet zelum, & animum meum. Romæ 3. Ianuarij 1642.

Paternitatis, & Charitatis vestræ in Domino servus, Paternalem largiens benedictionem.

Fr. Ioannes Baptista Ronca Minimus Generalis Apostolicus.

Sequentem Epistolam, eo quo scripta est idiomate apponā, ut pietas & spiritus erga Sanctimoniales illibata maneant.

A LAS MVY REVERENDAS MADRES, Y Cariſsimas Hermanas, las Religiosas Minimas de N. Orden de S. Franciſco de Paula nuestro Padre de las Provincias N. N. Dios guarde, en manos del Vicario General.

MVy reverēdas Madres, y cariſſimas Hermanas en Christo. El tiempo, y las indisposiciones no me permiten que en persona cumpla con mis obligaciones y deseos: y assi deuo hazerlo en la manera que puedo. Sirvanse vuestras Reverencias, y Charidades de entenderlo assi, y escusarme; pues

no falta de voluntad lo impide, sino de disposicion. El medio, que para satisfacer à las obligaciones de mi oficio, y suplir mi presentia è tomado, es nombrar al M. R. P. Fr. N. por Vicario Geueral en essas Provincias, bien informado de sus prendas, y partes tan proporcionadas para este ministerio. Suplico à vestras Reverencias, y Caridades suplan, y disculpen mi falta personal, y aceten mi voluntad por medio del dicho mi Vicario General: el qual, assi por su persona, como porque yo se lo encargo y pido, procedera demanera, que vuestras Reverencias y Caridades queden satisfechas y servidas en quanto fuere possible. Y fio tanto de vuestras Reverencias y Caridades, que en esto, y en qualquier otra cosa tocante á la vnion y obediencia al dicho Vicario General concurrirân de manera con su voluntad, que no solamente èl quede con gusto, sino tambien edificado, y obligado a servirlas con las veras, que tan grandes Religiosas merecen. Sirvanle vuestras Reverencias y Caridades [les suplico] de dar este gusto à N. P. S. Francisco de Paula, y a mi su indigno successor y lugar teniente tal consuelo, que viva seguro y quieto, no solo en la conciencia, sino tambien en el animo.

15 Bien creo, que en los Reinos de España, donde la Religion, virtud, modestia, y caridad tienen el imperio, y principal assiento, no avrà cosas universales que corregir, como en otras partes, donde olvidadas de tantas obligaciones, como Religiosas de tan estrecha vida professan, se hallan. Pero con todo esso, tengo obligacion de significar, y encargar mis deseos, y son. Que por las entrañas de nuestro Señor Iesu Christo, y obligacion que à N. S. Padre tenemos, no admitã entre vuestras Reverencias y Caridades discordias universales, ni particulares: pues ser Religiosas, no es professiõ de Soldados, que por obligacion estân en continuas guerras; y el que mas se exercita en ellas, este merece mas. Todo al contrario hijas y Hermanas nias en Christo â de ser en vuestras Reverencias y Caridades: pues la guerra à de ser contra el Demonio, y sus instigaciones; la paz concordia, y amor entre vosotras.

tras. Gran cosa es en Religiosas de tan grande observancia el vivir tan concertadas entresi, que no se conozca diferencia, obrando de tal manera, que las Preladas parezcan subditas, y las subditas Preladas. Todo lo puede el amor; y assi espero, q̃ vuestras Reverencias y Caridades, como tan exercitadas en esto, no solamente lo observarân entresi, pero daràn ocasion à que otras muchas Religiones las imiten, y corrijan todo lo que en ellas contrario estuviere.

16 La Charidad, es el primer blason y estandarte dado de Dios, y traido por Angeles á nuestra Minima Religion; y assi esta nos obliga á amor y concordia, y excluye dissensiones y odios. Dificilmente puede estar sin ellas una alma, que sigue parcialidades y vandos, los quales en la Religion de essas Provincias son muchos: unas Religiosas se aficionan â una parte, y otras à otra: y sin ser de provecho à las partes à quien se aplican, son de mucho daño a quien los sigue. Por tanto hijas y Hermanas mias en Christo, imitad a N.S. Padre, y a vuestras antiguas, y modernas Madres, que tanto han procurado huir discordias y parcialidades: pues de ellas se siguen inconvenientes tan grandes, que las pobres almas andan siempre cargadas de miserias: y esto por dar gusto â este ò á aquel, sin reparar que se disgusta y ofende Dios, y desobligan à su verdadero amigo y Padre S. Francisco de Paula, que tanto trabajò y obrò contra semejantes imperfecciones.

17 Tambien hijas y Hermanas carissimas mias las suplico, que pues dexaron el mundo para servir a Dios, que dexen tambien las ocasiones, que en èl quedaron para no ofender â su divina Magestad. En el mundo hijas mias, no era licito à una honesta donzella hablar, y tener amistad (aun con titulo de modesta) con alguno. Pues como es possible, que esto sea licito y honesto, á quien oy se halla fuera dèl, metida en una Religion con mas estrechos vinculos, que la simple honestidad? Por tanto les suplico en nombre de Christo su Esposo, y de N.P.S. Francisco de Paula, que olviden lo que dexaron, y exerciten lo que professan, huyendo todo lo que puede ser

contrario à la Religion, a ſus conciencias, y á Dios.

18 Las neceſſidades de nueſtra Religion, no por defecto de ella, ſi no por nueſtra fragilidad, ſon tan grandes, que neceſſitan de oraciones particulares. Por tanto vueſtras Reverencias y Charidades procurẽ hazerlas con particular fervor, y afecto, pidiendo, y ſuplicando â nueſtro Señor por ſu miſericordia, y por las interceſſiones de N. S. Padre, la mejore y conſerve en la ſanta Charidad.

19 Ser puntuales en el cũplimiẽto de las obligaciones de nueſtra Minima Religion, es el mediomas eficaz para que ella y noſotros nos conſervemos. Y aſsi ſe ſerviran de ſerlo en el oficio Divino, Oracion Mental, y cotidiano examen de conciencia, frequencia de Sacramentos, obſervancia de la vida Quareſmal, por quarto voto prometida, humildad en los capitulos de culpas, y mortificaciones, y caridad con las enfermas y viejas, y todas las demas coſas tocantes â ella. Y en particular a las Preladas las encargo, que tengan particular cuidado del cumplimiento de eſtas coſas: advirtiendo, que de no hazerlo, darán rigoroſa cuenta a Dios. Quien dize Religion, dize orden, y concierto; y eſto no puede ſer, no auiendo proporcion en las coſas. No ſon proporcionadas para el culto Divino las indecentes. Cierto es, que tener los Altares, las Capillas, los ornamentos con menos decencia, curioſidad, limpieza, y ornato, que no lo ſon. Por tanto tengan muy particular cuidado las Madres Sacriſtanas en eſto: porque demas de la decencia, ſon acciones exteriores viſtas por los ſeglares, y y de ellas coligiran las interiores: y ſi no eſtàn con devida decencia, ſe eſcandalizarân.

20 Las neceſſidades, que la Chriſtiandad, y principalmẽte la Monarquia de Eſpaña, al preſente tiene, ſon tan grandes, y tan notorias, que no es neceſſario explicarlas. Eſto ſi que les ſuplico, que tengan particular cuidado en encomendar, y pedir a Dios, y à nueſtro P. S. Fraciſco por los buenos ſuceſſos, conſervacion, y augmento de ella en ſervicio de Dios, y de ſu Igleſia, por la vida y ſalud de ſu Mageſtad, y del ſeñor Rrinci-

pe,

pe, que á demas, que vuestras Reverencias y Caridades harán lo que deven en servicio de su nacion, patria y Reino, yo recibire particular favor, y consuelo. Estoy tan cierto tambien, que vosotras Hijas y Hermanas mias hareis lo mismo por mi, que no tengo necessidad de suplicarlo, sino q̃lo agradezco desde aora: y ruego a nuestro señor las dé su gracia, y llene de dones espirituales, y a mi conceda vida para verlas y servirlas. Roma y Enero 4. de M. DC. XLII. De vuestras Reverencias y Caridades, siervo en el Señor afectuosissimo. Fr. Iuan Bautista Ronca Minimo General Apostolico.

21 Spiritum lenitatis tanti huius Prælati quis non videt? Est ex illis quos suprà diximus, tract. 6. art. 5. num. 2. qui parcendo lucrantur afflictos, & est conforme nostræ sententiæ, ut tractatu sequenti videbimus de Reformatione, non sanguinolenta, sed suavi, & miti. Sed heu nobis eodem, anno 1542. è vivis sublatus mense Octobris noster hic amantissimus Prælatus: suscitet in successoribus Dominus eumdem spiritum, ut voti compotes esse possimus in curatione suavi, & pacifica. *Nos.*

22 Monita, & leges, ac ordinationes horum nostrorum Prælatorum, per excessum quandoque zelum observantiæ demonstrant, minimos deffectus, & relaxationes ponderantes. Quę assidua cura argumentum est nostram Religionem adhuc vivere, non relaxatam ad mortem, sed aptissimam rereformationi, & curationi. Ac demum illibata perseverat in substantialibus, ut nec splendorem perdiderit, nec rigorem strictioris pœnitentiæ, ut merito diximus 3. part. tract. 12. ar. 19. 20. & 21. Propter quod de iure Communi ad illam ab alijs Religionibus; non tamen ê contra licitum esse transitum. *Nos.*

TRACTATVS X.

Et Præcipuus huius operis: de Inſtauratione perfecta, ſuavi, & efficaci ſtatus Religioſi, qualiter fieri poſsit.

I EXORDIVM.

1 CVm ea ſit rerum humanarum conditio, & natura, ut etiam, quæ optime fundata, & conſtituta ſunt, partim hominum imbecillitate, & ad malum proclivitate, partim Dæmonum aſtutia paulatim deficiant: at, niſi cura pervigili ſuſtententur, in deterius prolabantur. Id circo ſacræ Religiones a ſanctiſſimis Fundatoribus, divino favente Spiritu, optimæ fundatę, & inſtitutæ, quantum decurſu temporis a ſuo deviaverint principio, nemini dubium eſſe debet, nec probatione indiget. Id experientia patet in tot reformationibus, quas omni tempore abinitio mundi retulimus in toto hoc opere factas. Et ipſe Chriſtus Dominus ſupra tract. 1. art. 2 faſſus eſt Beatæ Brigittæ alloquens quod ipſe plantavit vineas Religionum, quæ multo tempore vinum dederunt bonum, quoaduſque Inimicus homo ſuperſeminavit in eis ſemen peſſimum: & ſic Regulæ illarum iam non tenentur, ſicut amici eius Fundatores, inſpirante Spiritu Sancto dictaverunt. Monachorum hanc ſtragem miratur Bernardus in Apologia ad Guilielmum Abbatem: *Quis in principio, cum Ordo cæpit Monaſticus (ait) ad tantam crederet Monachos inertiam pervenire? O quantum diſtamus ab his, qui in diebus Antonij exteterunt Monachi! Sic Macharius vixit? Sic Baſilius docuit? Sic Antonius inſtituit? Sic Patres in Ægypto converſati ſunt?* Sic & nos omnes reſpecta primæ plantationis Sanctorum Fundatorum noſtrorum, & primorum Parentum, qui primitias ſpiritus illorum experti ſunt, dicere poſſumus. Quare, ne in deterius eant, & non, niſi palmites ad combuſtionem fiant ope-

Nos.

S. Bernar

opere pretium erit, modum statuere, & Regulam, quomodo primevum illum splendorem obtineant.

2 *Fateri in primis debent Regulares Religiones* [ait P. Ioannetin in Aphorismis Superiorum, cap. 6. num. 26.) *sicut & omnes totius mũdi communitates aliqua circa particulares personas indigere reformatione. Non enim debent Religiones maiori privilegio gaudere, quam Ecclesia Christi, Si autem in Physicis multa, & excellentissima de novo ædificia fieri videmus excellentissimis & pretiosissimis lapidibus ornata; aliaverò successu tẽporis in veterasci, quæ si non reparartẽtur, cadarent, & omnino perirẽt. Ita similiter in moralibus philosophandũ est. In Ecclesia namq; & Religionibus multi sunt Sancti viri, &c.* Et paulo post subdit. *Sunt etiam inter plures bonos; fragilitate humana aliqui (forsam pauci) tepidi, frigidi, languidi, & infirmi, qui suæ professionis, non itæ memores magis, vel minus a primo illo fervore, calore, spiritu, & Fundatoris vigore, Regulæquè suæ rigida observantia, aliquantulum deficiant Illi, quia virtus laudata crescit, laudandi, isti* [ne *omnino pereant, sed ut suaipsorum tepiditas, frigiditas, & infirmitas curetur, sicque convertantur, & vivant, neque alijs nocere possint) reformandi, curandi, reparandi, donec sanentur, vivificentur, resurgant: & tandem ad suum statum pristinum reducantur.* P. Fr. Ioãnet. Niñ.

3 Et quidem quamvis nostra Minimorum Religio magna ex parte odorem bonum, & Minimi Francisci spiritũ conservaverit, in aliquibus tamen regionibus deferbuisse negare non possum, quod quamvis in substantialibus defectus non sit: nec hæreses, aut crimina magna requirenda sunt. Quia tamen disponi potest ad maiora, ideò reformationes supra relatæ adhibitæ sunt: Nunc autem de modo illas aplicandi disputamus, ut, favente Deo, suavi, & efficaci eventu restitui valeat: & quælibet alia Religio, quæ supra enumeratos abusus tota hac 4 part. experta fuerit, ut & eadem remedia applicare possit, & valeat, ablatis impedimentis, crescere de virtute in virtutem, ut Deus Deorum videatur in Cælesti Sion.

ARTICVLVS I.

Quid ſit Inſtauratio, aut Reformatio: & quam arduum illam tractare?

Ambroſ Calepin. AMbroſius Calepinus, verbo Inſtauratio: *Feſtus* [inquit] *putat dictum eſſe ab inſtar, eo quod proprie aliquid inſtaurari dicatur, cum ad priſtinam ſimilitudinem reffictur.* Vnde Donatus in illud Terentij: Amantium iræ, amoris redintegratio eſt: *Integratio* (inquit) *hoc eſt inſtauratio.* Alij negant dictum ab inſtar, ſed a verbo *ſtauro*, quod non eſt in uſu. *Melius itaque dicemus* [ſubdit Calep.] *inſtaurare nihil aliud eſſe quã reficere, reſtituere, integrare.* Concludit ergo ex Lactantio, lib. 7 quod uſus eſt verbo, *inſtaurare* pro *reduco*, ſeu *reformo, renovo, reficio ve.* Itaque tunc aliquid dicitur inſtaurari, quando reficitur, reſtituitur, reducitur, renovatur, integratur, ac reformatur ad priſtinam ſimilitudinem.

Donatus

Lactant.

2 Reformare vero eſt aliam formam introducere, quæ de perdita fuerat. Hinc Ovidius 11. Metamorph.

Ovid. *Sed præme quicquid erit; dum quid fuit ante reformet.*

Præme, non blande, id eſt, non ſine difficultate, & labore, qualem adducit ſecum, abuſus, & conſuetudines pravas evellere: prẹme, quaſi ſigillo, ut introducatur forma: quod tamen requirit materiam diſpoſitam, alias imaginem non imprimet, ſed deformatam, & forte deteriorem figuram.

3 Cognovit Paulus deferbuiſſe Galatas ab ſpiritu recepto *Cũ cognoveritis Deũ* (inquit ad Gal. 4) *imò, & cogniti ſitis à Deo; quomodo convertimini iterum ad infirma, & egena elementa, quibus denuo ſervire vultis?* Valde reprehenſibile eſt, poſt cognitã veritatem æternorum, iterũ cõverti ad ſæculum caducum, & infirmum, quod virtutem perveniendi ad Deum, non habet. Claudicat in vijs ſuis ad Barathrũ *Vbi eſt beatitudo veſtra* (proſequitur) *teſtimoniũ enim perhibeo vobis, quia, ſi fieri poſſet, oculos veſtros eruiſſetis, & dediſſetis mihi. Ergo inimicus factus ſum vobis verum dicens vobis.* Deberent eſſe grati, quando per Paulum

Ad Gal. 4 B 9 15. 16.

lum ad agnitionem Fidei tracti, divinam acceperunt gratiam sed nunc eos reducere conatus, videtur inimicus, dum eos reprehendit. Sed ne exasperarentur data reprehensione, blande pergit iterum, dolorem sui cordis ostendens, dum ait: *Filioli mei, quos iterum parturio, donec formetur Christus in vobis.* Ex Charitate, qua diligebat Paulus hos delinquẽtes verbum hoc *Filioli* pronuntiat: verbum charitatis proponit [ait D. Thom. Lect. 5 in 4. ad Gal.] dicens: Filioli mei. Signanter autem non eos filios vocat, sed Filiolos, ut designet eorũ imperfectionem, qua diminuti sunt. Sed notandum est, quod puer, dũ est, in parturitione, dicitur Filiolus, & isti tales erãt, quia indigebant iterata parturitione. Vnde conversio hominis *partus* dicitur. Dolebat Paulus, quia parturiebat cum labore, & dolore, Apoc. 12 *Clamabat parturiens, & cruciatur, ut pariat.* *S. Thom.* *Apoc. 12.* *Et inde est* (concludit Thomas) *quod Apostolus ex dolore dure eos corrigit, sicut mulier ex dolore partus dure clamat Isaiæ 42. Qua si parturiens loquar.* Et ratio iteratæ parturitionis est, quia nõ estis perfecte formati. Vnde dicit: *Donec Christus formetur in vobis.* Id est, recipiatis similitudinem eius, quam vestro vitio perdidistis, & non dicit: Formemini in Christo, sed formetur Christus in vobis. Quando enim fides in homine efficitur informis per peccatum, Christus nõ est in eo formatus. Et ideo quia in illis non erat Fides formata, indigebant iterum parturiri, donec Christus in eis operaretur per Fidem, quæ per dilectionem operatur, vel donec Christus formatus in vobis, id est, formosus alijs per vos appareat. Hæc ex D. Thom. *A. 2.* *Isaiæ 42.* *C. 14.*

4 Ex quibus notare licet, quomodo quando Prælati viderint Religionis formam corruptam, qualiter, dum erat integra, beati essent, beateque viverent Religiosi, taliter Prælatis, & informatoribus affecti, quod suos pro eis eruerent oculos; at curantes iam suis correctionibus de Reformatione, & de antiquæ pulchritudinis instauratione, inimici facti sunt ipsis, & ipsi Reformatores patiuntur eas persecutiones, & tribulationes, quas supra dicebamus, tract. 1. art. 4. Hos nihilominus Prælati ex amore Charitatis suis monitis, & correctio- *Nos.*

ni-

nibus disponere debent tanquam parturientes, dolẽtes, quod pristinus, & primevus spiritus efferbuerit, sicut, & sanctissimum Esdram fecisse vidimus, utpote optimum Reformatorem, quãdo Populi transgressiones intuitus est 1. p. tract. 12. art. 3 & similiter Neemias ibidem, tract. 13. art. 12 imò, & Christus Dominus: *Videns Ierusalem flevit super illam.* Religiosos sic dispositos præmere debet ad perfectam instauration em, & reformationem, non ut cumque sint boni, & Christus in illis sit per internam Spiritus Sancti gratiam, qua intus reformentur, sed ut eamdem pristinam deperditiam habeant, iuxta cuiusque Religionis institutum, & quod sic restituta antiqua pulchritudine, Christus in eis exaratus, & veluti sigillo impressus formosus alijs appareat per exemplum, & odorem bonum, quo ædificentur, qui scandalum de transgressionibus acceperunt.

Nos. *Luc.* 19 *f.* 41.

5 Forma cuiuslibet Religionis, ut ait P. Ioannes Nider de Reformatione Religiosorum lib. 2. cap. 1. consistit in Regulæ ipsius, & statutorum professione debita, & fundatur in forma gratiæ interna: de qua Isaias, cap. 44. *Formavit te, servus meus es tu Israel: ne obliviscaris mei.* Servi Dei Religiosi sumus, ut dicebamus 3. part tract 4. art. 2. & obsequio eius mancipati, nec primæ fidei per professionem inductæ obliviscei unquam debemus.

Ioã. Nid. *Isaiæ.* 44. *C.* 21. *Nos.*

6 Item forma exterior (ait idem Author) est de qua Paul. ad Phil. 3. *In eadem permaneamus Regula. Imitatores mei stote Fratres, & observate eos, qui ita ambulãt, sicut habetis formã nostram.* Vbi Glossa: *Imagines vitæ nostræ*, scilicet, quia ita credunt, vivunt, & docent, sicut ego: Mihi similes imitamini. Sic 1. Cor. 4. 1. Cor. 4. & 11. *Imitatores mei stote, sicut & ego Christi, & observate eos, &c. Idest* (explicat S Thom. Ad Philip: 3. lectione 3.) *diligenter considerate, qui ita ambulant sicut ego, & vos scire potestis ex Regula, & doctrina mea.* Verba sunt P. N. Francisci de Paula, & cuiusq; S. Fundatoris ad suos alũnos, quod imitatores illorũ simus, & eorum omnium, qui Regulæ observãtiam sectati sunt, in hoc Christum imitantes, cuius secuti sunt iustitiam.

Ad Phil. 3. *D.* 16. *Glossa.* 1. *Cor.* 4. *D.* 17. 1. *Cor.* 11. *d.* 1 *S. Thom.*

tiam.

tiam. Quod si eorum, & nos sequamur formam, Religionis exteriorem adipiscemur, & quiete, ac pacifice in accepto gradu perfectionis ex instituto Regulæ fruemur. Et sic ipse Paulus ad Gal. ult. *Quicumq;* (dixit) *hãc Regulam secuti fuerint, pax super illos, & misericordia &c.* Et quod non observantiũ maiorum nostrorum sequamur vestigia: hoc dolendum, hoc deplorandum, quia deformari incipiet Religio: ideo in eodem c. ad Philip. præmisit: *Quicumq; ergo perfecti sumus, hoc sentiamus.* Quicunq; Religiosus, qui Regulæ perfectioni, & observantię studet, dolere debet, quod devient ab exẽplo Sanctorum Fundatorũ, & observãtiũ, doctrinas relaxationis sequẽtes: nã iã incipiet forma corrũpi Religionis, & egent reformatione. *Ad Gal. 6. D. 16.* *Ad Phil. 3. C. 15.*

7 *Reformatio* (ait idẽ Nider ubi supra c. 2.) *est formæ alicuius deperditæ denua introductio. Et forma hæc integratur ex partibus. Ex Regula ab Ecclesia approbata, & ex constitutionibus pro moribus, & ceremonijs aliquorum rite editis.* Quia de ratione instaurationis est, ut diximus redintegratio primæ formę, & pristinę similitudinis restitutio, si huic antiquę formę aliquid desit, iam erit diminuta reformatio, & imperfecta; si abundaverit, & addatur aliquid, iam non erit similis, sed alia diversa forma: quæ, & si bona, non ad rem; quia non tenemur reformari, nisi iuxta Regulam, quam professi sumus, ut & aliquando adnotavimus, & dicemus infra. P. Ioann. Nider.

8 Porró quã difficilẽ adeat provinciã, qui reformationem intentat, quamq; difficilis sit ipsa reformatio, nõ est facile explicari: Revocẽtur ad memoriã ea, quę 1. p. tr. 13. ar. 10. diximus, & adnotavimus de reædificatione murorũ Ierusalem per Nehemiam, qualiter impedimenta oppositа, & superata sunt maiori cũ difficultate, quã in prima fundatione Tẽpli, & murorũ per Davidẽ, & Salomonẽ. Ovidius dixit lib. 2. de Amor. *Nos.* *Ovidius.*

Non minor est virtus, quam quærere parta tueri.

Exemplo revelationis factæ cuidã Religioso [quod refert Ioan. Nider, tr. 2. de cura, & utilitate Refor. c. 6. ex Gerar. in lib. de vita Fratrũ Prędicatorum p. 5.) quod ei ostensum est claustrum quoddã pulcherimũ multum, bene ædificatũ ornatum q; *Iõã Nid.*

rumq; & dictum est illi: *Hic ædificavit hoc claustrum,* ostẽdens Guidonem Priorem, qui idẽ Monasteriũ antiquum sua sanctitate, & solicitudine rẽformaverat: *Et hinc* (ait Nider) *ille, qui reformat haud dubium propriè dicitur Deo cooperante, novum construxisse Monasterium.* Et relata præfata revelatione: *Qua in re perpenditur* (inquit) *non impar esse meritum de novo construere Monasterium & lapsum reformare in moribus.*

9 Sed maiorem virtutem dixerim ego ad Reformationem, quam ad primam fundationem: etenim in prima fundatione, cum ultro conveniant omnes, plantare opus est tantum; at in Reformatione concertatio maxima initur cum deformatis, & exlegibus, in evellendis pravis habituationibus, & abusibus. Confirmatio huius censuræ de maiori difficultate Reformationis sint illæ, quas Reformatores pati tradidimus supra tract. 1. art. 4. & tract. 3 art. 1. & 2. *Bene video* (ait Ioannetin Niño, cap. 6. Aphor. n. 52. postquam proposuit Reformationem) *me in omnibus supradictis rem difficilem postulare: & duram rem proposuisse. Licet enim ratio dictet omnia, supradicta pro bono Religionis esse convenientissima; caro tamen, & sanguis, non parum contradicit: quia durus est hic sermo, præcipuè apud eos, qui nollunt expoliari, sed super vestiri, &c.* Et S. Bernardus Epist. 96. ad Rechardum Fontanensem Abbatem, gaudens de Reformatione, quam in suo fecerat Monasterio:

Nos.
Ioannet.
Niño.

S. Bernar

Vterque Gaufredus (ait) *annuntiaverunt nobis quæmadmodum noviter recaluistis igne Dei, convaluistis de infirmitate, refloruistis in novitate sancta: digitus Dei est iste subtiliter operans, suaviter renovans, salubriter mutans.* Et quod hæc mutatio Reformationis sit maioris virtutis, quam de novo erigere Ordinem, & sæculares, ad illum converti ostendit, & concludit: *Multo facilius reperies multos sæculares converti ad bonum, quàm unum quempiam de Religiosis transire ad melius.* Rarissima avis in terra est, qui de gradu quem forte in Religione semel attigerit, vel parum ascendat.

ARTICVLVS II.

Inefficax Reformatio erit velle cuncta punire: & pro remedio contra omnes abusus, etiam leves, leges condere.

1 VT liquido constet ars inveniendi efficacem reformationem, suavemque procedendi modū, reijciamus eos, qui ad rem non pertinẽt. In primis enim ea inefficax Reformatio erit, quæ rigidam omnium transgressionum exquirit pūnitionem per exhactam à Visitatore delictorum inquisitionem factam, ut funditus eversis malis, & exlegibus maneant tantum boni, & observantes: sic Deus è cœlo misit, & deiecit apostatas omnes Angelos, ut diximus 1. p. tract. 1. art. 12. Sic Adam & Eva, quamvis soli in mundo eiecti sunt, ê paradiso ibidem, tract. 3. art. 5. & 6. sic delevit Deus omnem carnem, servatis tantum octo animis in Arca, tract. 5. & ædificantes turrim Babel, confundit art. 6. & 7. Sic per Eliam igne de cœlo malos consumpsit, tract. 9. art. 1. & ibidem necavit omnes Sacerdotes Baal, & fame affixit Populum: & eadẽ prope interitum tempore Elisæi afflictavit, ac per Reges Azrahel, Iehu, & ipsum Elisæum fere omnes ê vita sublati sunt, relictis tantum septem millibus, qui non adoraverunt Baal, Sic Populum sæpe collapsum, sæpe punitū vidimus ibidem, tract. 10. usque ad destructionem Ierusalem, & Templi per combustionem ignis, & septuaginta annorum captivitatem. *Nos.*

2 Sed quia ista omnia rigorem sapiūnt, & nostra reformatio pacifica est, ideo reijcitur talis modus, utpote veteratus, & non filijs, sed servis adhibitus, sub Lege militantibus. Nos autem Christum ominum, verum, & præcipuum Reformatorem, Regemque pacificum imitari volumus qui dixit venisse, ut bonum Pastorem, non ut mactaret oves, sed ut vivant: *Ego veni, ut vitam habeant, & abundantius habeant.* Ioan. 10. *Ioan. 10. B. 10.*

10.B.10. Qui in Religione, & si defectuosi, tamen aliqualem observantiam habent, & volunt in ea manere, conservandi sunt in illa vita per unionem cum bonis habitam, & eam abũdantius habere oportet per denuo introductam observantiã. Sic etiam Christus Dominus eleganter, Matth. cap.13. in illa parabola de bono semine seminato in agro, quod licet fructũ
Mat.13. daret, fuit per mixtus zizania: *Cum autem fructum feciſſet, tũc apparuerunt, & zizania*, quia Inimicus homo super seminaverat illa. Et cum servi Patri familias dixissent: *Vis, imus, & colligimus ea? Ait: Non ne fortè colligentes zizania, eradicetis simul cum eis, & triticum*, nu.28. conservare illum voluit fructum bonum, ne cum eradicatione mali periret. Sic Reformator, ne detrimentũ patiantur boni, & observantes, tollerare debet alios, non observantes usque ad tempus congruum, quando unusquisque, quod suum est possit habere.

3 Sic in curatione corporis infirmi Phlebotomus, nõ omnem emittit sanguinem, etsi corruptum, quia exanime fieret, sic nec omnis Religiosus observantiam trãsgressus, propter quem infirmatur corpus Religionis, expellendus est. Nec nimia severitate utendus est Visitator, aut Prælatus, ut tradi-
Nos. dimus suprá tract.3.art.1. & 2. & tract.6.art.4. & 5. & alibi, ubi datur modus procedendi in correctionibus. Nimia asperitas fugienda est, nimiaque omissio in puniendo, prudentia semper debet esse comes, & iustitia cum misericordia in omin correctione. Non sunt puniendi omnes propter dicta, nec parcendi omnes, nam ex radice relaxationis non abscissa abusus pullulare necesse erit, & mali sibi sapientes erunt, ac in malo confirmabuntur: nam formidine pœnæ desinunt mali male operari. Nostra ergo Reformatio supponit iam visitationes factas veluti præambulas, quas citatis locis tradidimus, ut suavem inveniamus modum, quo paulatim convalescat infirmata observantia: *Errata omnia* (ait S. Bernar, apud Aphor.
S.Bernar Super.cap.6.num.14.) *repente, subito, & simul corrigere, est intentare, quod nullus: & quod mirantur omnes, quasi quis cupias admirationis fore: & talis erit molestus quam pluribus, & nihil fa-*

cies

tiet: quæ à Patrum vestigijs deviare conatur, quod, nec prædecessores consueverunt. Paulatim ergo, & oportune procedas, & sic possidebis portas inimicorum tuorum, vitiorum scilicet, contra quæ pugnas,

4 Peracta visitatione, & indagatis omnibus abusibus remedium inveniſſe putãt alij ut remedia omnia supra enumerata applicent, & optata habeatur Reformatio, si cuicunque abusui etiam minimo statutum aliquod stabiliant, & relinquant: & sic, cum aggravati valde maneant Religiosi, iugum manet impositum, quod neque nos, neque Patres nostri portare potuerunt, cum Evangelicum requiramus nòs suave, & leve pondus. De his in Aphoris. Superiorum, cap. 6. num. 25. hæc habentur: Difficile & apud homines quasi impossibile videtur, expurgare vetus, si sit magnæ multitudinis fermentũ, & recidere inveteratos, si sint mores, uno impetu, multisque ac duriſſimis legibus, subito, quasi obruere, si multorum saluti consulendum sit: sic enim terrentur animi, ac desperant, & non resipiscunt. Malleo franguntur marmora, stylo verò, & celte paulatim poliuntur, ut figura, vel aliquid tale, in eo imprimi facile possit. Sanius, & consultius est, in his, quæ â iure positivo ortum habent, benignioribus Regulæ interpretationibus tollerare, quam tot millia subditorum perditioni manifeste exponere, & animos eorum odiosis, ac arctis præceptis, mandatis, seu constitutionibus exasperare; præsertim cum id iudicio omnium videatur impossibile; non quia fieri absolutè nequeat, sed quia inspecta natura hominum, iam corrupta malis dispositionibus, nunquam fieret; vel cum ingenti difficultate, ac Prælatorum periculo fieret. Ne ergo, medicina sit ipso morbo deterior, prudenter, & matura deliberatione procedendum semper est. Quisquis autem (ait Auguſt,) rebus præteruntibus restrictis utitur, quam se se habent mores eorũ, cum quibus vivit: aut intemperans, aut superstitiosus est. Et num. 27. eiusdem c. 6 idem Aphorism. Author prosequitur. *Ioannes Nũo.* *S. Auguſt.* *Ioannes Nũo.*

5 Sunt quidam (ait) sanctiſſimi, & zelosiſſimi, qui agentes de Reformatione, & plures infirmitates videntes, omnes simul

mul curare vellent: & id tentant, non solùm circa substantialia, sed etiam circa accidentalia: tùm (dicunt) quia bonum ex integra causa resultat, tùm etiam quia (ut Seraphicus Doct. S. Bonaventura) non est dicendum parum, quod ordinatur ad magnum. Horum desiderium sanctissimum; sed quia (experientia magistra) non omnia possunt simul, & semel reformari, prius de substãtialibus, & radicalibus, & posteà de accidentalibus: de ijs scilicet, quæ ad melius, & perfectius agere, oportet. Omnia enim simul præcipere, aut agere de accidentalibus, quando substantialia præmunt, nec decet, nec expedit. Esse namque possent aliqui non ita spirituales, nec mortificati, qui videntes, quod leviora, & graviora, accidentalia, & substantialia, eodem præcipiuntur, & exiguntur ardore, & affectu, & inter se miscentur, & imperantur, omnia confunderent, despicerent, & parvi penderent: quod utique non facerent, si ad substantialia, & radicalia, prius adstringerentur. Quod consideratione, & reparatione dignum est. Et prius

S. Bernar num. 13. eiusdem, cap. 6. ex divo Bernard. Delicta tuorum (ait) emendare cura, nec putes, aut præsumas, te omnia emendare posse: nec totũ potuere emendare Prophetæ: aliquid filijs suis Apostolis, quod agerent, relinquerunt. Aliquid tibi prædecessores tui, aliquid tu successoribus relinques: & illi alijs usque in finem: quia nec tu, neq; illi ad omnia sufficietis: & semper erit aliquid putatione dignum. Hæc ex Aphorismis. Ergo multitudo legum, & ordinationũ, ut omnibus remedia adhibeantur inanis erit, & á vera Reformatione aliena.

Nos. Regulam enim sanctissimam habemus, statuta utilissima Generalia nobis sunt, & summorũ Pontificũ decreta, & Constitutiones, nec non, & Concilia Generalia, maxime Tridentinum, ut in superioribus recensuimus, ut firmas, & perpetuas leges pro Religiosi status reformatione, & conservatione, tr. 6. & 8. per omnes illius articulos: Quæ leges, si observarentur procul dubio nulla reformatione opus esset. Executores

Thrẽ. 4. A. 4. eiusmodi legum desiderantur, quæ est calamitas magna summoperé deploranda cum Ieremia dicente, Thren. 4. *Parvuli*

pe-

petierunt panem: & non erat, qui frangeret eis. Non dixit: *Non erat panis* ad saturandos parvulos famelicos: quia Scriptura sacra, & Patrum traditiones, cibus erat solidus, & substantificus; deficiebant fideles Dispensatores mysteriorum Dei. Sic desunt in Religione demissa, ut in plurimum fideles dispensatores (maxime si vigeat ambitio) quia hi cõtingit, quod obcæcati sint passionibus suis, plurimique neque observantiã degustarint. Et sic quod ipsi primi plurimi violant, quomodo observabunt, & observari facient? Et, si monitis id suadeant, quid proderit, si factis contrarium doceant? Vide quæ diximus circa hoc supra, tract. 8. art. 1. nrm. 6. 9. & 10. Et in toto tract. de educandis Novitijs, & cura necessario adhibenda. Formam Reformationis in præhabitis decretis, constitutionibus, & Regula habemus; materia bene disposita indigemus, & applicatione dispensatorum fidelium. Hic opus, hic labor est. *Nota*

ARTICVLVS III.

Excalceatorum Congregationes separatæ, & novæ Fundationes commendantur.

1 SVnt, & alij egregij viri Reformatores, qui fundatorum Sanctorum instituta pene abolita, & deformata cernentes eadem ad primevam observantiam, & puritatem spiritus redigere insudant, in eisdem laborando: sed quia Prælati cuius ditioni sunt ægrè ferunt, & contradictiones patiuntur cum viderint eos in spiritu proficere, priorumque nomẽ obscurari, à proposito desistentes, novas aggrediuntur fundationes, novos erigendo conventus, & provincias iam se á regimine suarum religionum Generalium subtrahentes, & novos Generales Recoletorum, seu Discalceatorum vendicant, habitibus exterioribus asperioribus, & strictioribus vestiũtur nudos ostendunt pedes, spiritualia exercitia Deo adiutore sectantur, ac per Orbem magno cum animarum fructu dilatantur, ut 3. p. abunde vidimus in Excalceatis, & Recoletis

Montis Carmeli, Eremitarum S. Auguſtini ſanctiſſimæ Trinitatis, & Mercedis Redemptionis Captivorum. Laudabile quidem hoc, & valde laudabile, & quando tot partus non ſuaderēt, ſufficeret Summorū Pontificū approbatio, & confirmatio, qua ſtabilita, & confirmata ſunt eiuſmodi inſtituta. Cæterum ad rem non faciunt, quādo de exacta, & perfecta inſtauratione Religionum agimus: nam hæ potius dicendæ ſunt novæ fundationes, quam Reformationes. Quod ante quā oſtendamus, ex ſacra pagina, & quam laudabile ſit præmittamus, ut non reprobare, ſed omittere, tanquam alienum á fine noſtri thematis videamur.

Gen. 26. á n. 2 uſque ad 33.

2 Igitur Geneſ. 26. dicitur de Iſaac, quod cum poſt famem validam veniret ad Abimelech Regem Paleſtinorum in Gerara ſeminavit ibi, & invenit ipſo anno centemplum, & dives valde factus eſt, quouſque invidereut illi, & ipſe Abimelech diceret ad Iſaac: *Recede á nobis, quoniam potentior factus es valde.* Obſtruxeruntque Philiſtin omnes puteos, quos foderunt ſervi patris ſui Abraham, & impleverunt eos humo. Et cum deſcendiſſet in torrentem Geraræ, & habitaret ibi, fodit puteos, quos ſervi Abraham foderant extrahendo humum: & vocavit eos nominibus, quibus pater eius vocaverat. Foderuntque in torrente, & repererunt aquam vivam. Sed & orta eſt contentio inter paſtores Geraræ, & paſtores Iſaac dicentes: *Noſtra eſt aqua*: & appellavit nomē putei, *Calumniam*, vel ut ex Hebræo habetur, *Iurgium*, vel ex Caldaica *Litigiū*, aut ut Septuaginta: *Iniuſtitiā*, ſive *violentiā*. Et rurſum foderunt alium, et pro illo quoque rixati ſunt, appellavit que eum *Inimicitias*, vel ut Symmachus, & Aquila tranſtulentur: *Adverſum*, atque *contrarium*, aut ut Hieronymus, ex Hebræo, *Satanam*. Denique profectus inde Iſaac fodit alium puteum, pro quo non contenderunt. Itaque vocavit nomen eius *Latitudo*, dicens: *Nunc dilatavit nos Dominus*, & creſcere fecit ſuper teram.

Hebraic.

Symach.

S. Hierō.

3 Sancti PP. & Doctores hæc interpretantur de vero Iſaac Chriſto divite facto valde in Eccleſia: *Quia ex omni gene-*

nere hominum (ait Lyppomanus) *crediderunt in Salvatorem mũ-* Lyppom.
di, & subiecti sunt ei Incipientes, Proficientes, & Perfecti, rudes, simplices, ac perspicaces, indocti & litterati, Activi, & Contemplativi, diversorumque statuum, graduum, dignitatum, ac Ordinum homines. Propter hoc quia supra Imperium Romanum creverat regnum Christi, & super Synagogæ potestatem repulsam patitur per persecutionem non modo Principum Sacerdotum, qui conquerebantur, quod illis relictis totus mundus illum sequerentur, & nihil proficerent, sed & Imperatorum & Regum Gentilium, quos omnes inusit invidia. In primis Isaac Christus, & servi eius Apostoli, Discipuli, & Evangelici Prædicatores puteos antiquos sacrarum Scripturarum, quos foderant Moyses, & alij Prophetæ æterni Patris Abrahæ servi, quos terrenis intelligentijs veluti humo obstruxerunt, & repleverũt Pharisæi, ut explicat Origenes: *Qui sunt* Origenes.
isti (quærit) *qui terra puteos replent? Illi sine dubio, qui in Lege terrenam, & carnalem intelligentiam ponunt, & spiritualem, ac mysticam claudunt, ut neque ipsi bibant, neque alios bibere permittant. Audi Isaac Dominum nostrum Iesum in Evangelijs di-* Luc. 11. 52.
centem: Væ vobis Scribæ, & Pharisæi hypocritæ, quoniam tulistis clavem scientiæ, & neque ipsi introistis, neque intrare volentes per mistis. Vel Hæreticos intellige cum Ruperto eos, qui Ve- Rupertus.
tus testamentum, & sacras Scripturas, quantum in ipsis fuit illo tempore obturaverunt, ut non facile inveniri posset, ubi nam esset doctrina veritatis. Hos servi Christi Evangelici fodiunt, & mundant puteos, ut potare valcant venientes ad Fidem per veram intelligentiam. Et hos puteos appellavit Christus eisdem nominibus, quibus Pater antea vocaverat: *Id est* (explicat Rupertus) *eadem veritate, eodem spiritu veritatis fecit eos intelligere Scripturas, quo Authores illarum, quos Pater ante adventum Filij miserat, & quos ipsi Filio dederat, scripserunt eas.*

4 Notat etiam Rupertus, quod licet Hæretici puteos antiquos obstruxerint, tamen de novo fossos, renovatosque per Christum, & Apostolos, non obturant, sed rixantur pro nomi

ne dicẽtes: *Noſtra eſt aqua, quod eſt dicere: Noſtra ſacramẽta vera ſunt ſacramenta, nos, quod damus ſanctum eſt, vitale, & vivificum: apud nos ſolos Eccleſia eſt.* Puteos denique hos tres, quos ſervi Iſaac fodiunt: *Tria nanque ſunt* (explicat ipſe Rupertus) *Sancti Spiritus chariſmata, potiora Baptiſma, ſcilicet, impoſitio manuum, & renovatio cũctorum in generali reſurrectione mortuorum.* Et ſic de duobus puteis rixantur hæretici, de Baptiſmo, & impoſitione manuum, ubi autem univerſali reſurrectione immutabuntur, rixari non poterunt. Et de tertio puteo, qui vocatus eſt, Latitudo: *Quia dilatavit nos ſuper terram,* cõcludit: *Denique inter inimicitias & calumnias dilatatur Chriſtus, & Eccleſia eius, & ſuper omnem terram creſcit magnificentia nominis eius.*

5 Hic notare licet, quod Iſaac non ſolum ſecutus venam puteorum antiquorum reperit aquam vivam, ſed & in noviter foſſis, quia multiformis gratia Dei, & uberrimus Spiritus Sancti fons. *Larga eſt fontis huius ſpiritualis ubertas* (ait Chryſoſt. tom. 3. hom. 1. in cap. 1. Gen.) *Et qui ante nos fuerunt pro viribus ſuis aquas inde hauſerunt; & qui poſt futuri ſunt, idem attentabunt, nec ſic totum evacuare poterunt: Hæc eſt enim ſpiritualium natura fluminum, ut eo magis ſcaturiat, & creſcat, quo magis quis inde hurire ſtudet.* Non enim reprehenſione digni ſunt, qui præter antiquorum Patrum labores, quibus fruimur, ad novos ſe convertũt ſudores, ut ſpiritum, & veritatem abundantius inveniant. Quod & Rupertus Prologo in Apocalypſim, ut ſe vindicaret à calumnia noviter ſcribendi adnotavit hos, oſdem explicans puteos: *Quis namque rectè indignetur* (ait) *eo quod in eadem poſſeſſione poſt unum, aut duos puteos, quos foderunt Patres præcedentes plures propriò fodiant labore filij ſuccedentes. Denique Iſaac, & alios puteos fecit præter illos, quos foderant ſervi patris ſui Abraham, &c. Profectus inde fudit alium puteum. Itaque iuxta hanc regulam nobis quoque concedant poſt illos puteos, quos foderunt, id eſt, poſt illos tractatus, quos tractaverunt Patres, & Priores noſtri, & alios fodere puteos proprij vomere ingenij, dummodo vivam & nos aquam reperire poſ-*

S. Chryſ.

Rupertus

possimus, quæ nulli noceat bibenti, nulli scandalum, vel errorem faciat legenti.

6 Hinc facile narrationem vertere possumus in Fundatores antiquos Religionum, & succedentes, aut Reformatores, aut novos Fundatores. Etenim puteos illos antiquos suorum institutorum, quos foderunt, aquamque exuberantem boni spiritus repererunt, in quoque ditati sunt valde. insurgentes inimici, & Satanici spiritus humo repleverunt illos, terrenarum & sæcularium cogitationum, ita ut nec antiquum spiritum invenire valeamus, quod & ipsa humanæ naturæ fragilitas facit. Quod utrumque, & opera malorum spirituum, & propriæ fragilitatis S. Gregor. lib. 31. Mor. evenire declarat. S. Gregor *Sancti viri* (inquit) *quamvis intentæ mentis oculo in supernis evigilent; quamvis cuncta, quæ in ima præterfluunt pede rigidi contẽptus calcent, ex corruptione tamen terrenæ carnis, cui adhuc alligati sunt, plerunque cogitationum pulverem in corde patiuntur.* Et infrâ: *Quos autem puteos* [prosequitur] *Allophyli insidiantes replent, quia nimirum immundi spiritus, cum nos studiose cor fodere conspiciunt, congestas nobis tentationum cogitationes ingerunt. Vnde semper mens evacuanda est, incessanterque fodienda, ne si indiscussa relinquatur usque ad tumorem perversorũ operum, cogitationum super nos terra cumuletur.*

7 Videntes viri Religiosi sic obturatos antiquos fontes, suosque professores terrena sapientes quasi sæculariter vivere, de Reformatione cogitant, & ad ipsos puteos se convertũt humo purgandos. Regulam primitivam à Fundatoribus conditam colunt & eundem spiritum curant invenire, extrahentes extortos sensus, & abusus introductos in observãtiæ pernicies: Torrentem quærunt, ubi fodiant puteos: *Fodiunt autem, & in torrente* (hoc est ait Lyppom.) *in corde Christi, in quo sunt omnes thesauri sapientiæ, & scientiæ Dei abscondit, quia ex fonte Dominici pastoris hauserunt, quicquid rite intellexerunt, & conscripserunt. Id circo in torrente illo invenerunt aquam vivam, hoc est Evangelicæ, & Apostolicæ legis doctrinam, gratiamq; cælestem, atque exhuberantiam Spiritus Sancti.* Suadent etiam Lyppom.

sui instituti professoribus meditari, nõ solûm in corde Christi, unde exhaurire valeant vitam Apostolicã â Fundatoribus stabilitam, & decursu temporis sopitam, sed & quod ad se reversi scrutinium faciant in corde proprio, quod mundum á pravis cogitationibus gratiam inibi scaturientem inveniant:

S. Grego. *Cogitationũ nostrarũ* (ait Greg. ubi suprà) *profunda penetramus, & quousq; nobis veræ intelligentiæ aqua respondeat, nequaquam nostræ inquisitionis manus ab exauriendâ cordis terra torpescat.* Idemq; exhortatur Origines eo quod carnalibus cogitationibus, & terrenis, induimus homineum terrenum, & Philistin

Origen. repleverunt terra puteos nostros: *Sed nunc, quoniã venit Isaac* (Reformator) *noster, suscipiamus eius adventum* (admittentes illum pro Reformatione) *& fodiamus puteos nostros, & abijciamus ab eis terram, purgemus eos ab omnibus sordibus, & â cunctis cogitationibus luteis, & terrenis, & inveniemus in eis aquam vivam, illam, quam dicit Dominus. Qui credit in me flumina de ventre eius fluent aquæ vivæ.*

Ioann. 7. F. 38.

8 Sed prohdolor, quãvis in eiusmodi reformationibus incrementũ observantiæ experiãtur Religiones, dùm per exercitia Religiosa primevã renovant institutionẽ abundantẽq; spiritus gratiam inveniunt, & aquam ad reficiẽdum gregem: insurgũt Pastores Geraræ, eiusdẽ regionis & religionis habitatores, ægre ferentes nomẽ Reformationis iuxta antiquã formam restitutum: *Appellavitq; eos eisdẽ nominibus quibus ante vocaverat.* Exosos habent Recoletos, & rixantur dicentes: *Nostra est aqua.* Observantia nostra, & intelligentia Regulæ, in qua educati sumus, vera est, & tenenda, hocq; semel, & iterũ facientes nomen dederunt Reformationi *Calumniã, & inimicitias*, quia calumniãtur, & insidias, ac persecutiones parãt, quousq; Reformatores arceant, & totius Religionis ipsi soli maneant Pastores, ne dixerim Mercenarij, nam & sibi, non græci consulunt, de sua sola conservatione tractantes.

Gen. 26.

9 Hinc tertium puteum Reformatores aggrediuntur, novos erigunt conventus, & Provincias, ibiq; student, aut primitivæ Regulæ, aut novam adinveniunt; & efficiuntur, non

mo-

modo Reformatores, sed & Fundatores, ut ex tota 3. parte li- *Nos.*
quet. Puteus iste tertius est, & novissimus: & iam seiũcti, dis-
gregatiq; à priori sui instituto totaque congregatione dicere
possunt, & inponere nomen: *Vocavitque nomen eius latitudo* *Gen.* 26.
dicens: Nunc dilatavit nos Dominus, & fecit crescere super ter-
ram. Sedatis contradictionibus quas in prioribus reformatio
nibus exortæ fuerant, odioque habiti tanquam superstitiosæ
Religionis inventores, iam dilatantur per orbem, ut in fami-
lijs Excalceatorum Carmelitarum, & S. Augustini vidimus.
Et inter inimicitias, & calũnias dilatatur, & crescit in eis Chri
sti magnificentia, & gloria, tùm in sanctorum abundantia talis
instituti alumnorum, tùm in proximorũ salute; quia zelo ani-
marum, non solúm fideles fovent, sed & infideles ad gremiũ
Ecclesiæ lucrantur. Ad idq; muneris, vastissimum transigunt
mare, remotissimasq; barbarorũ adeunt terras, ibiq; Verbum
Dei seminant, proprioque sanguine quandoque irrigant. Non
ne hæc omnia laude digna? Vtique.

10 Hucusque calamus, & quasi sine duce meæ applicatio-
nis ad novos Religionũ Reformatores: sed forte pervenit ad
manus Angelici Doctoris Aurea Postilla in libros Geneseos,
quic. 26. *Nota* (inquit) *pro mysterijs, quod per tædia, quæ Isaac cũ* *S. Thom.*
suis passus est à Rege Gerare, & a suis, significatur molestia multi
plex quã spirituales, & spiritualiũ Religionũ Patres à Prælatis,
& domesticis antiquorum statuũ patiuntur. Invident enim quan-
do vident novissimos sibi præferri. Quatuor autem genera puteo-
rũ sibi tollunt, quamvis quartum potius impugnent, quam aufe-
rant, &c. Et paulo post: *Tertius vero puteus* [subdit] *qui propriè*
est virginũ, dictus est Calũnia: & quartus, qui propter consimilem
causam, dictus est Satã, idest, adversarius, seu inimicitia, significat
specialem doctrinam, seu Regulam spiritualium posterorum, Quo-
rum primum impugnatur per calumnioſam surreptionem, qua Pa-
lestin, idest, antiqui carnalium positionum cadentes (deformati,
qui cæciderunt à Regulæ puritate) *doctrinam spiritalium præ*
dictorum sibi ascribunt. Secundũ vero impugnatur per emulationẽ
inimicitiam satanicam. Sed post hæc foditur quintus, scilicet di-

latatio, charitatis, & pacis etiam uſque ad præfatos adverſarios, & pro ipſo non corrixantur. Imò poſt apertionem ipſius, & initiationem ſequentis, prædicti adverſarij cum Iſaac confederantur: tuncque ad plenum fœdus, ſcilicet, abundãtia ſpiritalis ſatietatis, quæ per guſtum divinæ contemplationis eſt, habetur.

11 Poſtquam tres illos fodit puteos in torrente, aſcendit Iſaac in Berſabet, ubi benedixit illum Dominus, & præcepit ſervis ſuis, ut alium excavarent puteum; interimque dum foderetur puteus venit Abimelech cum magno comitatu ad
Gen. 26. Iſaac: quibus is: *Quid venistis ad me* (inquit) *hominem, quê odistis, & expulistis à vobis? Qui reſponderunt: Vidimus, tecum eſſe Dominum: & id circo nos diximus: Sit iuramentum inter nos, & ineamus fœdus, ut non facias nobis quidquã mali, &c.* Et redeuntibus ſervis nuntiatum eſt ei de puteo: *Invenimus aquam. Vnde appellavit eum Abundantiam.* Vbi Vulgata dicit: Abimelech & Ochozat amicus illius, pro Ochozat habet Hæbraica: *Col-*
Hebraic. *legium amicorum eius*, cui conſonat Chaldaica dicens: *Abimelech comitatus amicis ſuis.* Item propter varios ſenſus litteræ
Caietan. puteus vocatur *Iuramentum*; & ut notat Caiet. ex c. 12. Gen. hoc nomine vocavit Abraham puteum, quia Iſaac vocavit puteos nominibus quibus vocati fuerant ab Abraham patre ſuo. Et ideo civitatem illam vocavit Beer Saba 1. *Puteus ſaturi-*
S. Hiero. *tatis* (ait Hieronymus) vel (ut Lyppom.) *Puteus iuramenti.*
Lyppom. Igitur Abimelech, quod interpretatur ſecundum Originem:
Origenes. *Pater meus Rex* venit cum Collegio, & comitatu amicorum ideſt, Religio mater antiqua ad Iſaac filium, ad Congregationem Recoletorum auctam meritis, & virtutibus, quia videt cum ipſa Deum eſſe, & ineunt pactum amicitiæ, & tunc invenitur abundãtia aquæ gratiæ in puteo, & Iſaac fecit Abimelech grande convivium, quia ſic confœderatæ marer, & filia meritorum, & gratiarum inter ſe ſe fiunt participes, quamvis unaquæque per ſeparationem modi vivendi redeat in
Nos. locum ſuum. Videantur dicta 1 part. tractat 6. articul. 8. numer. 9. & 10. Vbi Abimelech fecit pactum cum Abraham: & rixa ſervorum Abimelech cum ſervis Abrahæ quivi abſ-

abſtulerunt ab eis puteum, ſignificat relaxatos : Paleſtini, enim puteum veræ Religionis ad carnalem ſenſum trahebant. Plantat Abraham nemus Berſabe iuxta puteum Regulæ, & illi abeunt ſub latiori vita Religioſa.

ARTICVLVS IIII.

Non poteſt reformari Religio per congregationem ortam ex pſa quantumvis Recoletam, ſi cum illa non manet unita: imó Matri, & Filiæ nocumentum erit.

1 NOn poſſum, non laudare eiuſmodi congregationes, quæ á Matre Religione, & radicali inſtituto exortæ, benedictione Domini, & Romani Pontificis approbatione augentur, & multiplicantur ſeparatæ, & ſeiunctæ, ſive illas vocemus eſſentialiter, ſive accidentaliter diſtinctas in modo vivendi, quod nil refert. Cæterùm iſtæ potius dicendæ ſunt Fundationes, quam Reformationes, & ſic iuxta noſtrũ inſtitutum, & propoſitum quando procuramus unius Religionis inſtaurationem, & Reformationem, aſſerimus inanem eſſe: & nullam Reformationem, quando ſine tranſitu unius ad aliam, & ſine communicatione in eodem capitulo, & Prælato Generali, in eadem Regula, & conſtitutionibus fundantur. Hanc ſeparationem abhorreo in materia Reformationis.

2 In primis enim, ſi Religio indiget reformatione (dico, ſi indiget, nam ſi non indiget erit longe diverſa ratio inconvenientium) aut iſti, qui egrediuntur ad erigendos convẽtus, & ſpecialem vivendi modum ſunt perfecti, vel non? Si ſunt imperfecti, quomodo, qui diſcipulus in ſua Religione eſſe nequivit, poterit aliam novam, & vivendi modum ad perfectionem tendentem condere, ubi exemplum eius deberet eſſe alijs norma vivendi? Qui vacui virtutibus ſunt [ut dicebamus ſupra tract. 7. art. 7. num. 10.) quomodo alios ædificare poterunt? Si iſti perfecti ſunt, iure charitatis deberent per- *Nos.*

ma-

manere cũ suis, ut illos iuvarent ad exercitia virtutis, & forte exemplo suo aliqui boni erunt, alij vero peiores non fient. Si autem incommoda patiuntur propter persecutiones: illas non superare sufferentia, inditium est debilitatis, & formidinis, ac non perfectorum in virtute. Si enim perfectorũ sunt, exire non debent, nisi Deo volente, & iubente ad maius bo-

Simile. num; vel permitente in supplicium eorum, quos dereliquunt, & privantur bonis, quibus non erant digni. Carbones in prunario positi in duplici sunt differentia; aut enim sunt igniti

Simile. omnino, aut semi igniti, illi manẽt in prunario ignem conservando usque dum cinere sepulti resolvuntur. Illi vero saliunt, & discurrunt scintillæ facti, & cito sine fructu evanescunt, imò, si ignis particulam sumpserant, amittunt, & nigrescunt. Tales sunt Religiosi, illi qui igniti sunt charitate usque ad mortem, & sepulturam, perseverant cum suis, & fovendo, & conservando virtutem, illi vero qui foras etiam intuitu reformandi, perfecti non sunt, sed incoatæ charitatis, & bonorum amittunt consortium, & alijs prodesse nequeunt in sua reformatione, denigrantur enim citò veluti carbones. Hi, intuitu ambiendi forte, moventur, ut qui in propria familia ascendere non valuerunt, nec meruerunt prælaturas, in suis adinventionibus capita fiunt. Hoc attente considerandum â Principibus, & Superioribus, ne, non modo Reformatio non fiat, sed & nova erigatur falax, & inanis, & spiritu veritatis orbata.

Simile. 3 Item boni Religiosi sunt veluti sanguis bonus sedes animæ virtutis, & cõservationis vitæ Religiosæ: si ergo sanguis bonus ab ægroto corpore extrahitur, manente corrupto, illorum scilicet, qui corruptos habent mores in deterius ire necessum erit, & morbo crescente actum erit de tota Religione, & peribit omnino observantia Religiosa: & inde oriuntur scandala, ad sæculares usque pervenientia, quæ anteà proborum Religiosorum cohabitatione, aut supprimebantur, aut tegebantur. Vtrisque enim malum est, & observantibus, & non observantibus separari á corpore Religionis languentis

ad

ad novas: & ſeparatas congregationes erigendas: ſi mali ſunt, & non probati Reformatores, fundatio ſuper ipſorum mores erit ſuper arenam, quam Evangelium damnat, ſtultamque dicit, utpote ruinę certæ dicatã; ſi ſint boni iã nõ ſeruato ordine charitatis, omiſſo debito obſequio, quod matri ſuæ, cui mãcipabantur exhibebant, deſinunt eſſe boni, & in nova congregatione ſemen inijcient infectum: Dum bonus & prudẽs aderat ſuis, aſpectu ſuo malos, & ſæculares aliorum reprimebat motus, & præſervabat à corruptione: quia introducta tranſcendit clauſtra, & ad ſæcularium notitiã ſcandaloſe pervenit. Hiſtoria Montis Cęlię, lib. 2. c. 3. refert ex Munſtero in ſua Coſmograph. P. Bobiſtanſ. Claudio Teſerant. Francif. Beleforſt, de Prodigijs, p. 2. c. 11. quod in Inſula Scoziæ iuxta quemdam fluvium arbores naſcuntur, fructus habentes, ita ſolijs circum clauſos, ut humanę manus tactum omnino fugiant: at ſi corruptionem ſubeant aperto circumferẽtię floſculo demittuntur in aquas, ex quibus immunda giguntur reptilia, & minuta animantia, & ex his formantur etiam aviculæ ab aquis nomen habentes, ſcilicet Claris, non ab arbore. Sic Religioſus, qui conſortio bonorum à corruptione morum in clauſtro præſervabatur data illorum abſentia, introducta corruptione retinere non poteſt illum Clauſtrum, ſuper tranſeuntes ſæculi aquas cadũnt, ibi convertuntur *en malas ſauandijas* propter obſcena vitia, & mox etiam aviculæ infamiæ volant: ſed prohdolor non nomen ſæculi, ſed Religionis, á qua expulſus, accipit, & dicunt: vide Fratrem Franciſcanum Carmelitam, Mercenarium, &c. Et ſic tota Religio immerito diffamatur.

D. Petrus General. Epiſ. Granatenſis. Hiſtoria Montis Calia. Simile.

4 Eſt & aliud malum, dum enim in novis congregationibus diviſos vident homines Religioſos Excalceatos, ſago veſtitos, ſub alia vivendi norma degentes, eodem Religionis nomine retento, matrem iudicant deformatam, & irreligioſam; filiam credunt obſervantem. Iſti de proprio nomine odoris boni curant cum detrimento Progenitorum, illi dolent de introducta de ſe mala opinione, hinc lites,

hinc

hinc discordię, & bella inter matrem, & filiam: utrique enim hereditasse existimant suorum primorum Fundatorum spiritum, & veram observantiam. Quod cessat in ijs Religionibus, quæ abundant observantia, & abundantia resultat in congregationes alias strictiores, quas ditatas, & auctas benedictione Dei inspirantis, & conservantis dicebamus replere terram.

Cæterum, quando sic repletur terra, & per novas fundationes congregotionũ multiplicantur conventus, & non ex Deo, sed per industriam, & favorem hominum, alij respectu aliorum locustarum more quæstibus vacantes colonorum triticum absumunt, & festinantes accipiunt, & tardiores, aut privantur eleemosynis, aut cum gravamine, & tædio seculariũ devotorum accipiunt. Ideo S. Bonaventura, circa Regulã S. Francisci quæst. 6. circa finem iniuriam hanc, & nocumentum aliorum prævenire cogitans dicit optimum fore in eiusmodi quæstibus modum ponere: *Propter expoliationem aliorum pauperum* (inquit) *quibus sæpe eleemosynæ prærripiuntur, ex quibus illi deberent vestiri, & pasci, dum quod istis datur, eis negatur: quia ad dandum utrisque sæpe deficit dantium largitas, & facultas.* Vide quæ diximus supra tract. 7. art. 7. & tr. 9. art. 3. contra eiusmodi quæstores.

S. Bonav.

Nos.

Simile Acosta.

Quodcunque ędificium unitum conservatur; divisum in ruinam it. De lapide Tirrea dicit Acosta pag. 110. quod integra supernatat aquas, divisa in partes in profundum mergitur. Sic Religio unita conservatur, si vero dividatur in membra sine unione, & conexione, diruet, & funditus evertetur.

Nos.

Notat Historia Montis Cælliæ lib. 2. cap. 3. quod quandiu Loth sub tutela Abraham, cui subijciebatur mansit, illi bene erat; at separatus expertus est damna, & pericula, quæ narrat Scriptura, Genes. 14. quod latius diximus 1. part. tract. 6. art. 12. & ex Philone 2. Reg. 6. dicit claves nativitatis in manu amoris esse; discordiam habere claves mortis, quia nativitas absque partium unione non datur, nec mors sine divisione: hanc discordia parit, illam amor. Et ideo quando viderimus con-

Historia Mõtis Cęlię.

congregationes Religioſas eiuſdem generis ſeparari, abſque unione, & communicatione, lacrymas fundamus funeris, quia morientur ſi inordinate fiat diviſio, ut dictum eſt, ſi vero filia in matre, palmes in vite perſeveraverit, & amore perſeveraverit, & amore proſequantur, vita vivent meliori.

6 Concluditur ergo, ſi de reformatione agitur, odibilem eſſe mihi diviſionem, & ſeparationem diverſarum congregationum, quia in ſeparatione eſt mors, in unione vita. Si ergo in recoletione, ubi ſerio obſervantia agitur, aliquis non ita fervidus eſt, aut mitigatione indiget, regrediatur ad obſervantiam communem, ubi veluti in ſubſtantialibus degens ſecure progredietur ſine deficientia, & ſi in communi obſervātia aliquis ad maiora pulſatur, aditum habeat apertum ad Recoletos aſcendere. Sic in Ordine S Franciſci Seraphici conſpicimus fieri inter Recoletos, & obſervantes. Sic in præfata Hiſtoria Montis Cœliæ illuſtriſſimus D Archiepiſcop Granat. D F. Petrus Gonçalez de Mendoza in eodem, c. 3. probat, & cap. 6. in vita P. Fr. Petri Villacreces Reformatoris, Fundatoriſque conventus Recolectionis S. Mariæ de la Salceda Montis Cæliæ, unde aliæ domus recoletæ ortum habuerunt. De hac reformatione intelligit illud Sophoniæ cap.

3 *Tunc reddam populis labium electum, ut invocent omnes in nomine Domini, & ſerviant ei humero uno.* Alluſio ad ædificatores turris Babel qui nomen proprium volentes per ſæcula, & nationes celebrari, confuſi ſunt per diviſionem inde ortam linguarum. Modo promittit Eccleſiæ hanc fælicitatem in tempore noviſſimo. Et in noſtro caſu, quando decurſu temporis Minorum ordo aliqualem confuſionem patiebatur propter introductos abuſus quibus puritas obſervantiæ periclitabatur & labia diviſiones admiſerant in invocatione nominis Domini demiſſa, ſanctus hic Reformator taliter recoletionem erexit communi obſervantiæ unitam, ut omnes, tâm obſervantes, quàm Recoleti unam habeant labium electum; labium pro ſuo (ait Hebræus) vel labium mundum, & candidum (ut Symachus) & explicat Rupertus hoc labium: *Quidnam*

Hiſtoria Mōtis Cæ.

Sophon. 3 B 9.

Sic Arias Mōtanus

Hebraic. Symach. Rupertus

hoc

hoc eſt, niſi corde indiviſo, uno ore cordis, tâm obſervantes, quàm Recoleti benedicant nomen Domini: *ſea el lenguaje de todos uno*, taliter frænum recoletionis ſimilros introductos abuſus repellat, quod equi non efrænes, ſed bene inſtructi ad procedendum per viam Domini inveniantur edocti & ipſi ſerviant humero uno: *Non diffe ente labore* (Interlineaſerlineal. lis) in ſimul humerum unum adhibeant ad Crucem Domini portandam, ut non huc illucque vertatur purę Regulæ obſervantia: omnes tendant ad idem, & amore fraternitatis conjuncti fæliciter procedant, & eis ſicut erat prius ante confuſionem linguarum ſicut Pater Seraphicus Franciſcus in prima ſui inſtituti formatione ſtabilierat, eodem modo, & loquantur modo, & operentur in vinea Domini, ad invicem ſe provocando, & invitando uno ore, uno corde.

7 Hanc reformationem volo fieri, non in omnibus conventibus, ſed in aliquibus deſignatis, quia, ſi ut decet, domus iſtæ replerentur ſpiritu ferventes, ſi eſſent in magno numero reliquæ domus manerent deſertæ, & adſtringerentur ad receptionem multorum ſine delectu: & quia ſenes, aut infirmæ valetudinis, ac non ita fervidi, inde poſſint ad communiorem vitam aliorum cõventuum ſecure redere: & ſic quatuor, vel quinque domus ad id ſufficerent, ſicut, & in Ordine Prædicatorum fieri vidimus.

ARTICVLVS V.

Exactam inſtaurationem, & Reformationem Religioſi ſtatus quatuor decim documentis ſtatuit Author: expenduntur duo priora.

1 IN præfatis omnibus modis Reformationis, etſi optime inſtitutis, adhuc non inuenio exactam inſtaurationem, ſiquidem, ſi illi conventus ad unguem obſervant Regulam, & ultra illam non tranſgrediuntur communis obſervãtia aliorum cuius nam Regulæ eſt? Si eſſet eiuſdem cum eadem in-

tel-

telligentia iam omnes essent Recoleti, quod non conceditur: si illam puritatem non attingunt, ergo deficiunt, ergo sunt mitigati, ergo in aliquo relaxatur observantia, Iã ergo meum placitum in medium produco, & opto æquis oculis ab omnibus conspici, nam forte Deo dante per contemptibile instrumentum, posse fieri magnalia confitebimur.

Pater Ioannes Nider Ordinis Prædicatorum, de Reformatione Religiosorum, lib. 2. cap. 21. specialem modum reformandi dilapsam Religionem dicit fore, si septem documenta opere compleantur. 1. Eligatur locus, ubi verisimilius reformatio citius introducatur. 2. Per ea quæ cadunt sub professionem principaliter inchoetur. 3. Officia Conventus principalia per bonos administrentur. 4. Turbatores reformationis maiores emittantur. 5. Confessores boni, & benevoli instituantur. 6. Excessus etiam in parvis cum discretione puniantur. 7. Ea per quæ ordo lapsus est, præcipué caveantur. Hæc ego admito documenta, sed adhuc desiderantur alia, & sunt sequentia.

2 8. Documentum: in loco assignato nullatenus conveniant coacti, sed omnino voluntariè, ij solum qui avidi sunt puræ observantiæ Regulæ, & illius studio sedent absque alia inventione. Et non omnes volentes, sed, qui matura deliberatione per examen prudens Superiorum inventi fuerint bono moveri spiritu, ne levitate, aut quavis alia passione moveantur. 9. Hic & non alibi recipiantur Novitij prævio debito examine secundum iura, & constitutiones nostras. 10. Documentum, Conventus alij maneant separati, nõ omnino, sed sub regimine eorumdem Prælatorum superiorum cum facultate transeundi ad reformatum, vel reformatos, in quibus modus vivendi laxioris vitæ paulatim decidet, aut quia inde ad recoletos conventus transibunt, aut quia ibi morientur, & cum alias nullus ibi Novitius receptus sit, minuetur numerus conventuum laxioris vitæ, & crescent alij viventiũ iuxta puritatem Regulæ; & sic tota Provincia, vel regio antiquum acquiret splendorem, & perfectam instaurationem, & extincta

1. *Ioannes Nider.*

2. *Eligatur locus.*

3. *Sub emissa professione.*

4. *Boni officiales.*

5. *Eliminentur turbatores.*

6. *Boni Confessores.*

7. *Nil sine correctione.*

8. *Tollãtur abusus.*

9. *Cõveniãt ultronei.*

10. *Hic & nõ alibi Novitij.*

Mutua trãsfundi facultas.

11 *Aliqui cò vẽtus mitigati.*

tincta manebit relaxatio. 11. Semper manebunt aliqui laxioris vitæ conventus, ubi senes, aut debiles degant, cũ quibus, quia secundum Regulam nostram dispensandum sit in laboribus, & vigilijs, mitius se habebit modus vivendi, & erũt Convẽtus hi veluti Coloniæ iubilatorum. Nam si in Recolectionis Conventibus manerent, posset eorum iusta dispensatio nocere iuvenibus studentibus puræ, & rigidæ observantiæ, & discerẽt, aut camisias lineas portare, aut â servitio chori, maxime noctu, se substrahere, &c. 12. In eiusmodi con-

12 *Nõ adimplẽti pœnitẽtiæ spatium in recolectis.*

ventibus Recolectorum, non mittantur exleges, aut carceribus mancipandi, aut reclusioni, quia ut supponimus ibi nullus involuntarie commorabitur: neq; qui timore pœnæ ad exercitia veniant, sed ex mera charitate, & amore observantiæ.

13 *Prælati Recolectorum*

13. Quandiu communis viguerit laxior vita, non præficientur in Conventibus Recolectorum nisi ex ipsis iam probati, & experti. Denique etiam, quandiu tota provincia non fuerit reformata, habebũt reformati Conventus præter Ordinarium Provincialem, suum Vicarium Generalem munitum authoritate ad consulendum Recolectioni simul cum Provinciali.

14 *Examen recipiẽdorum.*

14. Et de amborum consensu, & approbatione, ac examine recipiendi erunt quicumque recipientur, aut ad alios Conventus remittent. Hæc sunt documenta, quæ si opere compleãtur, Deo dante optatam videbimũs instaurationem. Et ut melius suadere possimus per singula discurremus de eis rationem reddentes.

Nos.

3 Primum documentum: *Quod eligatur locus* &c. Suadetur primo ab exemplis: sic enim vidimus 3. part. tract. 3. art. 7. paucos eligi Conventus pro reformatione S. Basilij, tract. 4. art. 8. 9. & 13. in Ordine Eremitarũ S. Augustini. Sic duodecim, & plures reformationes sub familia S: Benedicti factas vidimus tract. 5. per quinque artic. ab art. 4. Sic de Carmelitis, tract. 7. art. 4. Sic Prædicatores Conventum de Talavera. & alios elegerunt: sic Ordo Minorum reformatus est, ut vidimus, tract. 8. art. 6. & hic art. precedente dicebamus.

Sic

Sic recoletionem incæperunt Excalceati SS. Trinitatis, tr. 9. art. 3. & Mercedis, art. 5. & omnes alij, qui de Reformatione tractavere: ab uno, vel paucis Conventibus illam initiavere. Sic Concilium Tridentinum seminaria erigi curavit pro reformatione Clericorũ quæ loca sunt veluti palestræ exercitiorum.

4 Et ratione suadetur, nam simul omnia reformari impossibile est, ut innuimus supra art. 2 & patet ex ipsa dispositione materiæ: non enim omnes reformari volunt, imò multi renuunt, dicentes nolle esse meliores, quam Patres fuerunt, quos in Religione venientes ad habitum repererunt. Struem lignorũ simul, & semel parvus ignis inflãmare nõ potest: sic parvus ignis devotionis inter homines observantiæ, non assuetos, ob contrarias dispositiones tepescentes, omnes accendere nõ potest, ut splendor antiquus restituatur. Si ergo unus vel pauci Conventus in principio eligantur, ubi qui magis dispositi sunt conveniant, amotis impedimentis, parvus ignis per applicationem materiæ proportionatæ ardebit, & crescet per assiduam materiæ applicationem venientium ad Recoletionem, & ex parvo igne tota sylva pravorum abusuum incendetur, combaretur, & fervor devotionis deperditus toti Provinciæ, vel Religioni restituetur, ut vera instauratio efficaciter habeatur. *Nos.* *Simle.*

5 Demum eligi debet hic locus, vel Conventus, qui ex redditibus, & assuetis eleemosynis sustentari sine vagatione queant, & numerus determinatus Religiosorum ascribi, & assignari, ut supra decretum vidimus a Concilio Trident, trac. 9. art. 1. num. 6 & art. 3. num. 8. Circa quod S. Bonavent. de sex alis cap. 5. *Bonum* (inquit) *in superficie apparet, & tamen in fine, per hoc maius bonum destruitur, & apertioribus malis aditus aperitur, v. g. ut multi salventur, plures quam oportune tenere possumus recipimus: sed ipsa tandem multiplicatio, erit paupertatis nostræ obfuscatio, dum plures velint pluribus gaudere, non carere Inde sequitur frequentior discursus pro acquirendo necessaria: exquirentur viæ insolitæ in petendo: incautius agitur con-* *Nos.* *S. Bonav.*

tra Regulam vel recipiendo quies devotionis extinguitur, mores Religioſi in deſſuetudinem vertuntur. Conſueſcunt Fratres libenter evagari, & diverſa carnis commoda foris venari familiaritates in Regula prohibitas contrahere, numera á confitentibus quærere, ædificationes animarum pro quæſtu vendere, divitibus adulari, areas dilatare, ſumptuoſa palatia exaltare, ſcandala non curare, & Dei honor, qui ex noſtra ſancta converſatione, & aliorum ex inde ædificatione, provenire debuerat, agendo his contraria conculcatur. Hæc S. Bonavent. Ergo ſi ſic diſtrahitur Religioſus foras egrediens ad quærenda ſubſidia, Conventus valens ſit ſuſtentare Religioſos. Vide ſupra tract. 7. art. 6. & 7. art. præcedeute, num. 4.

6 Secundum documentum: *Quod inchoetur Reformatio per ea quæ cadunt ſub profeſsione.* Idem eſt, ac quod Reformatio ſit iuxta Regulam: ſic enim diximus ſupra 1 part. tract. 14. art. 6. quod Altare renovatum eſt ſecundum quod erat prius. Et hic tract. 1. art. 4. num. 7. non eſſe recedendum â Regula Fundatorum ſine ſpeciali revelatione. Sic tract. 9. art 1. num° 6. decernit S. Concil. Trident. *Quod omnes Regulares, tâm viri, quàm mulieres ad Regulæ, quam profeſsi ſunt, præſcriptum vitam inſtituant, & componant: atque in primis, quæ ad ſui profeſsionis perfectionem, ut Obedientiæ, Paupertatis, & Caſtitatis, ac ſi quæ alia ſunt alicuius Regulæ, & ordinis peculiaria vota, & præcepta, ad eorum reſpectivê eſſentiam, nec non ad communem vitam, victum & veſtitum conſervanda pertinentia, fideliter obſervent.* Sic credit S. Synodus, quod ubi collapſa eſt vetus, & Regularis diſciplina, inſtaurabitur; & id dixerat Concil. Aug. cap. 12. *Monaſteria* [ſcilicet] *cuiuſcunque Ordinis Fratrum ad Regulas, quas profeſsi ſunt reformari.* Regulæ enim pura obſervatio Magiſtra, & cuſtos eſt cuſtodientium illam Sic Bernardus de Præcepto, & Diſp. *Omnes* (inquit) *Magiſtram Regulam ſequantur, nec ab ea temere devietur á quoquam.* Et iterum Epiſtol. 32. *Rogo vos Fratres, & multum obſecro, ſic agite* (ait) *& ſic ſtate in Domino dilectiſsimi ſoliciti ſemper circa cuſtodiam Ordinis, ut Ordo cuſtodiat vos.*

Nos.
Cõc. Trid ſeſſ. 25. de Regul. c. 1
C. Aug.
S. Bernar

Re-

7 Regula cuiuscunque Religionis, utpote ab Spiritu Sancto inspirata, & a primitias gratiæ habentibus Fundatoribus compositæ, debet esse cæterorum mensura. Sic Aristot. lib. 10. Metaphysicæ: *Primum* (inquit) *in unoquoque genere est principium, & mensura cæterorum.* Et sic omnes observantiæ metiendæ sunt cum Regula, cui Dominus in sua editione contulit splẽdorem, nec obligari potest Religiosus ad excessum, quia, nisi divino monitu fiat, erit superstitio velle obligare, & quod ex obligatione fiat, licet alias ex indulgẽtia, si comes sit prudentia, & discretio, laudabile foret strictiora exercitia habere virtutũ; Si Regulam non adęquet, quod fit, erit diminutum, & non attinget rationem Reformationis, ut supra dicebamus art. 1. quia ea debet esse reintegratio primæ formæ, quam in fundatione, & â Fundatore accepit Religio. Sic per eiusdem animæ restitutionem, resurgendo corpus nostrum emortuum, reformabitur, quando venerit ad vitam: imago antiquata reformabitur; quando per eadem lineamenta, & colores restituitur ad eamdem prototypi formam, nam excessus per magis, aut minus diversam faciet imaginem. Sigillum figuram in cera relinquet, quando mollefacta impressionem adaptatam receperit. Ædificium dirutum, tũc reformabitur, quando a fundamentis eiusdem erigitur, sicut erat antiquitus conditum. Anima peccatrix per amissam gratiam deformata, non aliter, reformatur, nisi per eiusdem gratiæ, & donorum infusionem, quibus fit amica, & placẽs Deo. Ergo, ut perfectam habeamus Reformationem, oportet eam facere iuxta ea quæ sub Regulæ professionem cadunt. *Aristot.* *Nos.*

8 Insuper hæc debet esse integra in nullo deficiens. Ideo in Concil. Turon. cap. 25. declaratur, quod reformare aliquam Religionem nihil aliud est, quam facere, quod in choro claustro refectorio, horis Canonicis, victu, & vestitu, & reliquis: *Nec in uno puncto recedant à præceptis Regulæ, & suorum Fundatorum ordinationibus.* Si fiat, maximê in principio Reformationis, aliqua remissio, ea officiet perfectę instaurationi, siquidem, nec in uno puncto deficere oportet. *Concilio Turon.*

Quæcumque mutatio Regulæ reprehensibilis est, nec innovari oportet, aliquid de eius tenore, & rigore: *Cave ne per aetatis adhuc imbocillis obtutum* (ait Petrus Damianus Epistol. 18. *Petrus Damian.* *sancti loci Regulam violes, ne rigorem atque severitatem beatæ conversationis enerves: ne mutari velis solitam severitatis consuetudinem, ne peregrinæ adinventionis præsumas super inducere novitatem.* Vetus, & primitiva Regula semper, & novissime illæsa debet observari sine interpretatione, sine glossa, fine glossa, ut dixit Christus Francisco Seraphico de suę Regulæ acceptatione supra 3. part. tract. 8. art 5. *Nos.*

9 Nec hoc grave onus erit si in exercitio serio ponantur omnia, siquidẽ *ab assuetis non fit passio.* Homines erant Maiores nostri, quando ad unguem hæc omnia observabant divino freti auxilio, hoc & nos habebimus, si amore Dei id ipsum portare velimus, & facilime exequemur: *In via vitæ* (ait Ber- *S. Bernar* nard. Epist. 341.) *quo citius, eo facilius curritur, & leve Salvatoris onus, quo crescit amplius, eo portabilius est. Non ne, & avicülas levat, non onerat pennarum, sive plumarum numerositas ipsa? Tolle eas, & reliquum corpus pondere suo fertur ad ima. Sic disciplinam Christi, sic suave iugum, sic onus leve, quo deponimus, eo deprimimur ipsi, quia portat potius quam portatur.* Quid clarius dici poterat? Non redditur Religionis onus portabilius quando rigorem observantiarum fugimus, & media via, mitigatione introducta, volumus incedere. Si perfecte gradiamur non fugientes laborem, onus erit leve, & plumarum; non arenæ. Laborantes reficit Dominus: *Venite ad me omnes, qui laboratis, & onerati estis, & ego reficiam vos*, Matthæi 11. D. 28. *Mat. 11. D. 28.* quod desides, delicati, & sibi blandi audire non merentur.

10 Nec auferre punctum rigoris observantiæ quicquam proderit sublevaminis, sed revera verget in notabile detrimentum. Audiamus Bernardum in Prologo super Psal. Qui habitas. ubi sic ait: *Considero labores vestros (Fratres) non sine S. Bernar magno miserationis affectu: quæro consolationem, quam exhibere possim, & corporalis occurrit; sed ea non prodest quidquam, magis, & obesse plurimum potest: siquidem modica sementis detractio,*

non

non modicum messis est detrimentum. Etsi pœnitentia vestra minuatur miseratione crudeli, paulatim gemmis corona vestra privabitur. Certissimum est (ait S Anselm. Epist. 6 ad Monachos) *quod in multis Ecclesijs experimento didicimus, quia in Monasterio, ubi minima districte custodiuntur, ubi rigor Monachorū inviolabilis permanet, ibi pax inter Fratres, & Capitulo proclamationes conquiescunt. Vbi vero minimi excessus negliguntur, ibi totus Ordo paulatim dissipatur, & destruitur.* Vide 3 p. tr. 6. art. 4. & infra docum. 6. Carnalibus oculis hæc incredibilia videbūtur sed eis qui amore æternorum sursum tendunt credibilia facta erunt nimis. Gustate, & videte, quoniam suavis est Dñs. S. Ansel. Nos.

ARTICVLVS VI.

De sex documētorum redditur ratio: & maxime de octavo: Quod in Conventibus assignatis degant tantum volentes, & consentientes Reformationi.

1 TErtium documentum: *Quod officia principalia Conventus per bonos administrentur.* Ex his præcipui debent esse Magister, & Socius, de quibus supra tract. 9. art. 4. num. 4 & 5. & tract. 8. art. 2. & ex dictis supra tract. 2. art. 3. confirmari potest, ubi de Consiliarijs, Ministris, & Familiaribus Visitatoris egimus. Et quia, ut dicebamus supra art. 1. Reformatores sunt forma extrinseca, & sic novellæ plantationes eiusmodi Conventuū Reformationis exēplo bonorum Præfectorum efficiētur formatæ, & bene instructæ. Iuvāt etiā quæ tr. 6. de idoneis promovendis, & alibi dicta sunt 1. p. tr. 14. art. 5. & 6. Nos.

Quartum documentum: *Turbatores Reformationis maiores emittantur*, etiam demonstratum est in eo quod tractavimus 1. part. tract. 11. art. 1. & tr. 13. artic. 10 de impedimentis Reformationis, & inimicis Reformationis cū Nehemia reijciendis, & excludendis, & cum Machabæis, tract. 14. art. 5. Nos.

Quintū documentum: *Quod Confessores boni, & benevoli instituantur.* Hoc sanctissimus PP. Clem. VIII. statuit in Decretis pro Reformatione, & Educatione Novitiorum, de quo supra tr. 9. art. 4. n. 5.

Nos. Sextum Documentum: *Exceſſus etiam in paucis cum diſcretione puniantur.* De hoc abunde ſupra tract. 6. art. 4. & 5. & 1. part. tract. 10. art. 7.

Nos. Septimum Documentum: *Ea per quæ ordo lapſus eſt, præcipuè caveantur.* Latiſſimum de hoc percurrimus campum ſupra tract: 3. 4. 5. 6. 7. & 8. ubi de varijs abuſibus, de que remedijs tractationem fecimus.

2. Octavum Documentum: *Quod in Conventibus aſignatis degant illi tantum, qui voluerint, & cõſenſerint Reformationi: qui tamen probati admittantur.* Sic Darius facultatem fecit volentibus Iudæis ire cum Zorobabele ad reædificationẽ Templi,

Nos. 1. p. tr. 11. ar 2. & ſimiliter tr. 12. ar. 1. ultro volentes adduxit ſecũ Eſdras ad Reformationem Populi in moribus, & Religione, & tr. 13. ar. 11. in reædificata Ieruſalẽ per Nehemiam libere volentes remanſerunt, ibi electi, & probati, & tr. 14. art. 2. cũ Mathathia zelum Dei habentes libere inierunt pactum deſtruendi Idololatriam, & moriendi, ſi opus eſſet. In Reformatione Ciſtercienſium Stephanus, & alij ultroneè chartam fecerunt, & inierunt pactum de proſequenda Reformatione, ut diximus 3. p. tr. 5. ar. 5. & prius de Eremitis S. Auguſt. tr. 4. art. 8. Sic pulchre docuimus de venientibus ad habitum non coactè, ſed voluntarie ſupra tract. 8. ar. 3. num 5. Sic ut refert Archiepiſc. Granat. in Hiſtoria Mõtis Cæliæ, lib. 2. c. 2. pro-

Hiſtoria Mõtis Cæliæ.

hibitum eſt Provincialibus ad Recoletionem de la Salzeda mittere aliquos invitos, quia utpote dictamine cõtrario ducti, nil boni eficient, nec perſeverabunt. Etenim omne vio-

Simile.

lentum non eſt durabile: virgam viridem facile duces, & diriges ſi ſupra ignem mitem prius aliquantulum pertraxeris. Sic Religioſi viridis obſervãtiæ, flagrante amoris igne ad Recoletionem ingreſſus, dirigetur ad Regulæ menſuram. At aridam virgam, ſi dirigere volueris, certo frangetur, quia dura, Sic non volentes veluti aridi, ſi dirigere coactè velis, peiores fient; At ſi tacti dolore pœnitentiæ lacrymas fuderint, & eis hume facti, calore ſpiritus boni diſponantur, ſicut virga arida made facta aqua ad ignem tranſeunter applicata huc atque

illuc

illuc dirigi valet. Sic pœnitentes perfusi lacrymis, alias indisciplinati, bonos in recoletione facient progressus. Si enim, ut supra art. 1. dicebamus, materia non est blande disposita ad impressionem sigilli, quod præmit, non resultabit imago, & forma restituta ad antiquum decorem, sed monstrum abominabile. Ergo volentes libere, & non aliter admittantur. *Nos.*

3 Exemplum mirabile adduco ex S. Ioanne Damasceno in Historia. Cum enim in desidio esset Rex Abenir cū Principe Iosaphat, eo quod reiecto idolorum cultu veram Deum, & D. Iesum Christum adorabat. Igitur superatis Idolorum cultoribus, Magis, & Sapientibus, ad veram fidemque reductis; quia sæviebat Rex, & Principi capitale parabat supplicium, Achis ducatu illustrior Regisq; primarius Consiliarius bonū adinvenit consiliū, quod astantes omnes laudaverūt, & acceptaverunt, nimirum. Quod regnum divideretur, & Princeps partem suam acciperet gubernandam, & subditione eius manerent vassalli quotquot Christianam fidem profiteri vellēt, retenta alia parte á patre Idololatra; cui subderentur omnes volentes Idolis servire. Quo factum est, quod Iosaphat Regis officio fungēte, Dei gratia officia pietatis Religiose colente, ac subditis iustitiam liberalitatem, magnificentiā, magnanimitatem, humanissime ministrante, subditi Avenir trahebātur allecti ab odore bono, & humanitate Iosaphat, ei adhærebant. Cunctumq; errorem abijcientes, veritatem Evangelizabant: & domus quidē Iosaphat crescebat, ac confortabatur, domus autem Avenir minuebatur, & infirmabatur: quemadmodū de David & Saul Regnorū narrat historia. Ac tandem per Christi confessionē, & Idolorū renuntiationē unita sunt Regna, & Rex Avenir cum toto suo regno Fidē suceperunt. Ergo, si sic fiat in nostra Minimitana Religione (ubi opus est) quod voluntariè sequamur consiliū bonū situādi domos, quę seminaria sint, & cohabitandi in eis volētes integrā Regulæ observantiā, relictis alijs Monasterijs pro cōmuni & laxiore observantia favente Deo, omnes ad meliorē frugem, proficientes, trahentur ad puram, & integram Regulæ observan- *S. Ioann. Damasc.*

tiam: minuentur cadentes ab integritate obſervantiæ; creſcent Reformati: & tandem tota provincia, tota Regio, tota Religio, non poſt longa tempora reformabitur, & digna apparebit tanto, ac tali Fundatore, & Patriarcha ſanctiſſimo Franciſco de Paula,

4 Nec deterreat ad eiuſmodi rem ineundam formido decidendi cum rubore. Etenim Inimicus homo ſuperſeminat zizania & forte Reformati laudati, & applauſi elevabuntur, & ſpiritu ambitionis ſuper veſtientur, ac mutato ſolo habitu, & forma exteriori in peiora decident: *y ſerâ bolver las nuezes al cantaro.* Et magis nociva facinora ſub ovina pelle perpetrabunt, ſicut decurſu temporis docet experientia in omni reformatione, quas hucuſque vidimus ſæpe dirutam, ſæpe reformatam Religionem.

Dico me, non promittere perſeverantiam; hoc enim donum Dei eſt, quo humanæ conditionis mobilitas ſolidari poteſt. Cæterum ſedula diligentia ſelectiſſimorum Reformatorum introducet formam, & quandiu hæc incolumis perſeveraverit, multi perficientur, & proficientes, fructus uberrimos dabunt, ſicut in hiſce huius ſæculi Recoletionibus recenter fundatis vidimus tantorum virorum, & mulierum in eximia ſanctitate, & virtutibus decedentium: & ſic uſque modo paucos diſcolas, ſed multos probos, & ſanctos experti ſumus.

5 Facietque pro hoc libera facultas, tùm Superiorũ, tùm ſubditorum ad regreſſum. Etenim quos viderint Superiores decidere, nec correctionibus emendari, ſi elut humorem tendentem ad corruptionem corporis communitatis, extrahant, & ad laxiorem obſervantiam in alijs Monaſterijs obſervatam communiter reducant. Et ſi qui ſenſerint ſpiritum promptũ, carnem vero infirmam ad illibatam, & integram obſervantiam, humiliter diſpenſationem petant ad redeundum, & cõmorandum in alijs Conventibus: ſic in ſupradicta Minorum Reformatione lege ſtabilitum eſt, ut lib. 2. cap. 2. dicitur quia, qui ex obſervantia hanc Recoletorum illibatam vitam Regularem experiri voluerit, non retrahatur metu non perſeve-

Hiſtoria Mõtis Cœlia.

ran-

randi, & cum rubore redeundi, sed pro tempore, quo durave-
rit cumulet merita; & qui rationabili de causa â Recollectione
ad communem observantiam reddere placuerit, cum bene-
dictione Prælatorum redeat, ut hac unitate & communica-
tione servata, tota convalescat Religio.

6 Nec secundo ab huiusmodi assignatione cœnobiorum
strictæ observantiæ Regulæ retardare debet Superiorum ani
mum cogitatio; quod si optimi Religiosorum relinquatur,
erunt pauci, qui velint Recoleti fieri: & quod ex his pauci in-
venientur Magistri vitæ spiritualis, siquidem in communi ob
servantia educati, non sunt experti rigorẽ adimpletionis Re-
gulæ, quã in multis, communi observantiæ sectatores cum
dispensatione observant secura conscientia, quia sicut inve-
nerunt, professi sunt.

Dico multos latere Discipulos occultos, & si illi pauci sint,
vidimus ab uno homine universum hominum genus procrea-
tum: & deleto per diluvium universorum hominum genere,
octo animæ in Arca reservatæ rursus crescere, & multiplica-
ri cæperunt, & profecti sunt in immensum homines. Hanc
obiectionẽ fecerunt Iudæi illi, qui inierant pactum præliandi
pro Domino: *Quomodo poterimus pauci pugnare contra multitu*
dinem tantam, & tam fortem? 1. Mach. 3 c. 17. & respondit in-
victissimus Dux: *Facile est concludi multos in manus paucorum:*
& non est differentia in conspectu Dei cæli liberare in multis, &
in paucis, num. 18. *Quoniã non in multitudine exercitus victoria*
belli sed de Cælo fortitudo est, num 19. Sic si pauci boni, sapien-
tes, & prudentes inveniantur, cum, ut supponitur apud ipsos
recipiendi sint Novitij, auxilio paucorum, fortè, & multorũ
abusuum turba superabitur, & victoriam reportabit Regula-
ris observantia. Vide 1 part. tract. 14. art. 2. de Machabæis sic
multiplicabuntur operarij.

1. *Mach.* 3 c. 17. 18 & 19.

Nos.

7 Quod autem ex his qui reperti fuerint, zelum observan
tiæ habere, experientia careant, non ideo desistendum: quia
cum exercitia Religiosorum secundum Regulam nostram &
aliorum Monachorum sint, vacare orationis studio, & ser-

van-

vando silentio, studere Meditationi, & Contemplationi adhibitis medijs exercitij abstinentiæ, maioris pœnitentiæ, & carnis mortificationis, & cum alias, non à nobis, sed à Deo sufficientia sit, & donum eius, fidentes pulsemus, & inuenter petamus, consulente Evangelio, Luc. 11. B. 13. *Pater vester de cælo dabit spiritum bonum petentibus se*, quia fidelis Dominus in omnibus promissis. Et insuper ipse est verus Magister, & docebit nos: *Beatus, quem tu erudieris Domine: & de lege tua docueris eum*, Ps. 93 Quare beatus, quem Dominus erudierit? Quia veritatem non per partes, sed totaliter agnoscet, eruditus à Domino: *Omnem veritatem*: quia ut S. Ioannes Epistol. 1. cap. 2. c 10. affirmat: *Vos unctionem habetis à Sancto, & nostis omnia.* Ergo, si Dominus dat Spiritum bonum petentibus se, & Spiritus hic ungit, ut noscamus omnia, nullo alio indigebimus Magistro. Quod, & clarius infra in eodem, cap. D. 27. ipse Evangelista asseverat: *Et vos* (inquit) *unctionem quam accepistis ab eo, maneat in vobis. Et non necesse habetis, ut aliquis doceat vos: sed sicut unctio eius docet vos de omnibus, & verum est, & non est mendacium. Et sicut docuit vos, manete in eo.* Manebimus in Deo si amore illius ducti exquisierimus illum. Vnctionem comitatur Charitas, quæ etiam facit cognoscere omnia, propellens omnem tenebrarum caliginem, quia charitas omnia credit, omnia sperat, & est omnipotens, & præcipuo privilegio perseverat in Beatitudine, & ibi æternaliter manet cum scientia Beatorum, & clara Dei visione, eodẽ spiritu, qui unxit, comitante: *Nos vero omnes* (ait Paulus 2. Corinth. 3. D. 18.) *revelata facie, gloriam Domini speculantes, in eamdem imaginem transformamur á claritate in claritatem, tanquam à Domini spiritu.* Sic docti â Domino, & effecti Magistri in palestra, & exercitijs Religiosis virtutum, ibimus de virtute in virtutem, usque dum videamus Deum Deorum in Sion.

Luc. 11. B. 13.

Ps. 93. B. 12

1. Ioan. 2. c. 10.

1. Ioan. 2. D. 27.

2. Cor. 3. D. 18.

A R-

ARTICVLVS VII.

Sex ultima documenta explicantur pro Reformatione: & maximé pro recipiendis, & approbandis Novitijs, & observantissimis Prælatis supra Recoletos.

1 NOnum Documentum: *Quod in eiusmodi domibus, & nõ alibi recipiantur Novitij prævio examine, &c.* Exeo suadetur, quia sicut in Iure cavetur, de Religiosis domibus, C. *Ne nimia*, & datur norma extinguẽdi unã Religionẽ ex eo solũ quod in ea nullus de cœtero recipiatur Novitius, & quod illi qui iam sunt ingressi, aut paulatim moriantur, aut ad alias Religiones transeant. Sic actum erit de deformatione Religionis, si in ea iuxta communem observantiam adiunctã abusibus non recipiantur Novitij sub eadem deformatione viventes, sed in Conventibus, ubi quoad Regulam integram, & illesam vivitur; reliqui verò, ut dictum est, aut paulatim moriantur, aut reducantur ad Recoletam, & genuinam vitam, cũ antiquo restituto splendore. *C. Ne nimia.*

2 Examen autem subeant Novitij eo modo, quem colligere potest, qui viderit quæ diximus supra 3 part. tr. 1. art. 5. num. 7. in Regula S. Pachomij: ubi triennio sine habitu probatur Novitius, & art. 6. nu. 4. in Regula Sanctissimorũ PP. Serapionis, & Macarij, tract. 11. art. 2. num. 4. in Ordine S. Hieronymi: tract. 12. art. 12. 13. & 14. ubi late de recipiendis Novitijs in nostra Minimitana Religione egimus, tract. 13. art. 2. ubi exercitia Societatis Iesu dicuntur: & in hoc 4. p. tract. 8. art. 3. & denique, tract. 9. art. 4 ex Clemente VIII. & Vrbano VIII. multa de examine, & educatione Novitiorum adducta sunt, ideoque supervacaneum repetere. *Nost.* *Nost.*

Non erit tamẽ ab re, quod antequam recipiantur ad habitum, inibi maneant, in habitu sæculari permensem adexercitia omnia cum Novitijs concurrendo. Quos professi omnes attente considerent, ac caleant, ut informare possint P. P.

Pro-

Provincialem, & Collegas, & Vicarium Generalem Protectorem: ad quos spectabit recipere ad habitum, & professionem, præhabito bono testimonio Capituli localis, & maxime sui Informatoris, & Magistri. Sic fieri præcepit S. Gregor.

S. Gregor M. in Romana Synodo: *Si quis* [inquir] *ex iuris Ecclesiastici servitute ad Dei servitium converti desiderat, probetur prius in laico habitu constitutus: & si mores illius atque conversatio bono desiderio illius testimonium ferunt, absque ulla retractione servire in Monasterio Omnipotenti Domino permittatur, & ab humano servitio liber recedat, qui pro Divino obsequio districtiorem subire appetit servitutem.*

3 Et quando durante approbationis anno experti fuerint omnia exercitia Novitiorum, & in eis bene instructi, ut sciẽter, & prudenter possint emitttere professionem. Et dum cã emisserint solemniter, fit coram Notario publico, & testibus, & in libro, ubi exarabitur professio, & subscribetur, declaretur cuius sint patriæ, & quibus parentibus nati, & habeatur etiam authentica fides Baptismi, ut constet quod ad ætatem legitimã pervenerint, ne posteà litibus, & reclamationibus pateat aditus. Debent omnia sæcularia sopita manere, quia veluti baptismo secundo renovatus Religiosus solo Christo indutus manet, ut & tetigimus 1.p. tract. 7. art. 4. num. 4. Hinc opti-

Nos. *S. Bernar* me D. Bernard. tract. de Præcep. & divina gratia: *Huiusmodi conversatio* (Monastica) *professores, & amatores suos Angelis similes, dissimiles hominibus facit: imò divinam in homine reformat imaginem, figurans nos Christo, instar Baptismi, & quasi denique secundo baptizamur, cum per id, quod mortificamus membra nostra, quæ sunt super terram, Christum induimus.* Abscindendæ ergo sunt à Religioso professo omnes occasiones respiciendi retro.

4 Decimum Documentum: *Conventus communis observantiæ sub eodem Provinciali manentes recipiant etiam volentes à Recoletis regredi.* Hæc mutua facultas transeundi ex utraque parte valde iuvat ad evitanda omnia inconvenientia supra

Nos. ponderata, art. 4. & art. 5. num. 2. & art. 6. num. 5. de congruita-

tate huiusmodi mutui transitus nonnulla diximus. Et quod sub eodem maneant Prælato superiore, iterum in 13. Documento dicemus.

5 Vndecimum Documentum: *Semper manebunt aliqui cõventus ad communem observantiam deputati.* Finis huius documenti, dum art. superiori propositum fuit, innuitur, ut scilicet maneant ibi, qui iusta de causa integræ, & illibatæ observantiæ vacare nequiverint. Et addo eiusmodi Conventus nullatenus esse assignandos ad Novitiorum receptionem, etiam si ipsi sint magnifici, & in magnis urbibus constructi: si facultas suppetierit, poterunt in eisdem urbibus novi Conventus erigi ad educationem Novitiorum, sicut optime observat Societas Iesu, ut diximus 3. part tract. 13. art. 2. *Nos.*

6 Et quia Conventus Recolectionis maxime dicati sunt, Orationi & exercitijs pœnitentiæ, ac puræ observantiæ, & alias necessum sit studium literarum non omittere: inter Conventus communis observantiæ computamus Collegia pro studentibus, & Lectoribus: *Non enim ulla* (aiebat Lact. Firm. lib. 1. cap. 2. Divin. Instit. adversus Gentiles) *sine sapiẽtia suscipienda; nec sine ulla Religione probanda sapientia.* In Conventibus Novitiatus congruum erit de studio litterarum non agere, sed de intelligentia Regulæ, & observantijs: In Conventibus Recoletorum, ubi non induuntur Novitij, ibi permittitur erigi studia humanarum litterarum, & Philosophię; cæterum ad Collegia, & Conventus communis observantiæ, non mittantur iuvenes, qui bene non fuerint radicati, & instructi in integra observantia, & studio orationis, ut sic melius possint, & valeant resistere tentationibus occurrentibus extra Conventus Recoletos, maxime si armati veniant Oratione, & vera spiritus humilitate ad vanas hominũ laudes fugiendas. Et in hoc Superiores insistant: quod eiusmodi studijs non vacent, qui humilitate, mansuetudine, & modestia, non fuerint insigniti. Nam sapientia sine humilitate, non Religiosum, sed Dœmonem format & creat. *Lact. Firmianus.*

7 Duodecimum Documentum: *In Conventibus Recoletis,* (ma-

Hiſtoria Mõus Cæ lie.

(maximè, ſi ibi recipiuntur Novitij] *non recipiantur puniendi, & pœnitentijs plectendi.* Sic ſtatutum ẽſt in Recoletione Minorum, ut in eius Hiſt. lib. 2. cap. 2. dicitur: ne eorum inordinata cõverſatio obnubilet puritatem perfectionis inibi commorantium: quia delicta illorum, qui puniuntur, neque cogitatione oportet eſſe præſentia puræ menti, ſed omnino neſcire tranſgreſſiones fieri. Nam ſi Exodi 4. B. 6. in ſinu introducta manus Moyſi apparuit leproſa. *Quam cum miſiſſet in ſinum ſuum* (ait] *protulit leproſam inſtar nivis.* Si cogitatio immundorum in ſinu animæ perfectæ, & puræ requieverit, tale exemplum forte ad manus operationem exire tentabit, & evertentur, aut deficient, qui ſoli Deo vacare erant aſſueti, cum Angeliſque converſationem habere, non cum diſcolis, & tranſgreſſoribus, & ideo horum conſortium omnino removendum eſt à Recoletis. Hæc Hiſtoria Recoletorum.

Exodi. 4. B. 6

8 Tertium decimũ Documentũ eſt circa Prælatos: *Per bos, tũ Recoleti, tùm cõmunis obſervantiæ Religioſi gubernari debent.* In primis unus omnium erit *Ordinarius Provincialis, ut ſervetur unitas*, & Reformatio ſit conformis ad illam de qua Chriſtus Dñs dixit Ioan 10. D. 16. *Fiat unum ovile, & unus Paſtor.* Sic obſervant Recoleti, & obſervantes Franciſcani, ut lib. 2. cap. 3. Hiſtor. Montis Cœliæ dicitur, ſemper enim turbationũ periculum aderit, ſi á Prælato ordinario ſubtrahatur regimen. Meritò Numantini, ſæpius Romanorum, victores, quando datus eſt illis pro Duce Publius Scipio triſtati ſunt, & timuerunt valde, ut refert Boterus, lib. 10. c. de Duce: & rationem reddebat: Quia quamvis ædem eſſent oves, timebant, quia non erat *Idem Paſtor.* Quamvis idem ſit inſtitutũ, ſi varietur modus imperandi, durũ erit multis, & Maxime eis qui in pace poſſident. Bene, ut dicebamus 1. p. tr. 9. art. 10. in reædificatione murorum Ieruſalem: media pars iuvenum faciebat opus & media parata erat armis ad bellum: *Una manus faciebant opus, & alia tenebant gladium.* Sic oportet fieri in Reformatione Religionis, quãdiu ædificatur, una pars operetur, ſcilicet Recoletorum, per exercitia virtutum, alia pars, ſcili-

Iohn. 10. D. 16.

Hiſtoria Mõus Cæ lie.

Boterus.

Nos.

2. *Eſdr. 4. 6. 17.*

cet

cet communis obſervantiæ, teneat gladium regiminis, quo defendant bene operantes, & laborantes. Obſervantia communis Prædicatores Verbi Dei tenentes gladios creat, & dat Recoletis: Recoleti ædificant, & opere complent Verbum Dei. Si ſic ad invicem iuventur, ſervata unione unius capitis fiet fæliciter Reformatio, & ea completa iam regimen habebunt Recoleti, & obſervantes integerrimi Hinc in Capitulo Generali 2. Avinioni celebrato num. 5. plectendos ſtatuerunt PP. *Duos Fratres Provinciæ Franciæ lepido cuiuſdam prætenſæ Reformationis, Recoletorum, ut aiunt colore adumbratos, multa, eaque pernicioſa contra Regulæ noſtræ tenorem inſignant, quæ Regularis obſervantiæ nationis Gallicæ candorem attentare, quatenus propriæ voluntati pro liquido conſtat, liberius indulgere valeant, & á Superiorum obedientia ſe ipſos penitus eximerent, &c.* Hæc Patres. *Cap. Gen. Minim.*

9 Et quia quandiu pura Regulæ obſervantia non fuerit introducta contingere poteſt, quod Provincialis, non ſit expertus in integritate obſervãtiæ (maxime ſi ad officium pervenit, & non â Deo) aſſignetur unus Vicarius Generalis vir ab incunabilis Religionis, & habitus ſui, obſervantiſſimus, & experientia probatus, qui ſciverit facere, & poſſit docere. Hic ſit veluti Protector Obſervantiæ, & ſimul cum Provinciali ea omnia quæ ad Recoletionem ſpectant, faciant, tùm ad recipiendos, tùm ad reijciendos Recoletos, & ordinationes illis faciendas iuxta temporum indigentiam, quoaduſque iam nullus ſit in prædicamento Provincialis, qui non fuerit in puritate Regulę educatus. Iam ad virilem perfectionis ſtatum perventa Provincia pedagogo non indigebit, ſed ſuo ordinario contenta erit Paſtore. Quod ſi in aliquo Reformationis negotio contingerit diſidere Vicarium Generalem, & Provincialem, ceſſante textu expreſſo Regulæ, & conſtitutionum noſtrarum, aut evidente ratione in contrarium, ſtetur determinationi Vicarij Generalis.

10 Similiter Correctores locales Recoletorum modo in principio, non ſint annuales, ſed ad minus pro primo triennio,

non

non fiat electio, sed per Vicarium regantur, qui, & poterit prorogari quoadusque subiectorum copia augeatur. Hos assignabit Visitator ita spectabiles, ac servos bonos, & fideles, ut de eis antea compertum sit, esse zelo observantiæ insignitos, ac ab omni ambitione prorsus liberos (si forte inveniatur) sapiẽtes, & prudentes. Qui, si tot in eadem Provincia, non reperiantur, adducantur ab alia, qui iam experti, & spiritu ferventes, Magistri possint esse in schola virtutũ. Peracto triennio primo, vel tempore necessario ad informandos Recoletos, poterunt ex eisdem eligi in Correctores, & Prælatos locales.

Constitutionis Excalceatorũ Mercedis.

Sic Gregor. 15. die 20. Aug. anno 1622. Bulla : *Alias â nobis* statuit Excalceatis Mercedis sub quibusdã pœnis, quod nullus Frater Discalceatus Prælati officium habere posset, qui octo annis continuis habitum per Fratres Discalceatos solitum non gestaverit. Et bene, quidem, ne aliquis spe præpoperæ promotionis, qui inter alios Fratres communis observantiæ, nunquam adeptus est officia, pelle ovina super indutus statim ad viram, quam nec scivit, nec expertus est, præficiatur, & inveniatur lupus rapax ad perditionem gregis. A nubicio enim simulari non poterit tãto continuato tempore, quin signum det, ut notat fiat.

11 Porro, quam æquum, & rationabile sit eiusmodi cœnobia strictæ observantiæ, in quibus zelo perfectionis famulantes tantum degant, subiecta fore, & gubernari debere per iam probatos viros, eosque sub protectione Vicarij Generalis Protectoris Regularis observantiæ integerrimi, & nõ sub Provinciali solo tantum (ne forte cõtigat esse ex non affectis Recoletioni) videamus, iuxta illud, Psal. 124. ubi de ijs, qui confidunt in Domino, quos vallavit montibus per circuitum: Et ipie Dominus in circuitu Populi sui, tanquam verus Protector, adiecit beneficium ad beneficium dicens : *Non relinquet Dominus virgam peccatorum super sortem iustorum* : Et ad quid proderit hoc privilegium, seu manutentia subditi dicens: *Vt nõ extendant iusti ad iniquitatẽ manus suas*, est dicere: Ne rigida gubernatio malorum iustos persequentium, aut re-

Psal. 124. A. 3.

la-

laxatio exorbitans, & licentia vivendi sine puritate, occasio sit iu o labendi iu iniquitates, & peccata, sicut & alij, quorum exemplo malo moveri possent.

Si enim pervigiles Prælatos habuerint, qui sciant, & valeant sua guberuatione, & manu tentioue, etiam modica corripere, & emendare (quæ á Prælatis, qui, nec observantiam, nec zelum nec spiritualem profectum habuerunt; pro nihilo reputabuntur) ex modica in principio relaxatione deviabunt à recto itinere arrepto, ideo sequitur: *Declinantes autem in obligationes adducet Dominus cum operantibus iniquitatem* Minima deficientia in novella erectione observantiæ, permittenda non est, nec sine punitione prætereunda [ut supra docuimus, tract. 6. art. 4.) Quamvis in iam provectis dissimulari possit quandoque aliqua imperfectio. Virgula, si recenter nata devietur. Et non dirigatur agricolæ cura, adiuncta Regula; iam dura, sine fractione dirigi non valebit. *Al enhornar* [aiunt Hispani) *se entuertan los panes*, quia massa blanda qualescumque recipit impressiones deformitatis. Sic omnimoda diligentia in principio Recoletionis novæ adhibenda est, nec permittenda non modo scelera, sed nec imperfecticnes incorrectæ quod est munus observantissimi Prælati. Vide supra quæ diximus tract. 8.

Psal. 124. *A.* 5.

Nos.

Simile.

Nos.

Vidi (non sine iubilo) hanc meam Psalmi aplicationem, quã meo marte dictaveram in D. Bernardo Epistola 198. ad Innocentium, quem precabatur, ne Prælatum quemdam immemorem suarum observantiarum, legum, Canonumque cõtemptorem dominari permitteret in vicino Monasterio. *Nulla meo iudicio* (inquit) *in corona vestra pretiosior gemma zello illo vestro, quo emulari consuevistis oppressos, nec reliquistis virgam peccatorum super sortem iustorum, nimirum propter illud, quod sequitur: ut non extendant iusti ad iniquitatem manus suas.* Et Epistola sequenti 199 ad idem intentum: *Iterum supplico, & ad pedes Domini mei, ea qua possum mente anxia descendo: ne ab homine iniquo, & doloso Religiosum Monasterium destrui patiatur. Etenim non parcet nostro, qui suum pene destruxit.* Sic qui in vi-

S. Bernar Epist. 198.

Epist. 199

ta anteacta obſervantias fregit, ſi Recoletioni præeſt, decli-bunt viri Religioſi a propoſito, & periet obſervantia.

12 Quartum decimum & ultimum documentum: *Quod amborum examine, Provincialis ſcilicet & Vicarij Generalis reci piantur, & admittantur venientes ad Recoletionem, aut inde remittantur, quando oportuerit ad communem obſervantiam:* ideo dicimus, quia plus vident oculi quam oculus, ut ſic ſpiritus venientis non lateat. Oportebit Capituli localis etiam determinationem expectare. Quod ut fiat, veniens ad Recoletionem non aſſignetur conventualis, niſi poſt duos, vel tres menſes ad Recoletorum exercitia concurrerit, ut illi etiam ſit liberum redire iuxta illud.

Nos. *Turpius eijcitur; quam non admittitur hoſpes.*

Quæ ſupra tract. 8. art. 3. diximus de examinando ſpiritu venientium ad Habitum, & recipiendorum ad Profeſſionem, id ipſum dictum ſit pro examinando, & probando veniente ad Recoletionem, ubi puritas obſervantiæ, & inſtauratio inſtituti noſtri procuratur.

ARTICVLVS VIII.

De ſervando Silentio Apoſtolico.

1 Silentij obſervantiam comitem ſtatus Religioſi vidimus in omnibus inſtitutis veluti matrem, & nutricẽ Orationis, cuius ſtudio dicatus eſt Monachus. Revocentur ad memoriam quæ de neceſſitate eius, & de ſtricta cuſtodia

Nos. in exemplum diximus 1. part. tract. 9. art. 4. & 5. 2. part. tract. 5. art. 3. & 4. & in ſingulis Religionibus. Nunc autem ſelecta de hoc exempla, & ſententias à P. Fr. Ioanne Baptiſta Le-

Ioann. B. Lezana. zana in Reformatione Regularium cap. 5. num. 12. & 13. cum ipſo producam ex Patribus. De unica ſolũ [ait] ipſaque ſpecialiſſima obſervantia Regulari, Silentio nempe, ſermonem faciam ex Patribus Prius tamen, quid opere cõpleverint, poſtmodum vero, quid docuerint apponam. Igitur Agatho Abbas lapillo aſſidue ori indito per tres annos Silentium cuſtodiſſe

Marulus tradit Marulus lib. 4. c. 6. Paulus quoque Monachus per trien-

nium

nium enim nemini quidquam locutus est. Pambo Abbas illud Psal. 38 legens: *Dixi: Custodiam vias meas: ut non delinquam in lingua mea*, multo tempore observavit. Boonem in Thebaidis deserto habitantem, in summo Silentio vixisse scimus: Theo etiam in cellula sua claus annis triginta, Silentij habuisse continentiam perhibetur. Hos & alios plures refert Marulus ut supra. Qui lib. 6. cap. 14. dum de revelationibus infernarum pœnarum agit, quid Moniali cuidam loquaci (utinam casum vereantur omnes) acciderit, per hæc verba retulit: *Cum diem obijsset extremum, & in Ecclesia sepulta esset Ædituus nocte intempesta Ecclesiam ingressus vidit illam ante altare distentam secari per medium, partemque superiorem igne cremari, inferiorẽ vero relinqui intactã* (forsam Castitatẽ corporis servarat) *Mane igitur visa Fratribus narrans, dum locum, in quo eã uri conspexerat ostendit, deprehensa sunt in marmoris solo ardoris vestigia.* En silentij exempla, en lonquacis pœnam. Nunc verò quid Patres dicant audiamus. Ps. 38. A. 2. *Marulus*

2 Divus ergo Hieronymus Religionem in loquacibus esse non posse hisce declarat: *Religio sancta non potest esse in loquacibus.* Divus etiam Augustinus adeo necessarium silentiũ putat Monachis, ut sine eo Monachos non esse dicat: *Silentium Fratres, inter cætera vobis in eremo summe necessarium, quia qui non custodit linguam suam Monachus non est,* Clarius id expressit S. Bernardus: *Nemo* (inquit) *de Religionis habitu sibi blandiatur, qui adhuc linguam suam non didicit religare. Religa linguam tuam si vis esse Religiosus, quia sine linguæ religatione Religio vana est.* Ad hæc Seraphicus Bonaventura: *Certè frustra audeo dicere) quod illa Religiosus gloriantur de professione virtutis in corde, qui dissipat disciplinam Silentij per inquietudinem multiloquij. Si quis (teste Scriptura) putat se Religiosum esse, non refrenans linguam suam, sed seducens cor suum, huius vana est Religio.* Plures tandem ex Patribus sciens prætereo; unum qui pro omnibus loquatur, Silentijque utilitates in Religione exponat, producam: Ioannes hicest, vulgo Climacus: *Taciturnitas est mater Orationis, captivitatis revocatio, ignis divini* *D. Hier. in Epist.* *S. Aug. ad Fratres in Eremo.* *D. Bern.* *D. Bonav. de Perfectione vitæ cap. 4.* *Iacob. D. 26.* *Ioan. Climacus in Scala.*

ni amoris obſervatio, cogitationum ſpecula hoſtium, lacrymarum amica, carcer luctus, memoriæ mortis operatrix, iudicij indagatrix, inimica fiduciæ, quietis comux, ambitioſæ doctrinæ aduerſatrix, ſcientiæ adiectio, ſecretus in Deum profectus, occultus aſcenſus. Hæc ex Lezana dicta ſint.

Nos. 3 Concludo tamen quæ iterum obiter tetigi 3. part. tract. 12. art. 19. num. 3. nunc in medium proferendo de ſervando Silentio, ut ſanctiſſimus Patriarcha noſter inhibuit, cap. 8. Regula, num. 36. conformiter ad id quod in Iure cautum eſt, C. Cum ad Monaſterium de ſtatu Monach. §. in Oratorio. Vbi poſtquam Orationis ſtudium ſanctæ non prætermittendum hortatus eſt; ſubdit: *Vt autem illis omnibus potior orandi detur occaſio: moneantur ſinguli quatenus ſolicite dent operam Evangelico Silentio: ita quod in Eccleſia, Clauſtro: ac Dormitorio. Omni tempore: in Refectorio vero in prima, & ſecunda menſis: & à Complectorio uſque ad Primam ſilentium ſervare ſtudeant: alias ſubmiſſe, ac Religioſe loqui ſtudentes. Nihilominus tamen, ſi quid in ipſis temporibus, & locis Silentio deputatis neceſſario loquendum contigerit, verbis paucis, ac demiſſis, quæ dicenda fuerint, breviter concludantur.* Et num. 37. rurſus ait: *Hortentur inſuper cuncti, ut ſint benigni, modeſti, & exemplares, non alios, ſed ſe ipſos iudicantes; ac multiloquium (quod ſine culpa eſſe non poteſt) fugientes.*

Reg. Min

4 Hæc eſt Silentij lex nobis impoſita: nõ Silentij ut cũq; quia ſilere omnino quandoque reprehenſibile: ſic Iſaias, cap. 6. B. 5. *Væ mihi, quia tacui*: quod ſic expungit Hector Pintus: *Ego exiſtimo* (ait) *ideo Iſaiam dixiſſe hoc, quia meminit ſe aliquãdo tacuiſſe, cum loqui oporteret. Vtrumque enim peccatum eſt, & loqui, & tacere extra tempus. Nam, ut ait Salomon*, Eccleſ. 3. *Tempus eſt tacendi: & tempus loquendi.* Silentium aſtringimur ſervare Evangelicum. Quid eſt ſervare ſilentium Evangelicum? Diſcamus ex ipſo exemplo, & doctrina Chriſti. Silentium obſervavit Chriſtus, Matth. 27. B. 12. *Et cum accuſaretur à Principibus Sacerdotum, & Senioribus, nihil reſpondit.* Imò, & perquirenti Præſidi, ſi forte non audiret quanta adverſum eum

Iſai. 6. B. 5

Hector Pintus. Eccleſ. 3.

Mat. 27 B. 12.

eum dicebant testimonia: *Non respondit ei adullum verbum.* Et simili silentio usus fuerat, cap. 26. F. 63. quando interrogatus à Principe Sacerdotum: *Nihil respondes ad ea, quæ isti adversum te testificantur?* dicit Evangelista: *Iesus autem tacebat,* quia tempus tacendi erat. At adiuratus à Principe Sacerdotum per Deum vivum, ut diceret, si esset Filius Dei? *Dicit illi Iesus: Tu dixisti* Et alia prosecutus est de die Iudicij: Ecce iam loquitur qui tacuerat. Optime Claudius Guilliaudus in hunc Matth locum: *Et surgens Princeps, & poscentibus rationem fidei nostræ debemus respondere sicut docet Petrus, ubi autē manifesta impietas quærit extinguere veritatem, tunc tace, & committe Deo; Iudicia, quando alioqui vides te frustra responsurum.* Itaque tacuit, quando ipse calumniabatur; at respondet pro veritate, & divini nominis reverentia, & Origenes tract 35. in Matth super illud: *Nihil respondes ad ea*: eamdem de Silentio Christi rationem reddens subdit: *Maius est, libere & fortiter silere, quam defendere se sine ullo fructu.*

Mat. 26. F. 63.

Claudius Guillaudus.

Origenes

5 Doctrina Christi de Silentio traditur, Luc. 10. art. 4. *Neminem per viam saluta veritis*, & mox de locutione addit, n. 5. *Et in quācumque domum intraveritis primum dicite: Pax huic domui, &c.* Pro salute proximorum iubet loqui: & quando per viam aliquis obvius fuerit, insalutatus remaneat, ne impedimento sit sedulæ executioni mandati Christi Domini. Denique, Matth. 6 modum præscribens orandi: *Tu autem cum oraveris* (inquit) *intra in cubiculum tuum: & clauso ostio ora Patrem tuum.* Quia oratio Silentio fovetur, & nutritur, ideo occasiones confabulandi cū hominibus fugiamus, ne fracto silētio iactura fiat Orationi.

Luce 10. A. 4. 5.

Matt. 6. A. 6.

6 Hoc ergo est Evangelicum silentium: silere pro nutriēda Oratione: nō loqui sine fructu, etiam pro nostra excusatione: nec locutioni hominum implicari, quando impedit salutē aliorum proximorum: quod tamen admittit loqui, sed non multum loqui: loqui cum oportet, tacere quādo non prodest: ideo dicit: *Si quid necessario loquendum contigerit verbis paucis ac demissis, quæ dicenda fuerint breviter concludantur.* Et cum

Reg. Min

loquitur, *ſit modeſte, & exemplariter, & multi loquium, quod ſine culpa eſſe non poteſt fugientes.* Nec ideo quando loquendum ſit exiſtimet aliquis ita verbis paucis uti, ut incurratur inurbanitas, aut non ſatis explicetur quod oportet pro gloria Dei, vel ſalute propria, aut proximi. Hinc D. Auguſtin. tom. 1. in Prologo Retractationum explicans illud Proverb. 10. *Ex multi loquio non efugies peccatum. Abſit enim* [inquit] *ut multi loquium deputetur, quando neceſſaria dicuntur, quantalibet ſermonum multitudine, ac prolixitate dicantur.* Et ſic concluditur etiam, quod tacere, quando oportet loqui, damnabile erit ſilentium, nec obſervantia Religioſa.

Proverb. 10 c. 19. S. Aug. ſ.

ARTICVLVS IX.

Qualiter ſtudium litterarum conveniat Religioni in Regulari obſervantia viventi?

1 HInc fere ſoluta manet difficultas quæ excitari poſſet: *Num exercitium litterarum compatiatur cum Recoletione, & Reformatione, maxime ubi urget obſervantia ſilentij.*

Reſponſio ſit: *Quod litterarum exercitia, etiam humanarum compatibilia ſunt Reformationi, & Recoletioni, ſi debitis fiant circunſtantijs; ſin vero minime.* Hoc patet ex ſilentio Evangelico, quod nobis iniungitur ex Regula, illud enim admittit ommitti, quando aliquid neceſſario loquendum eſt, nec ſyllogiſmi, lectiones, & argumentationes erunt multiloquium, ſi pro honore nominis Dei, ſalute proximi, & proprio profectu fiat: & hoc non clamoribus, & rumoribus inflatis ad oſtentationẽ, ſed ut Regula præſcribit, benigne, modeſte, & exemplariter, ſine aliorum emulatione, nec livore, verbis paucis, ac demiſſis concludendo quæ dicẽda ſunt: & ideo Regula N. c. 9. n. 41. ſic habet: *Omnes inſuper Lectores ita ſuas forment lectiones, quod eorum auditores ad ædificatorie prædicandum, & confeſſiones audiendum idoneos, & aptos efficiant.* Et quia humiles nos vult eſſe S. Patriarcha ſubiũgit, quod nullus ad Magiſterij, ſeu alium gradũ aſſumatur, & in cap. 9. Correctorij iterum com-

Regula et Correctorium Minorum

men-

mendat humilitatem, non aliũ locum Lectoribus concedens, quam suæ primogenituræ: & eos qui communem, & laudabilẽ legendi modũ excesserint puniri statuit. Eo tẽdunt omnes allatæ Reformationes, ut commendent etiam studia erigi.

2 *Octava radix perditionis Religiosæ* [ait P. Ioan. Nider, tit. 2. *Ioan. Nic.* 17 .] *est studij Religiosi omissio: quæ iam Mendicantiũ ordines, &c. eos comparando ad præterita multũ tendere facit ad occasum. Et percepi à viris optimæ conscientiæ, se non diu reformatos esse mansuros, nisi studium apud se resuscitarent. Habet igitur locum in utrisque illud Osee 4. Conticuit Populus meus eo quod non habuit scientiam: quoniam inscientiam repulisti, repellam te, ne Sacerdotio fungaris mihi.* Osee 4 B 6. Ecce silentium pernitiosum, quando oritur ex omissione studij litterarum.

3 Et quam pernitiosum, & execrabile sit hoc silentiũ defectu scientiæ ostendit Guilielmus Peraldus, tit. de Profes. mon. 3. p. c. 3. multis similitudinibus, quibus mala inde secuta recenset, & concludit: *Monachi qui sunt in Monasterio, ubi deest sapientia sunt veluti cæci iuxta foveas magnas, quas non cavent, quia non vident.* *Guilielm. Peraldus.* Et Nider ubi supra subdit: *Litteratorũ enim virorum carentia in Monasterijs litteratis sæcularibus ingressum vetat: Ordinis Prælatos reddit contemptibiles. Vitiosos nescit corrigere, nec iuvenes credere sicut oportet suis Rectoribus.* *Nider.*

Abbas Tritemius libro Exhortatorio ad Monachos: *Nihil infælicius* (ait) *Monacho indocto, qui studium sanctarum Scripturarum, vel negligit, vel contemnit: quia nunquam potest in vera cordis tranquillitate apud semetipsum purus consistere; sed compellitur inquietudine propria contra Monasticæ conversationis integritatem, externis, mentem inutilibus occupare.* *Trithem.* Denique Angelicus Doctor, Opusculo 19. scientiarum exercitiũ consentaneũ Monachis esse demonstrat, & c. 15. eiusdem opusculi affirmat: *Imitatores Iuliani Apostatæ esse, qui Religiosis studiũ interdicunt; nam eis præcipuè, litterarum studium competit.*

Et idẽ D. Thomas ibidem ex sententia S. Hieronymi, & S. Augustini. *Ex quo patet* (concludit) *quod, & Monachis liceat sæculares scientias addiscere, dummodo ea quæ ibi reprehen-* *S. Thom.*

sibilia inveniuntur secundum Regulam Sacræ Scripturæ resecentur.

Ioann B. Lezã. in. Reg. cap. 11 a num. 57. 4 Tria documenta ex Sanctis Patribus desumpta adducit P. Lezana ubi supra, quibus Religiosi litterarum professores laudabiliter dent operam litteris cum Reformationis lucro. Primum documentum: *Ut semper Orationem, & Studium sic coniugant, ut sibi vicissim succedant, mixtim tractentur, & alternis vicibus exerceantur.* Sic Divus Anselmus in Carmine.

S. Ansel.

Distinctisque legant spatijs, operentur, & orent.

Nilus Abbas. Sic quoque Nilus Abbas in Bibliotheca P P. tom. 5. c. 57. de Oratione: *Si es Theologus* (inquit) *vere orabis, & si eris Theologus, & verè orabis Theologus verè eris, quia sine oratione nõ est vere Theologus.* Pulchre in hoc instruit documento S. Vincentius Ferrer de Vita spirituali, cap. de somno, &c. De vere studente quantumcumque ingenio polleat: *Sæpe* (ait) *dum actu studet, à libro debet ad horam oculos avertere, & oculis clausis, se in Christi plagis abscondere: & iteratò se ad librum convertere. Etiã quandoque debet à studio surgere, & in cœlum flexis genibus aliquam ignitam orationem cum brevitate ad Deum fundere, vel cellam egredi, Ecclesiam, Claustrum, vel capitulum circumire, secundum quod Christus confert, & aliquando oratione formata, vel informi per gemitus, & suspiria, de ebullitione cordis divinum auxilium implorare, vota sua, & desideria Altissimo præsentando, & Sanctorum, ad hæc auxilium implorando,* & paucis interiectis: *Cum autem ille fervor* (subdit *spiritus transierit, qui communiter parum durat, potes ad memoriam revocare ea, quæ paulo ante studueras, & tunc dabitur tibi clarior intellectus. Quo facto, iterato ad studium redeas, vel ad lectionem, & iterato ad Orationem, & sic alternando commutes. Nam per huiusmodi commutationem in Oratione, maiorem reperies devotionem, & in studio intelligentiã clariorem.*

S. Vinc. Ferrer

5 Secundum Documentum: *Præstet curam Monachus, ut id quod studet, legit aut docet in finem charitatis, amorem Dei, &*

1. Cor. 8. proximi dirigat. Sic Patres exponentes illud 1. Corinth. 8.

A. L. Scientia inflat, Charitas Dei ædificat, docent, & pro omnibus

suf-

suffi iat Ambrosius: *Tunc scientia* (inquit) *magna est, & utilis si charitate humilietur, ut ampliu crescat. Temperatur enim a dilectione, ut non satis mera sit, & inebriet scientem, ut se extollat. Sicut enim vinum non temperatum admixtione aquæ, mentem alienat, ita & scientia superbum facit, nisi fuerit temperata.* Religiosi ergo omnes litterarum studijs addicti estote, verum tamen condimentum charitatis apponite, ne scientia vestra insulsa, & insipida inveniatur: *Cui præsto est scientia plurima* (ait S. Laur. Iustin. de Instit. & reg. protect. cap. 6.) *& sacræ legis intelligentia perspectiva, desitque illi bonitatis operatio, virtutum experientia, Dei ac proximi fragrantia parum sibi, & cæteris proficit.* S. Ambr. S. Laur. Iustin.

6 Tertium documentum: *Vt omnia eorum studia humilitate fundentur, humilitate erigantur, humilitate proficiant, humilitate totum suum incrementum accipiant.* Totam, quam Religiosi addiscunt scientiam, humilitatis, & modestiæ sapore sic condiant, ut vanitatis, curiositatis, inanis ve gloriæ cute detracta, acceptabile Deo fiat sacrificium. S. P. Aug non aliam viam ad capessendam sacram Sapientiam agnovit, quam Humilitatem: *Ea autem est prima via* (inquit ad Dioscorum) *Humilitas secunda Humilitas, tertia Humilitas: & quoties interrogares hoc idem dicerem* Itaque *sicut Demosthenes, in eloquentia pronuntiationi primas, secundas, tertias dabo Humilitati.* Causas, & fines quibus ad studente relegatur Humilitas recenset S. Bernardus: *Quærens, quo fine scientia acquiri debeat?* Et respondeo, quod non ad inanem gloriam, vel curiositatem, sed ædificationem propriam, & proximi: *Sunt namque* (subdit) *qui scire volunt eo fine tantum, ut sciant, & turpis curiositas est: & sunt qui scire volunt, ut sciantur ipsi, & turpis vanitas est. Qui profecto non evadent subsanantem satyricum, & ei, qui eiusmodi est decantantem.* S. Aug. S. Bernar.

Scire tuum nihil est, nisi te scire hoc sciat alter: *Et sunt item, qui scire volunt, vt scientiam suam vendant, verbi causa, pro pecunia, pro honoribus, & turpis quæstus est.* Et quam infructuosa sit eiusmodi scientia: *Magis iuvat Ecclesiam Dei unus Religio-*

Paz. *giosus* (ait Paz tom. 1. de Spirit lib. 2. c. 33.] *qui sancte modeste, & circumspecte scientijs studuit, quam mille, qui insolenter seipsos, & suum honorem quærentes litteris vacaverint. Plures ille una concione ferventi converiet, quam isti, mille sermonibus.*

S. Bernar 7 Quam nociva sint Reformationi status Religiosi, & impeditiva æternæ salutis studia litterarum inordinata qualiaq; se ipsa demonstrent, & dignosci valeant: videamus S. Bernar. de vita Solitaria ad Fratres de Monte Dei: *Horũ studia sunt* (inquit) *nugigerula, verbosa, contentiosa, curiosa, ambitiosa, etiã sanctũ animum, vel iam perfectũ dissipant, & corrũpunt.* S. Greg. 13. *S. Gregor* Moral. c. 10. *Arrogantes isti* (inquit) *cum scientiã accipiunt, nihil se accepisse æstimant, si hanc eos occultam habere contingat. Nusquam quippe suum gaudiũ, nisi in ore hominum ponunt.* Et c. 11. de arrogante Doctore ait: *Non enim loquendo curat, quid prosit, nec studet, ut malum, quod cernit, corrigat, sed bonum, quod sentit ostendat.* De scientia istorũ semi sciolorum, arrogantiũ, *S. Bonav.* & seductorũ, ait S Bonav. tom. 1. in principio: *Est fluvius torridus* (inquit] *exicans flumina gratiarũ, fluvius turbidus obfuscans splendores intellectuum: fluvius tepidus tepefaciens amores affectuum; fluvius turgidus tumefaciens expressiones affatuum.*

8 Optime describit huius inanis scientiæ conditiones, qui*Paz.* bus dignoscatur vir doctus, & pius Paz ubi supra: *Scientia istorum* [ait) *est scientia arrogans, & procax, & invrecunda, se ipsam exagerans, novitates consectans, Magistros, ac præceptores parvi pendens, & aut minus subtiles, aut nimis scrupulosos accusans. Est scientia libertatis amans, observantiæ inimica, relaxationis cupida, quæ disciplinam fugit, mortificationem timẽs, seniorum monitiones aversatur, Regulas, ut non servet, interpretatur. Est tandem non sapientia desursum, sed terrena, animalis, diabolica.* Et rursus: *Est scientia invida* (subdit) *laudes alienæ, ac condiscipulorum ingenio, & profectibus mœrens, quæ opinioni, ac laudi provectorum invidet, subtilitatem, & diligentiam æqualium contemnit, minorum imperitiam, & ruditatem irridet, & sola ab omnibus laudari, & in universorum ore versari studet. Est scientia*

cu-

curiosa animis, nihil quærens, nisi quæ intellectus intemperantiæ satisfaciant, & ostentationi, ac plausui deserviant, non quæ Fratrum saluti proficiant.

9 Servant, qui sic litteras addiscunt regulā Religiosamâ Diabolo dictatam, quam medio uno dissoluto Clerico composuit, de qua S. Brigit. lib. 7 Revel. c. 20. & una eius observātiarum erat: *Ego addiscere volo Artes liberales, & scientiā ad hoc ut ex illa honorem, & dignitatem habere valeā in Ordine, habendo equos, & vasa argentea, & pulchras vestes, ac pretiosa ornamenta: & si aliquis pro istis me arguerit, respondebo ei: quod hoc facio propter honorem ordinis mei.* Sed proh dolor videamus, quid præmij tales observantes habebunt. *Illi autē* (subiunxit Christus Brigittæ) *qui sunt de Regula Fratris adversarij* (illius scilicet qui dictante Dœmone tales introduxit observantias) *iudicabuntur ad pœnas infernales in profundo inferni.* Talem observantiam secutus est Ioannes de Stratia, ut refert Fr. Antonius Perez Benedictinus in Laur. Sabin. apud Lezan. c. 11. n. 16. qui cū esset Magister, vir doctus, & litteratus, & Minister Bononiæ absque licentia S. Francisci (cuius teseram gerebat) ordinavit studium. Ad quem S. Franciscus: *Tu vis* (dixit) *destruere ordinem meum. Desiderabam enim, & volebam exemplo Domini mei Fratres meos magis orare quam legere.* Et sic dira maledictione prædictum Ioannem affecit, qui statim infirmari incipiens, & decumbens, ad S. Francisc ū misit, ut retractaret maledictionem: cui respondit, iam à Christo confirmatam in cęlo, & sic subito quædā gutta ignea, & sulphurea de alto supra corpus infirmi cecidit, quem & lectum in quo iacebat, perforavit: sicq; miser magno cū fętore expiravit postea. Horrendus casus! quē evaderet, si vera pęnitentia peteret dispensationē, ut & Christus Brigittæ dixit, sed si damnatus, eò fuit, quia Iudę habuit pęnitentiam, qua ductus dimisit Pharisæis triginta argenteos, Mat. 27. A. 3. & illorū de quibus Sapient. 5. A. 2 dicitur: *Videntes turbabūtur timore horribili, & mirabuntur in subitatione insperatæ salutis pœnitentiam agentes.* De his dixit etiā Christus Sanctę Brigittæ, *Hæc est sapientia eorum, lo-*

S. Brigit.

P. Anton. Perez. Lezana.

Mat. 27. A. 3. Sapient. 5 A. 2. S. Brigit.

loqui pulchrè, & agere male: simulare se meũ agere nequiter cõtrà me, & deniq; de quodã Religioso dicẽte, & asseverante, quod Gentiles qui bene viveudo laboraverunt, & non effecti sunt Christiani, post mortem recipient consolationem à Deo, licet non intrabunt in gloriam. Hoc dogma damnavit Christus dum dixit: *Melius est tibi ad salutem cum devota simplicitate orando legere Pater noster, quam de tam subtilibus propter vanũ mundi nomen sophistice disputare.* Et sic addidit Brigitta: *Si tu mutaberis voluntatem tuam Deus mitigabit sententiam suam.* Nõ enim omittẽda est Oratio, Charitas, & Humilitas, ut studium litterarum sectetur Religiosus: neque singulis Religiosis studium litterarum necessarium est, imò potius scientiam necessariam ad suum statum per Orationem addiscere potest, ut de P. nostro Francisco de Paula, & alijs liquet, in quo immorandum non est. Cœterum Religioni utilissimum, imò necessarium est ad conservationem, & reformationem studia exigere, & non solum ieiunare, lugere, &c. quæ propria Monacho esse solent, sed, & addiscere, & docere debitis circumstantijs.

S. Brigit.

10 Porro studia Religiosa depingit Bernard. ad Fratres de Monte Dei: *Studia hæc* (inquit) *litteraria non sunt, non cavillantia, non disputantia, non garrula, sed spiritualia pacifica, & humilia, humilibusque consentientia. Quæ etsi foris exercentur, intus potius aguntur in spiritu mentis, ubi renovatur homo de die in diem.* Et infra: *Studia hæc silentium amant, quietem desiderant cordis, in labore corporis paupertatem spiritus, & pacem in exterioribus præsturis, & bonam conscientiam in puritate cordis, & corporis.* Denique P. Paz ubi supra rem hanc exacte concludit dicens: *Et scientia modesta, & humilis, quæ sui contemptum, proximorum conversionem, & Dei laudem concupiscit. Diligenter studet, ut suo tempore valeat poni super candelabrum, sed ipsa si Deo ita visum fuerit magis cupit latere, & esse sub modio. Est charitas plena, quæ de profectu condiscipulorum gaudet, illos amat, illos reputat, illos laudat, & si doctiores, aut ingeniosiores habeantur, nõ mœret, sed vehementer exultat. Est sapiens, est discreta, & ple-*

S. Bernar

Paz.

plena prudentiæ: non est violenta temporis deprædatrix, sed suis horis contenta, alias libentissime orationi, & muneribus obedientiæ concedit. Est ingenua, ac verecunda, & circumspecta, quæ non libertatem, ac privilegia, non exemptiones affectat, sed in id semper tendet, ut Regulam diligenter servet, & teneat disciplinæ censuram. Est denique sapientia de sursum discedens. Ergo concluditur bene quod studium litterarum debite circunstantiatum compatibile est, cum Reformatione, & observantia Religiosa. Studeamus ergo, ut dicebat Hieronymus, Epistol. 11. ad Achera. *Sic studeo tanquam semper victurus; sic vivo tanquam cras moriturus.* *S. Hieron*

ARTICVLVS X.

Qualitas, aut quantitas vestis Religiosæ: calceatura, aut nuditas pedum non laudantur, nisi sint iuxta præscriptum Regulæ: & quæ Minimorum præscribat?

1 QVoniam, ut dicebamus 1. part. tract. 9. art. 8. habitus Religiosus, & cultus exterior specialis formæ, debet esse iuxta specialem vivendi modum. Et ibidem tract. 6. art. 9. num. 7. & 2. part. art. 1. num. 11. ille datur tanquam signum obligationis trium essentialium votorum, & maximè paupertatis, ut cum Bernardo diximus 3. part. tract. 12. ar. 16. num. 12. Ideo determinandum nobis erit de habitu strictæ, & perfectæ observantiæ qualis debeat esse. Et quidem secundum se non consistit laus Religionis in eo quod habitus sit pannosus oblongus, huius vel illius coloris, vel ex sago, aut alia aspera materia, neque in eo quod nudi pedes, aut calceati existant, sed pensandum est institutum, & qui ab eo discesserit reprehensione dignus erit; qui vero illi se conformaverit dignus erit laude. *Nos.*

2 Antiqui Fundatores statuerunt habitum talis formæ, quod pedes cooperire possit. Sic Benedictus in sua Regula, sic Bernardus in suis constitutionibus, imó, & hodie si quis refectionem in Refectorio sumens, reprehenditur, si forte pes emer-

S. Bernar emerserit, & habitu nõ tegatur, sic Dominicus, sic Franciscus statuerunt. Hinc Bernardus serm. 15. in Cœna Domini virtutum exercitia in Monacho requirens, adeo necessaria existimat, quod habitus exterior, quantumcumque honestarem representet, non verum, sed pictum Monachum efficiet: *Qui talis non est* (inquit) *licet sit cucullosus, licet sit pannosus: sit quidquid vis, est imago, vel pictura Monachi; & non est Monachus. Ad verecundiam dico.* Et S. Ephren. Homil Ad correctionem eorum, qui vitiose vivunt, & honores appetunt pro comperto habens perfectionem Monastici habitus cõsistere in eo quod coo; eriat, quidquid oculos trahat alienos ad discursum: animadvertens aliquos in hoc præcepto observantes deficere in alijs reprehendit, quia ob hoc solum completam non habe-

S. Ephren bunt perfectionem: *Non putetis* (inquit) *in cingulo, ac veste longa consistere perfectionem Monachi.* Insuper Palladius Histo-

Palladius ria Lausiaca in vita S. Severiani, & coniugis eius. *Alia autem exercitatio eorum erat admirabilis, vestis eorum habitus erat maxime venerandus.* Barbam venerandam dicimus eam quod est obducta, & longa, sic & vestis producta veneranda erat, speciesque Religiosæ pertectionis. Sic D. Petro Perfectionis Apostolicæ Magistro, iusit Angelus Actorum 12. quando è

Actor. 12 carcere liberatus est, ne exiret nudis pedibus: *Calcea te caligas*

B. 8. *tuas*: nam etiamsi interiores pœnitentiæ permaneant, tamen exteriori amictu congrue dissimulantur.

3 Ratio huiusmodi observantiæ est illa, quam Chrysost.

S. Chrys. super Mattheũ ad bene, & fructuose orandum adducit: *Orans* (inquit) *nihil novum faciat, quod aspiciant homines: nec voce clamet, nec manus expandat, nec oculos tollat, ut notabilis fiat.* Notabilis fit, quisquis singularis in communitate apparet præcęteris ultra id quod Regula propria disponit: & ideo asperior, & brevior habitus, ubi non præscribitur à Regula, reprehensibilis est, & periculis expositus. Restringere ordinationem Regulæ in vestitu, & ornatu corporis præsumptionem, singularitatem, & inventionem sapit adtrahendos animos sæcularium, magis quam Deo placendum, qui inspector est cor-

dium

dium, & omnem hypocrysim odio habet.

4 Vnde in Iure Canonico 1 dict. 41. cap. *Quis quia*: eiusmodi abusus reprehenduntur. Et C. *Parsimoniam*: *Dissolutos* (dicitur) *& fractos vestibus, & incessu, non admittimus*. Ac tandem C. *Clericus*, dicitur: *Quisquis contẽptis his, cum quibus vivit latiora sibi, vel austeriora præ cæteris indumenta, vel alimenta quærit, aut intemperans sui aut superstitiosus est.* Optime definit Ioan. Cassian. lib. 1. de Instit. Cœnobiorum, c. 3. qualiter debet esse habitus Monachi Regulæ conformis. *Vestis quoque sit Monachi, quæ corpus contegat tantum, ac repellat nuditatis verecundiam, & frigoris retundat iniuriam. Ita vilia vestimenta, ut nulla coloris, vel habitus novitate inter cæteros huius propositi viros habeãtur insignia. Postremo sic ab huius mundi separentur ornatu, ut cultui servorum Dei in omnibus communia perseverent. Quidquid enim inter famulos Dei præsumitur ab uno, vel paucis, nec catholice per omne corpus Fraternitatis tenetur, aut superfluum, aut elatum est: & ob id, noxium iudicandum est, magisque speciem vanitatis, quam virtutis ostentans Quamobrẽ cilicinam vestem, velut circumspectum cunctis, atque notabilem & quæ ex hoc ipso, non solum nulla spiritui possit emolumenta conferre, sed etiam elationis concipere vanitatem, omnimodis refutarunt veteres Patres Quod si quosdam hoc amictu circumdatos audivimus probabiles extitisse, non ex eo nobis Monasteriorum est regula sancienda, vel antiqua sanctorum Patrum sunt perturbanda decreta.* Et quamvis, ut laudabilem observantiam Monachorum Ægypti. cap. 10. extulerit, quod, nudis pedibus incederent, & alias asperitates paterentur, tamen c. 11. id suis Monachis non probat, imò reprobat, propter diversitatem Provinciæ temperamenti, & usus: *Parvissimi* (inquit) *cuculli velamen, vel melotis gestatio, derisum potius, quam ædificationem illam videntibus comparabit Qua propter illa tantum, quæ superius* (cap. 3.) *commemoravimus: quæque sunt, & humilitati professionis nostræ, & qualitati aerum congruentia, à nobis quoque affectanda censemus, ut omnis summa nostri vestitus, non in novitate habitus, qui possit offendiculũ hominibus sæculi huius inferre,*

1. D. 41.

C. Quis.

C. Parsimoniam.

C. Clericus.

Ioan. Cas.

Idem.

re, ſed honeſta in vilitate conſiſtat. Hæc Caſſianus, ergo quæcumque novitas in Reformatione, præter id quod cavetur ex Regula quamvis mortificacionem alias præſeferat, non eſt admittenda, ſed reijcienda.

5 Religiones autem, quæ ex ſua inſtitutione aſperiorem habent, & ſtrictiorem velut ſaccum habitum nudiſque pedibus incedunt, non reprobamus, ſed laudamus, quia ſic venantur ſpiritum bonum, utpote ab Spiritu Sancto inſpirati: ſic excalceati S. Auguſt. Carmelitæ, Trinitatis, & Mercedis, de quibus ſuis in tractibus 3. part. dictum eſt. Sed ipſi, quamvis excalceati, honeſte protenſum geſtant habitum, & ad ſacra celebranda calceati accedunt, imò ex eis multi foras egredientes utuntur zocolis. Et nuditas illa quando apparet, quia communis eſt omnibus non fit notabilis, præterquam quod ea quæ in conſpectu Domini nuda ſunt; hominibus veſtita videntur. Sicut enim in ſtatu Innocentiæ nudi erant noſtri Primi Parentes ſed veſtiti circa oculos externos pulchritudine ſine rubore: *Erat autem uterque nudus* [Geneſ. 2.] *& non erubeſcebant*: ſuper quo Moyſ. Barzephas c. 28. tom. 2 Bibliotecę veter. PP. fol. 306. *Amicti erant gloria*: *atque idcirco non verecundabantur ſicut facies Moyſi induta claritate*, ſic nuditas Religioſa induitur ſplendore virtutum, ideoque non verecundantur, Excalceati, & Iacobus de S. Maria 2. Geneſ. de eiſdem ſplendoribus dicit: *Vt in Solem ſtola gloriæ veſtitum, mortales oculorum acie intendere nequeunt ſic corpora nuda noſtrorum Primorum Parentum ita ſplendoribus induebantur, ut ſi alij adeſſent oculi aciem in eos dirigere non poſſent* de hoc plura 1. part. tract. 1. art. 4. num. 3. tract. 3. art. 1. num. 11. & art. 5. num. 8. Et ſic ſæpe multi ſancti ex conſortio Dei viſi ſunt ſplendores habere, quibus veſtiti gloria, & pulchritudine mirabili erant.

Nos.

Gen. 2. D. 25.

Bibl. PP.

Iacobus à S. M.

Nos.

6 Noſtri autem Minimitani inſtituti veſtimenta formam ſuam habent, a qua non eſt recedendum. De habitu dicitur, c. 3. Regulæ n. 4. *Habitus ſit talaris, & honeſtus de panno abiecto, & lana naturaliter nigra, & ſine tintura contexto.* Et in Ceremonijs á Sanctiſſimo P. N. divino artificio compoſitis, num. 20.

Reg Min

20. caveatur quod in nobis [demptis Oblatis) habitus sit polym[1] ticus usque ad talo; (ita quod ad terram non defluat) protensus, nec nimia brevitate correptus: manicæ usque ad pollicis extremitatem, latæ iuxta cubito; duarum palmarum simplicium: in fine vero, & iuxta spatulas, latitudo sit unius palmæ, & semis. Latitudo vero prædicti habitus fiat ad commensura tionem cuiuslibet Fratris: cum ea discretione, quod superfluum erit, semper caveudum, & Fratris commoditas quærẽda sit. De caputio, & cingulo ait. Illorum etiam caputium [Reg. num. 4.] Clericorum scilicet, & Laicorum, eiusdem coloris existat, & ante ac retro usque ad mediũ fœmoris, vel circa protendatur. Habeant præterea (num. 5.) rotundum cingulum laneum similis coloris, prænodatum quinque simplicibus nodis. Quod quidem cingulum, simul cũ habitu, & caputio, prædictis Fratribus ipsis, die, nocteque dimittere non licebit, nisi causa mutationis, mundationis, vel reparationis, vel alicuius evidentis infirmitatis. Super hoc tamen primitus onerata Medici conscientia.

Cerem. nie Min.

Reg. Min

Similibus indumẽtis utantur cuncti Fratres Novitij, Clerici & Laici, excepto, quod eorum cingulum rotundum nodis tantum quatuor nodabitur, & ipsorum caputium usque ad cingulum ipsum dumtaxat, ita quod cingi non valeat, protendetur, Reg. num. 6.

De clamide Reg. num. 9. hæc statuit: Poterunt autem ipsi cuncti ad libitum, clamide coloris sui habitus, nusquam rugata, vel crispata usque ad suram, vel circa protensa, intus, & foris uti. Soli autem (Reg. num. 10.) Fratres Professi habeant cucullum ad caput tegendum aptum. Videamus de oblatis quid?

7 Fratres autem Oblati (Reg, num. 7.) deferant habitum coloris præfati usque ad suram, vel circa, & non ultra protensum. Habeant etiam cingulum rotũdum nodis solum quatuor prænodatum. Ipsi præterea utantur decenti caputio, adiuncta corneta, vel convenienti birro, secundum exigentiam Regionum. Et quia uniformitas amica est Religionis Patres

Cap. Gen. Capit. General. Parisien. num. 11. 1. Ienuen. 31. pro quibusdã
Paris. 1. Provincijs caputijs uti Oblatis concesserunt adiuncta corne-
Ienuense. ta latitudinis digitorum quatuor, & longitudinis duarum pal
marum, quibusq; die, noctuque, nisi laborando uti habebunt,
Genuens. Et c. 5. Gen. 11. ad Oblatos omnium nationum extensa est fa
5. cultas ferendi caputium, & sic hodie non birro sufficienti, sed
caputio præfato uti debent in omni Religione, cum ex Regu
la fuisset liberum uti, aut caputio, aut birro sufficienti. Et c. 1.
C. Paul. Genuę. 31. cap. Paul. 44. ipsis districtissime ordinatur, ut ubi-
cumque suis clamydibus induentur, suæ clamydi caputium
supponant.

Obligationem non dimittendi habitũ, caputium, & cingu-
lum Oblatos, die, noctuque, non video cautum ex Regula, cum
hęc obseruantia relata sit ad eos, quibus data erat forma, scili-
cet Fratribus Clericis, & Laicis, num. 4. & 5. Forma autem ha
bitus Oblatorum datur, num. 7. & ultra non fit mentio de dor-
mitione cum habitu: & sic sola consuetudine video hoc Obla-
tis introductum Et forte id omisit Legislator noster, quia ip-
si deputati sunt ad laborandum, propter quam causam Capi-
tula generalia permittunt, quod laborantes possint omittere
caputium: & hoc notavi ad tollendos scrupulos, & ut videa-
tur, quod si in tali obseruantia deliquerint, nõ teneantur ad in
iunctam Correctorij pęnitentiam, sed arbitrariam.

De clamyde autem Oblatorum, n. 10. dicitur: Præfati vero
Fratres Oblati intus & extra ad nutum utantur mãcello clau-
so ad modum sui habitus, vel circa longo absque aliquo caput-
tio, seu cucullo. Hoc mantello clauso, quẽ Hispani vocamus
Loba, nullibi novi esse in usu, sed mantello aperto, sicut &
nos utuntur, sed absque cucullo. Et ad Reformationem parũ
refert uti, vel non, clauso cum illo uti sit ad libitum, & confor
mitas seruanda grata, ingratumque esset tam antiqua consue-
tudine introducta aliquid innovari.

8 Circa interiora vestimenta etiam datur forma. Poterunt
insuper singuli, prout exegerit necessitas suo sub habitu por-
tare tunicas, & tunicellas ex humili panno, ac de staminea.

Hi c

Hic prohibentur uti lineis camisis omnes Fratres, ut in Correctorio, cap. 3. num. 19. adiungendo pœnitentiam transgressoribus. Indulgetur tamẽ Minimus Religiosus portare laneas tunicas, & sic, cum non prohibeatur maior strictio, poterit nõ portare, aut asperiorem portare, sicut P. N. Franciscus polymitam ex pillis caprarum gestabat, & habetur Valentiæ in Sanctimonialium Conuentu Ierusalem, & insuper eodem loco Regulæ: & similiter dicit, habeant fœmoralia, & caligas super genua competenter porrectas. *Correct. Minim.*

9 De calceatura, eodem cap. 9. Reg. num. 6. dicitur: Huius Ordinis Fratres Clerici, & Laici, Professi, & Novitij, ad nutum utãtur Zocolis, aut soleis factis ex sparto, vel palmis, aut stramine, vel funibus, aut iuncis, vel etiã calceis desuper apertis, iuxta provinciarum varietates (nisi ubi necessitas urgens, vel Superioris discreta dispensatio relaxaverit à pedum nuditate) De Oblatis subdit, num. 7. Ipsi præterea utantur integra calceatura, & in Correctorio, c. 3. n. 21. prohibentur omnes Prælati sub pœna, ne compellant Oblatos deferre calceos desuper apertos. *Reg. Min.*

10 Hæc est forma habitus, & vestimenta Fratris Minimi præseferentia humilitatem ob colorem, paupertatem ex materia abiecta, discretionem in commoditate corporis per sufficiẽtẽ amictum, & vestitum, ut unicuique quod necessarium est, etiam ex propria indigentia, non subtrahatur. Vnde c. 10. Correct. num. 109. ubi agitur de æqualiter distribuendis vestimentis additur: *Verumtamen, si aliquando causa frigiditatis, aut infirmitatis, aliquis se pluribus tunicis egere asserat, illi tanquam Dei servo credatur, & eidem (iuxta loci facultatem] charitative provideatur. Vbi vero supplere non posset Conventus facultas: ob Iesum Christum, patienter ferre moneatur talis egens.* Sapienter quidem corpori misericordia adhibetur, quia cibi quadragesimales perpetui debile reddunt: & ob eamdem causam non obligat ad nuditatem pedum, sed calceatura providit qualem diximus: in quo honestatem tutatur. Quare si quis, ut Reformationem intentet velit obligare ad cilicinum habitũ, *Correct. Minim.*

ex sago, vel ut dicunt frisa, nudisque ambulare pedibus, & saccis indui, laudare non possum, quia exorbitat á Regula nostra sanctissima, & Minimo minus non est in humilitate, ubi maximum, & primum tenemus locum perfectionis, & rigoris inter omnes Religiones.

ARTICVLVS XI.

Quomodo Reformator practice ordinare debet Reformationem? *Et quod in Ordine Minimorum non sunt vocandi Excalceati, sed Recoleti Minimi.*

1 IN Religione, quæ observantiarum Regularium desiderat instaurationem, & Reformationem, eligatur unus Visitator ex eadem, non ex aliena Religione, ut supra melius
Not. futurum tradidimus, tract. 2. art 4. num 10. & 11. & sive iste sit proprius Generalis, sive alius, ipse talis sit quod habeat, vel studeat habere omnes illas conditiones boni Visitatoris, quas depinximus ibidem, art. 3. Munitus veniat Visitator Summi Pontificis authoritate amplissima, & Regum, ac Principum auxilio non sit destitutus, iuxta ea quæ diximus 1. part. tract. 12. art. 1. de Visitatore Esdra, & tract. 13. art. 1. de Neemia
Nos. misso â Rege ad instaurationem murorum. Et hac 4 p. tr. 3. art. 1 cum advertentia tamen, quod authoritas non sit ad inquirendum, & puniendum (hanc enim supponimus factam) sed ad pacifice describendos, examinandos, & approbandos eos qui libera, & spontanea voluntate optaverint secundum puram Regulæ observantiam vivere; cæterum erga contradictores, & perturbatores Reformationis coercivam, & punitivam exerceat authoritatem, ut oportere fieri diximus supra art. 5. & 6. document. 4.

2 Ipse cum primum receptus fuerit in omnem mittat Provinciam exhortatorias litteras, ut divinam opem implorent ad tanti ponderis negotium peragendum, ut de omnibus instaurationibus factis diximus inceptis à petitione divini auxilij.

xilij Et erit valde conveniens, si in quolibet Conventu fiat Oratio quadraginta horarum coram augustissimo SS. Sacramento Eucharistiæ, ut supra tr. 9 art. 5 noster Reverendissimus Camart monuit in omni Religione fieri. Præveniat etiã sanctissimis monitis observantiæ Regularis, & ad venandum bonum spiritum, ut & prædictus Reverendissimus ibidem fecit, & art. 6. & Reverendissimus à Longobardis, art. 8. & quod Dominus dederit exhortari. *Nos.*

3 Edictum etiam faciat, & publicet ea qua decet sagacitate, quo sapienter innotescat omnibus iure optimo posse Prælatos urgere subditos omnes ad integram observantiam Regulæ, non modo in trium votorum essentialium, sed & propriorum quæ habent aliquæ Religiones (ut nos Quadragesimalijs vitæ) adimpletione, imo, & in circunstantijs votorum ut docuimus supra 3 p. tr. 12 ar. 15 16. 17. & alijs constitutionibus intra Regulam contentis, & Iuri communi consonis. *Nos.*

Sic cautum est in Reg. nostra, c. 5 num. 19 *Quod Fratres Minimi in omnibus quæ suæ animæ, & huic Sacræ Regulæ non adversantur suis Superioribus humiliter obediant.* Et est communis doctrina cum D. Thom. 2.2 q. 104 art. 5. & quodl. 10. q. 5, ar. 10. Glossa, cap. Periculosa, verbo *Præsentes*, S. Bonav in 2. d. 44 q. ult. Alex. Alen. 3 p Sũmæ Theologiæ, Angelo de Clau. tit. de Religiosis, n. 30. Sylvestro de Relig: 6. q. 6. & Navar. in Manual. c. 28. n. 38 & 39. Vbi secundũ istos Doctores quatuor genera rerum distinguntur, quæ venire possunt in præcepto. Alia sunt contra Regulam alia præter Regulam, alia supra Regulam, & alia iuxta, seu intra Regulam. Primi generis præcepta non sunt obedienda. Secundi generis (si alias sunt honesta, & non prohibita) non tenentur obedire, nisi volentes. Tertij generis, licet esset perfectio, perfectionem altiorem quam contineatur in Regula servare, & sectari, tamen ex vi professionis emissæ, non tenetur quis ad altiores observantias quam promisit: at quarti generis ea quæ sunt Regulæ iuxta, & intra illam conducentiaque ad illius illibatam observantiam, & urgere possunt Prælati, & subditi tenentur obe-

Reg. Min
S. Thom.
Gloss cap. Pericul.
S. Bonav.
Alexan.
Alen.
Sum. Angelica.
Sylvester.
Navarr.

Navarr. dire. Circa quod etiã Navar. 3 p Conſ. tit de Regular. conſ. 43. docet teneri profeſſum Religionis relaxatæ ſervare eam, in duricie Regulæ reformatam, ſi relaxatio non eſt introducta immemorabiliter. Quod in noſtra Minimitana Religione (laus Deo) allegari non poſſe conſtat, quia multis in Provincijs ſemper viguit obſervantia Regulæ, & noſtra profeſſio fuit emiſſa, uõ ut defacto obſervatur, ſed iuxta circunſtãtias

Sylveſt. poſitas, & limitatas in Regula. Vide Sylveſtrũ Religio 1. q. 8.

4 Cæterum hac urgentia miſſa Pacificus Viſitator, qui ſolis monitis nunc ſuadere oportet; certos reddat ſuæ intentionis exiſtere, neminem gravare, ſed voluntarie ſe Domino volentes ſacrificare, hos amplecti: ex his Reformationem, & inſtaurationem obliti ſplendoris Religionis noſtræ velle ſuſcitare, concurrentibus ipſis cum benedictione Dñi, & S. Frãcifci de Paula, necnon & ſua, quam ardentiſſimè eos attrahat.

5 Veniat præterea perſonaliter per omnes Provincię Cõventus, & omnes cuiuſcq; generis, & cõditionis Fratres audiat videat, & charitative tractet. Crebras exhortationes in capitulis Cõventuũ à ſe, & ab alijs fieri procuret, in quibus de obſervantia Regulari ſermonem faciant iuxta ea, quæ toto hoc opere recenſita ſunt, maxime de vita Communi, in qua ſit cor unum, & anima una, & marſupiũ unum. Non iam Peculia permittenda in Religione reformata, quia contra votum Paupertatis eſt, ut & optime tenet, & probat noſter Stephanus Iſnardus in Codice Minimo Ord. Minim. verbo: Paupertatis votum: *Dico* (inquit) *nullo modo, nec quocumq; prætextu poſſe quẽcumque Religioſum noſtri Ordinis Minimorum, habere aliquod Peculium, ſeu aliquos annuos redditus, á quocumque relictos, quomodocunque per ſeipſum expendendos, & adminiſtrandos.* Hoc latiſſime probat ex conſtitutionibus Apoſtolicis, & noſtro Correctorio, ac ſtatutis, nec in tota Gallia in noſtro Ordine hucuſq; introducta ſunt Peculia, quia iuxta puritatẽ Regulę vivunt omnes. Quod ſi aliqua eiuſdem Ordinis Provincia illa permittit, hoc eſt, quia deferbuit obſervãtia Regularis, nec ad inſtaurandã illam alia via certior, & neceſſaria eſſe poteſt, niſi

Stephan Iſnardus

niſi quod in particulari, nullus Religioſus habeat aliquid, ſed omnia cõmuni expenſa ſibi neceſſaria provideantur, & quod ipſi unanimiter conveniant, & proponant ſic faciendũ, quod omnia, quæ ſibi quocũq; modo advenerint ſtatim Prælato, & cõmunitati tradant. Ideo noſter celebri memoria ſemper dignus Revereudiſſimus Camart ſupra tr. 9. ar. 6. n. 3. dicebat nobis: *Paupertatẽ Religioſam votorũ tutiſsimam eſſe cuſtodiã certiſsimo eſt: ideoq; in illa ſincere ſtabilienda nerves omnes intendere decet.* Nec alia via promptior eſt ad hanc generalẽ reformatricem virtutem, niſi auferre Peculia, & cauſas permiſionis quę ſũt: quod de cõmuni eis neceſſaria nõ miniſtrantur. Obſervetur (quod ibi inhibet R. Camart) ut hoc apte fiat. *Nos.*

6 Præfigat tempus intra quod, qui voluerit in pura obſervantia Regulæ vivere, ſuum exponat placitum, & interim à Provinciali, & alijs fide dignis ingenium, & indolẽ cuiuſque venientium diſcat, & ſapienter probet ſpiritum, an ex Deo ſit, & non ex novitate, ac levitate animi: ut iuxta numerum Religioſorum aſſignet unum, vel plures Conventus Recoletioni dicatos. Diligenter diſcutiat proventus Monaſterij, & aſſuetas recipi eleemoſynas, ut apte, & commode ſuſtentari queat numerus præfixus, conventualium iuxta ſæpe dicta. Vide ſupra tract. 9. art. 3. *Nos.*

7 Permittat etiam, tam veniẽtibus ad Recolectionem, quàm manentibus in communi obſervantia, quod ex ſibi conceſſis ad ornatum cellarum & uſum myſteriorũ Dei, poſſint offerre Cõventibus Recoletis, ad decẽter ſacra peragere, ornamenta, & ſacras veſtes, ad Oratoria formãda, & clauſtra ſtipanda, imagines, & picturas ſanctorũ. In hiſce enim tantum locis communibus eiuſmodi ornamenta permittentur; in cellis autem privatis ea ornamenta permittantur quæ paupertatem redoleant Evangelicam. Vide, quæ diximus 1. p. tr. 9. art. 5. 2. p. tr. 5. ar. 5. & 3. p. tr. 8. ar. 3. & 5. Subveniant etiam Reges, Principes, Antiſtites, & ex omni genere ad huiuſmodi reædificationem, tũ auxilio tẽporaliũ bonorũ, tùm favore, & authoritate, ut factum vidimus in reędificatione murorum Ieruſalem. *Nos.* *1. p. tr. 13. art. 7. 8. & 9.*

8 Correctorem, Magistrum Novitiorum, Socium, & cæteros officiales assignet, qui habeant eas conditiones, quas diximus 1 p. tr. 13. ar. 11. tr. 10. art. 4. & 5. & alibi sæpe, & per Religiosa exercitia Regularia, maxime, quæ de Oratione, & silentio Evangelico, & de clausura, & servitio chori, ac sectanda humilitate discant perfectionem, & per studium maximè librorum Misticæ Theologiæ se adiuvent, & in collationibus spiritualibus, ut diximus 1. p. tr. 9. art. 6. se mutuo invitent ad meliora exercitia, &c. Et defectus, ac imperfectiones notẽt ad invicem: *Qua propter* (Aphor. Superiorum, c. 1.) *primo elaborandum est, ut ipse infirmus morbum agnoscat, ne suo iudicio nimis fidat. Advertenda signa infirmitatis, quæ ipse non advertit: & quanto antiquior morbus, tanto difficilior curatio.* Et sic statim ad invicem subveniantur.

Nos.

Ioannet. Nũo.

9 His sic elaborantibus novas leges non condat præter exercitium Regularium observantiarum, & quas iam habemus, quæ procul dubio otiosæ erunt, si Regula omnino observetur, nam illæ contra abusus conditæ sunt. Exemplum, doctrina, & directio Prælatorum, & Magistrorum pro nunc, ut leges vivę sufficiant.

Nos supra art. 10. a num. 6.

10 Formã habitus, & calceaturæ non aliam tradere oportet, quam eam, de qua supra) secundum Regulam nostrã. Habitus ex lana naturaliter nigra, & sine tintura contextus sit, & ex panno abiecto ac friseo, nõ ex sago, sed sicut videmus in habitu, & clamide S. P. Francisci de Paula, quæ usque modo perseverant. Et calceatura sit, de qua in Regula diximus: *Vtantur zocolis, aut soleis &c.* Calceaturam statuit P. Frãciscus, sed ad libitum reliquit illam esse ex hoc, vel illo genere, dummodo desuper nudi sint pedes: *Es libre, segun la Regla, traer sandalias, alpargates, çapatos abiertos de arriba, que llaman apostolicos.* Permittitur dispensatio iuxta cuiusque necessitatem â pedum nuditate, & sic non æque omnes dispensandi. *Ly adlibitum*, non appellat, nisi supra antecedentia verba, diversam materiam zocolorum, solearum, & calceorum desuper apertorum referentia iuxta Provinciarum varietates. Cooperiri nu-

nuditatem pedum, nec ad libitum Fratrum, nec ad varietatẽ Provinciarum, sed ad discretam dispensationem Prælati, supposita necessitate, aut rationabili causa, referri oportet. Et sic calcei, quibus nunc utimur, non apertis desuper, integra calceatura Oblatis permissa est, at eis uti indifferenter, ab omnibus, corruptella, & abusus introducti sunt. Memini à Maioribus audisse in nostra Hispania Cordubæ incepisse abusum: nam & quidam Prædicator integra calceatura usus est (quia sibi blandus, sic incedebat) & huius exemplum secuti sunt alij usque modo, & ideo in Reformatione hanc integram calceaturam reijcere opus est, ut servetur Regula. Et sic adhuc nostris temporibus videmus exijsse statuta contra hunc abusum anno 1593. Capit General Valent. 5 n 20. *Non omnes Fratres indifferenter debent esse calceati, sed attendenda est necessitas, & à Superiore probanda: cuius discreta dispensatione interveniente à pedum nuditate relaxabuntur Fratres.* Cap. Gen. Valen. 5.

11 Porrò nuditas pedum, quæ venit dispensanda: aut est ut cooperiantur integra calceatura, ut cõceditur, Oblatis, & nos gestamus modo, & sic exigente necessitate, non erit contra Regulam aliquos ex nobis dispensari, & calceis integris uti, vel nuditas superioris partis pedum erit omnimoda, quæ appareat (quam meo videri intendit Regula, ac etiam ex antiquis picturis liquet) & hoc facilius potest dispensari, maxime in regionibus frigidis, vel ubi honestas exposcerit propter assiduos congressus civium: & tunc erit, quando caligæ, quas permittit Regula cooperiant, non tantum tibias super genuas porrectæ, sed etiam pedes ipsos: vel si id non præstiterint caligę faciant udones, aut pediles. Et revera mihi valde placebit, si eiusmodi reformati, domi desuper nudos habeãt pedes; & dum incedunt per civitates ad congressum sæcularium, maximè mulierũ udonibus utantur laneis: quoniam dies mali sunt, decet viros Religiosos omnem amovere scrupulum.

Non inficiamur posse dispensari cũ aliquo, ut omnino pedes nudos habeat, careatq; soleis, aut calceis non vero caligis propter honestatẽ, sed hi debent esse probatissimi, & non vul-

ga-

garis observantiæ, qualem vidimus habere devotum Oblatum. Ioannem de S. Maria, & alios, de quibus 3. part. tract. 12. art. 22. 23. & 24.

Nos.

12 Denique hos sic puritatem Regulæ sectantes vocare nollumus Excalciatos aut Repetiatos, quia Regula id nõ præscribit absolutè. Nomenclatura illorum erit. *Fratres Minimi Recoleti*[nostra enim statuta Generalia Excalceati nomen abhorrent, tanquam adinvẽtum ab inquietis, & ambitiosis] Recoleti dicantur a verbo *Colo* colis, de quo Ambrosius Calepinus: *Idem valet aliquando*[inquit] *quod cultui suo, & nitori restituere, & pristinum decus reparare. Interdũ* (paucis interimissis) *quod meditari, rependere, & in memoriam revocare.* Quæ congruunt muneri intento horum Cœnobiorum, cuiusmodi est meditari, perpendere, quæ Religiosum Minimum decent, & in memoriam revocare, & exercere oblitas observantias: Religionemque Minimorum in pristinum restituere decorem, & quæ diruta fuerant instaurare, & renovare: quod etiã congruit cum ratione perfectæ Retormationis, seu instaurationibus, quam supra diximus art. 1. & art. 5. num. 8. & 9.

Calepin.

Nos.

13 Sic ordinatam Recoletionem, comimittet Visitator Vicario Generali, seu Protectori, qui invigilet super novum gregem, & cum creverit, alium, & alios Conventus erigere valeat cum interventione Ordinarij Provincialis, ut paulatim Deo dante totam Provinciam reformatam, & instauratam videre valeamus.

ARTICVLVS XII

Conventus alij observantiæ Communis quomodo ordinandi, & gubernandi pro reparatione collapsæ observantiæ Regularis?

1 VIsitator reliquos Conventus non reformatos, sed sub communi observantia degentes, meliori modo possibili componat. [Sicut Nehemias in alijs urbibus à Ierusalem

lem reformata posuit habitatores 1.p.tr.13 art.11.) Quamvis enim ad unguem servari Regulam impossibile sit, tamen abusus communes capitales, & scandalosos, quos noverit, tùm ex visitatione Generali præcedentium Superiorum, tùm ex contrectatione ipsius, dum negotium reformationis peregerit è medio tollere procuret prudentiali permissione illorum, quibus impossibile pro tunc remedium adhibere, indicaverit Sit exemplum in voto Paupertatis, quod ut servetur, secundũ Regulam nostram, & decreta Concilij, ac Clem. VIII. Reformationem, ac, alia statuta, generalia, pecunias recipere non possumus (imò ex propria Regula nullatenus tangere, ac super nos scienter defferre) neque Prælati eas nobis cõcedere. Et ideo quidquid pecuniarum nobis advenerit, in capsa communi mittendũ est, & cum pecunijs cõmunitatis confundẽdum, in tantum quod, nec nomine Religiosi in particulari ibi reponatur, nec asservetur, &c. Tamen supposita relaxatione senio confecta, ubi forte est & ab hinc multis annis introducta paulatim, quia Conventus necessaria non præbent Religiosis permittitur eis iure naturæ necessaria querere; & Prælatis id concedere nõ, ut ea habeãt propria, nec ut proprijs utantur ad quemcunq; usum, quia esset cõtra substantiã voti Paupertatis (quod nec Papa etiã concedere valet Religioso, manẽte Religioso) sed quod habeant usum revocabilẽ ad nutũ Prælatorũ: qui ut ait P. Laur. de Peirin tom. 1 de Relig. Subdito q.2 c.2.§.1. possunt cõcedere Religioso professo quod iusta de causa habeat aliquod peculium, seu aliquos annos redditus per se ipsum administrandos, quoad usus licitos. & honestos etiam indeterminatos, sed necessarios, ad nutum tamen Superiorum amoviles: & hoc non solum de Iure antiquo, sed etiam post Concilium Tridentinum. Sic introducta sunt Peculia, quæ multos habent hisce temporibus Patronos, quos referre non est necesse.

Nos.

Patrent Peirinis.

2 Hac admissa probabili doctrina (quæ nõ aliunde probabilis est, nisi quia Conventus non præbent necessaria Religiosis, urgeantur Religiosi ea peculia in loco tuto, & secure re-

reponere sub custodia alicuius, vel aliquorum Religiosorum â Capitulo locali deputatorum. Nõ pernoctent in cella, sed intra determinatum tempus â receptione reponantur in communi deposito peculiorũ. Vidi statutis, & inhibitionibus Prælatorum Superiorũ caveri ne Prælati locales disponere possint de peculijs sine consensu particularium, quibus concessa sunt, ne retrahantur timidi â reponendis pecunijs, & aliquos, id egre ferre, si de eis aliquid diminuatur: quod P. Isnardus in Codice Minimo verbo: *Paupertatis votum*, proprietatem sapere credit. Quod & ego dico, nisi inordinata cupiditas localium Prælatorũ excuset. Et ideo Prælati Superiores id precipientes reservant sibi amovere, vel nõ amovere concessum peculiũ. Tanta debet esse cupiditas, & durities Prælati, ut excusset à proprietate volentem indemne reservari suum peculium, quanta Prælati, de quo Sacra Congregatio [ut refert Isnardus ex Quaranta] depingit: *Superiore* (inquit) *quantumvis requisito, necessaria suis Regularibus negante, vel subtrahente, licet ipsis clam, vel eo invito, illa sibi comparare, seu retinere: etiãsi ideo necessaria negentur, quia Monasterij facultates nõ suppetũt, si præfata necessitas sit ad individui sustentationẽ.* Hæc ultima verba (subdit Isnardus) pondera, & cognosces peculium non esse admittendum curiositati satisfaciẽdi causa, vel avaritiæ, vel gulæ, vel ludo, vel libris etiam spiritualibus emẽdis. Nec ex ipso posse Regularem dare alteri Religioso eiusdẽ ordinis duodecim regalia, &c. Quod debet intelligi de sic acquisitis invito Prælato ad proprij individui sustentationem; nam si de licentia Prælati peculium acquiratur, de illo de eiusdem q; licentia, non est negandum licite posse expendere in rebus & negotij licitis, & honestis servata proportione, & quantitate Religiosa, qualis pauperem Religiosum decet.

Isnardus.

Isnardus. Sacr. Cõgregat.

Et ne pallium proprietati quis apponere possit, conveniẽs erit prohibere, ne pecunias etiam securitatis causa alienas quis servet, neq; pretiosam suppellectilem auri vel argenti, sine expressa licentia Superioris, cuius erit examinare, an verũ sit quod præfertur: nec similiter aliquid mutuare sine Prælati licen-

centia. Sic in alijs obſervantijs, quæ in toto rigore modo non obſervantur meliori poſſibili modo reformentur â Religioſis ſub communi obſervantia manentibus.

3 Singulis abuſibus alicuius momenti, qui ſtatim exulare non poſſunt é Conventibus communis obſervantiæ, relinquantur rationabilia, & poſſibilia ſtatuta (ſicut fecit Nehemias 1. part. tr. 13. art. 11.) aut ex iam nunc ordinatis, aut quæ bene viſum fuerit ordinare. Quæ ut apte executioni mandentur, invigilet Reverendiſſimus Generalis, ut Provinciales, & Correctores ſint ex probioribus, & magis idoneis. Et quia hoc dependet ab electionibus Capitulorum, in quibus humana negotiatio, & affectio carnis, & ſanguinis, ac ratio, quam vocant ſtatus, quandoque diſtributivam iuſtitiam frangunt, reiectis, & reprobatis viris probis, Religioſis & idoneis, quia filij huius ſæculi ſapiẽtiores ſunt filijs lucis: ideo Vicarius Generalis (quem Protectorem obſervantiæ Recoletionis nominavimus) conſtituatur ſuper omnem Provinciam. Qui talis ſit, quod inuſus nũquã fuerit nota ambitionis, & quod in paupertate, & obſervantia notum ſit ſemper vixiſſe. Is fidelis ſit executor eorum omnium, quæ pro Reformatione ſtabilita fuerint, tám reſpectu Recoletorum, quám reliquorum Conventuum obſervantiæ communis. Et ut nullus excuſetur ignorantia, ſub gravi pœna mandetur ſingulis Religioſis, ut tranſumptum habeant in privatis cellis eorum quæ obſervari iubentur, ut ea facilius adimplere poſſint, & debeant.

Nos.

4 Pro meliori denique regimine horum Conventuum, & Provinciarum propono, & noto primo quod Prælati, tàm pro Recoletis, quàm pro non Reformatis, quoad fieri poſſit tales ſint, ut non ſolum ſine peccato inveniantur gravi, ſed ita ſapientes, & prudentes, ut verificetur illud 1. dict. 25. Vnum orarium: quodque deſſumptum eſt ex Hieron. Epiſtol. ad Oceanum: *Res* (inquit) *contra naturam eſt, ut ſine peccato alius ſit: ſed talis eligatur, cuius cõparatione cæteri grex dicantur*

1. D. 25. verb. Ora rium.

5 Secundo adverto, & propono quod quamvis ex Regula noſtra, non ſit prohibitum, imò ex Actibus Capitularibus per-

Cap. Gen. 3. Val.

miſ-

miſſum ſit Valent. 3. nu. 8. ad 4. q. quod Provinciales poſſint eſſe ex aliena Provincia, & promoveri, hoc corrigatur ex Iure
Iura Can. Canon. diſt. 61. cap. *Epiſcopus*, c. *Nec emeritis*, c. etiam *Nullus*, ubi cavetur quod quando in aliqua Eccleſia, vel civitate inveniturr aliquis dignus, non præficiatur, qui de aliena provincia eſt; bene tamen, ſi nullus inveniatur dignus (quod vix credibile eſt) & addit, cap. *Nullus*, rationem: *Habeat unuſquiſque ſuum fructū militiæ in Eccleſia, in qua ſuam per omnia officia tranſegit ætatem. In aliena ſtipēdia minime alter orepat; nec alij debitam, alter ſibi vendicare audeat mercedem.* Et ſic ſemper na-
Noſupra turalis præferatur extraneo, niſi neceſſitas, & evidens utilitas aliud expoſcant; aut uniformiter Provinciales ſint ex aliena Provincia, ut Ioannetinus ſupra tr. 5. art. 3. n. 6. 7. & 8. ad innumera inconvenientia arbitratur tollenda pro futurum.

6 Hæc dixerim, ſervato modo procedendi, quem nos habemus in electionibus, quæ fiūt per ſuffragia in Capitulis Pro-
Nos. vincialibus: Secus autem ſi ut diximus ſupra tr. 6. art. 8 fieret congruentius, ſi Generalis Romæ ſemper aſſiſteret cū Conſiliarijs, ſeu Collegis, aut (ut alij aiunt) Diffinitoribus: quod foret congruentius, quod ipſi omnibus Provincijs Provinciales provideant, quique ſint ex aliena provincia adducti, habita ſufficienti notitia perſonarum, & qualitatum earum. Sic enim omnes benemeriti ex unaquaque Provincia præficerētur in alijs, & cum alias, nec eorum electio, nec ſucceſſorum dependeret ab ipſis, nec à vocalibus Provinciæ, ambitio, magna ex parte amputaretur, & officia liberius exercerentur adminiſtrandam rectitudinem, &c. Iuxta modum noſtrū, quando electio dependet à Correctoribus, Commiſſis, & Collegis Provincialis, melius eſt eligere idoneum propriæ, quam alienæ Provinciæ: quia de his, & non de alijs habetur notitia, & experimentum.

7 Demum tertio adverto quod ſicut cautum eſt (& bene) ex Decreto Apoſtolico non admiti, nec conſervari Conventum (ut diximus) qui ad minus duodecim Fratres ex redditibus proprijs, & ingreſſu ordinario, ſine occaſione vagandi extra

traMonaſteriũ, commode ſuſtẽtari poſſit: ſic nec Provinciam erigendam, aut conſervandam oportere, quæ tot Conventus non habeat, quot neceſſarij ſunt ad erigenda ſeminaria Novitiorum, ad collegia ſtudiorum ſuſtentanda, & ſumptus, qui neceſſarij ſunt pro rata expenſarum Reverendiſſimi P. Generalis Collegarum, & Zeloſi, ac Provincialis, & Commiſſi mittendorum ad celebrationem Capituli Generalis. Et ſi contingat id fieri non poſſe in Conventibus eiuſdem regni. quia pauci, & pauperes ſunt, comprehẽdat Provincia alia regna, v.g. Provincia noſtra Valentina vix in novem, aut decem Conventibus centum habet Fratres: Similiter Aragoniæ in eodem Regno, & in Navarra centenarium numerum vix attingit fratrum: quod etiam de Provincijs Cataloniæ, & Maioricæ verificatur. Oporteret ergo hæc omnia regna ad unam redigi Provinciã: nam earum diviſio, præter exhorbitantes ſumptus, quos dixi, ad nihilum ſerviunt, niſi ad multiplicanda ſuffragia, pro celebratione Cagituli Generalis, & forte ambitioni fomitem præſtandum.

8 In his Provincijs ex pluribus Regnis cõpoſitis poſſunt haberi Collegia in famoſioribus civitatibus, ubi florent Vniverſitates: & in congruentioribus Conventibus erigi ſeminaria Novitiorum: & pro maiori parce conſervanda, fiat circulus Provincialium alternatim, iam Valentini, iam Aragonici, iam Barchinonenſis: ſic enim de futura electione ſuccedente non poterit Provincialis machinari. Et in Diffinitorio, non ſint omnes Valentini, nec omnes Aragonici, &c. Sed unum quodque Regnum ſuæ nationis Collegam habeat, & Diffinitores ideoneos, qui ſui Regni Conventibus proſpiciant, ſicut de Collegis Generalis mos eſt, quod ſint ex tribus nationibus.

9 Et ne paſſim per longa itinera Provinciales cogantur meditari, ſit in quolibet Regno Vicarius unus Provincialis, aut Ordinarius, aut pro emergentibus, ut melius viſum fuerit Et ſi non adſit vicinum Regnum, cum quo uniri poſſit Provincia, votum non habeat Provincialis in Capitulo Generali, quoaduſque multiplicentur congruentia Monaſteria: & interim

rim subordinetur viciniori Regni Prouinciæ, & sic Deo dante, melius fient, quoadusque omnes, Recoletionis augmento, possint esse perfecti, & sancti, quibus cum lex non sit imposita ipsi suo pondere recto tramite prospere intendent, procedent, & regnabunt sine diuisione, aut emulatione.

10 Hæc pro meo pauperrimo captu, & si supra illum, ex Deo, pro Reformatione, & vera instauratione status Religiosi, ubi disciplina Regularis dilabitur dicta sint. Flores colligat, qui voluerit ex obseruantijs, & exemplis multitudinis institutorum quorum varietate decoratur Ecclesia Dei. Precorque Patres grauissimos, & Religionis avidos, ut modum hunc excogitatum Reformationis non spernant, imò ut nemini nocivum amplectantur. Videantur igitur supradicta remedia, & dictamina, acceptentur, moderentur, addantur, & corrigantur, aut in meliori modo disponantur, quia sub censura dicta sunt melius sentientium. Adsit nobis Spiritus sancti gratia, qui sanctissimos Religionum Fundatores ad condendas Regulas sanctas illustravit. Præsto sit Dominus Iesus Christus verus, & primus Religiosi status inventor, ac præcipuus Fundator. Intercedat pro nobis S. Patriarcha noster Franciscus de Paula, & sui non obliviscatur pusilli gregis. Occurrat, & patrocinetur hoc opus qualecumq; sit, S. Ioannes Chrysostomus egregius, & celeberrimus Doctor Religiosissimus, in cuius die sacra contigit finiri 27. Ianuarij. Et quia nobiscum aliquando evexerat statum Religiosum ad instaurationẽ status Innocentiæ, & iam ultra progreditur ad Empyreum Cœlum Angelis comparandum, illius verbis opus concludã: *Tantam Angeli* (ait de Monachis) *in Cœlo versantur. Illico, choro constituto integra conscientia omnes, quasi ab uno consonãtes ore, diligenter hymnis Deum laudant, gratias pro universis, tàm proprijs, quàm communibus beneficijs ei agentes. Quare illo Adam omisso, quid inter Angelos, & hunc Monachorũ intersit chorum libenter interrogaverim, qui sic in terra cantant, & dicunt: Gloria in excelsis Deo, &c.*

Chrysost. tom. 2. homi. 69. in Matthæũ cap. 21.

INDEX
ALPHABETICVS
SENTENTIARVM, ET RERVM
QVÆ IN HAC QVARTA PARTE IDEAE
TOTIVS STATVS RELIGIOSI,
CONTINENTVR.

A.

Abnegatio.



ABNEGARE sepulchre explicatur, trac. 1 ar. 4 n. 2 fol. 11.

Abusus.

Modus inquirendi *Abusus* in Visitationibus, tr. 3 art. 1 fol. 28. Quid sit *Abusus*, & quantum noceat? tract. 3 art. 2 fol. 31. Quot sunt *Abusus* Regularem observãtiam destruentes, quotq; remedia adhibenda? tract. 3 art 2. n. 4 fol. 32. Duo capitales *Abusus*, Primus præfici malos, & indignos Prælatos: de hos fusse, tract. 4 & tr. 5 fol. 34, & 44. Remediũ est bonus eligere Prælatos, tr. 6. fol 52. Secuudus radicalis *Abusus* est Iuvenum & Novitiorum mala educatio, tract 8 art. 1 fol. 115. Remediũ est huius, bonos habere Magistros, ibidem, ar, 2. & 3 fol. 118, & 122 Institutiones pro educatione Novitiorum tr. 9 art. 4 fol. 140. Abusus omnium Religiosorum subditorum respectu suorum Prælatorum, & ipsorum inter se, tract. 7 fol. 79. Contra omnes *Abusus* leges condere non est efficax illorum remedium, tract 10 art. 2 num. 4. fol. 168 Tollantur *Abusus* substantiales, tr. 10 art. 5. nu. 1. fol.

175. & art. 6. n. 1, fol. 179. *Abusio* magna est, cũ vitia dicuntur virtutes, tr. 4, art. 1, n. 6, & 8. fol. 35.

Accusantes.

Multilocos *Accusantes* debet Visitator habere suspectos, tr. 6. ar. 2, fol 57.

Administratio.

Bonorũ Conventus administratio ordinatur ex Decretis Clem. VIII dari tribus Fratribus, tr. 9. art. 2. fol. 133.

Ægidius Camart.

Generalis Ordinis Minimorum commendatur, tr. 2 art. 1, n. 4, fol. 15. Mittit Epistolas ad omnes provincias pro reformatione Minimorũ, trac. 9, art. 5, fol. 145. Eiusdem statuta pro Reformatione eiusdem Ordinis, tr. 9, art. 6. f. 149 Moritur cum dolore suorum, tr. 2, ar 1, n. 5, fol 15, & tr. 9, art. 7, fol 152.

Ætas.

Requisita ad habitum Religiosum, tr. 8; art. 1 fol. 115 & tract. 9, ar. 4, fol. 140.

Ambitio Ambitiosus.

Ambitio quid, & eius cõditiones tract. 4, art. 1, & 2, fol. 34, & 37, tr. 5, ar. 1, & 2. fol. 34, &. 37. & tr. 6, ar. 1, fol. 53 *Ambitionis* strages, tract. 2, art. 1, fol. 14. *Ambitiosus* execratur, tr. 4, art. 1, fol. 34. ar. 3, fol. 40, tr. 5, art. 1, & 3. fol. 44. & 50, tr. 6, art. 1, fol. 53.

Amicitiæ.

Quæ *Amicitiæ* damnabiles? tr. 7 art, 10 fol. 111.

Amor.

Amor parit zelũ, tr. 1. ar. 3. fol. 8. *Amor* erga Prælatos, tr. 7. artic. 3. fol. 85.

☞ Vide C. tit. *Charitas.*

Anachoretæ.

Anachoretæ alij erat boni, & mali alij, tr. 1. art. 2. fol. 5.

Apostatare.

Apostatare Religiosos exleges fructus est bonus Reformationis, tr. 3 art. 1 num. 9 fol. 31.

B.

Baptismus.

Sacramẽt tũ *Baptismi* religat nos Deo, tract 7 art. 8 n. 5 fol. 104. *Baptismus* secundus dicitur professio Religiosi, tr. 9 art. 7 n. 3. fol. 152.

Beatitudo.

Operari propter Beatitudinem facit Prælatos Beatos, gaudẽtes immobilitate, fruitione, & beneficẽtia erga subditos, tr. 6. art. 1. â num. 2. fol. 53.

Binos.

Et *Binos* iubent Iura, & Regulares observantiæ, aut ternos exire Religiosos, ut se ad invicem custodiant, tr. 7. art. 7. án. 3. fol. 99.

INDEX.

Bona

Quæ *Bona* possunt Superiores dispensare Religiosis; & quæ nō, tr. 9 art. 1 n. 6 fol. 129. *Bona* Novitiorum quomodo, & quando renuntianda? tr. 9. art 1. num. 11. fol. 131.

☞ Vide P. tit. *Paupertas.*

☞ Vide N. tit. *Novitij.*

Brevia.

Brevia Apostolica qualiter liceat vel non illa impetrare Religiosum contra Regulam? tr. 6. art. 8. num. 5. fol. 77.

C.

Calceatura.

In Ordine Minimorum qua *Calceatura* uti licebit, & dispensari, tr. 10. art. 10. n. 9. & 10 & art. 11. â n. 10 fol. 194. & 196.

☞ Vide N. tit. *Nuditas.*

Camisia Lineæ.

Camissas Lineas prohibentur portare Fratres Minimi, tract. 9, art. 6. num. 4. fol. 150.

Canonizatio.

Canonizationes Sanctorum, quare nō fiant statim post mortem? tr. 7 art, 8 n. 9 fol, 105.

Capitula Generalia, & Provincialia.

Capitulum Generale Congregatū tenetur omnino Reformationē dilapsę Religioni adhibere, tr. 2. art. 1 n. 14. 15. & 16 fol. 18. *Capitula Generalia*, & Provincialia tenentur determinare singulis Conventibus iuxta posse, determinatum numerum Religiosorum, tr. 9. art. 4. n. 8. fol. 144.

Castitas.

Castitas Religiosa periclitatur extra claustra, tract. 7 art. 7 fol. 98. *Castitas*, & alia duo vota se mutuo producunt, & conservant tr. 8 art. 5 n 9 fol. 148.

Casus Conscientiæ.

Casuum Conscientiæ lectio bis in hebdomada habenda, tr. 9 art. 2 fol. 133.

Charitas.

Charitatis unio facit Monachos Paradiso similes, tr. 1 art. 1 n. 4 fol. 3.

Charitas erga proximum, tr. 9 ar. 5 num. 8 fol. 148.

☞ Vide A, tit *Amor.*

Cella Religiosa.

Cellæ uniformes debēt esse in supellectili, & nudis omnino parietibus, tr. 9 art. 2 num. 3 fol 133. Duas *Cellas* nullus habeat: & illę non extra Dormitorium: & unica clave omnes aperiantur, tr. eo dem, art. 2 num. 8, fol. 135.

Cœnobitæ.

Cœnobitæ, & Eremitæ boni, qui? tr. 1. art. 2. n. 4. fol. 6.

Christus.

Christi vita, & mors meditanda, tr. 8 art. 2 num. 5 fol. 119.

Christus dedit fructum utrique Testamento, tr. 6 art. fol. 57. Fit *Christus* dives valde multitudine credentium in eum, tr. 10 art. 3 n. 3 & 4 f. 169. *Christi* vera pax nõ datur discordibus, imò absorbit fictam, & deordinatam pacẽ, tr. 7 art. 10. n. 4. fol. 111. *Christus* plantavit Religiones, ut vineas suas, tr. 1. art. 2. n. 3. fol 5.

Christus verus Reformator status Religiosi.

Christus abundabat donis necessarijs ad bonum Prælatum Reformatorẽ, tr. 6. ar 2. n. 4. fol. 57. *Christus* formari debet in nobis vt reformemur, tr. 10. art 2. n. 3. & 4 fol 164. *Christus* reformavit, non omnia puniendo, tr. 10 ar. 2. n. 2 fol. 167. Reformavit *Christus* ut bonus Isaac Religionis observãtias deletas, tr. 10 ar. 3. & 4. f. 169 Vt observantiæ vena inveniatur debent Reformatores excavare in corde *Christi*, n. 7 fol. 171.

Chorus Monachorum.

Chorus Monachorum, Chorus Angelorum, tr. 10. art, 12, n. 11. fol. 200. *Chorus Monachorum*, ubi est discordia, non est Chorus Angelorum, sed Dœmonum, tr, 7, art. 10. n. 4 fol. 111, A servitio *Chori* nullus Regularium est Immunis tr. 9. art. 2, fol. 133.

Clausura, & Claustrum.

Extra *Claustrum* Religiosus, nec eat, nec degat, quia valde periculosum, & nocivum, tr. 7. art. 7. fol. 98. Religiosi extra *Clausurã* egredientes, quam preparationẽ oportet habere, vt illesi è mundo redeant, ibidem, num. 13 De *Clausura* Monialium et qualiter Monasterio egredi liceat, vel non, tr. 9 art, 1 n. 8 fol. 129. Pulcherrimis similitudinibus commendatur *Clausura* Religiosa tr. 7. art, 7 num. 1 &c. 98. Extra *Claustrum* ducitur Religiosus à Dœmone, ibid, n. 4 fol. 99. Exiturus foras examinetur á Prelato, & qualiter foris se gerere debeat, ut indemnis redeat, ibidem, num. 12 fol 101.

☞ Vide E. tit. *Exire*, seu *Egredi*.

CLEMENS VIII.

Commendatur *Clemens VIII.* qui Congregationem Cardinalium pro Regularibus condidit, tr. 2 art. 2. n 7. fol, 21.

Edidit Decreta pro Reformatione omnium Regularium, tr. 9 art. 2 fol. 133. Eiusdem pro Reformatione Ordinis Minimorũ art. 3 fol. 137. Institutiones eiusdem pro receptione, & educatione

Novitiorũ, art. 4. fol 140.

Collatio spiritualis.

Sit in Novitiatu locus aptus pro *Collationibus spiritualibus*, tr. 9. ar. 4. n. 5 fol. 141 *Collatio spiritualis*, ad quid deserviat? tr. 10 art. 11. n. 8. fol. 196.

Collegæ.

Generali Minimorũ debent assistere *Collegæ*, tr. 6. art, 8. num. 1 fol, 76. Et tenentur cum eo ambulare in visitationibus sub pœna privationis, tr. 9 ar. 3 n. 3. fol. 138 *Collegæ*, tã Generalis, quám Provincialium & Correctorum non debeut esse illorũ consanguinei, nec creaturæ, ibidem. *Collegæ* Generalis favere debent Reformationi, tr. 9. art, 8. nu. 6, fol. 155,

☞ Vide in F. tit. *Consiliarij.*

Comminatio.

Inducit metum irritans electionem, tr. 4. art 3. n. 7. fol. 43.

Commissio.

Non est danda sentienti contrarium negotio *Commisso*, tr. 2 art. 3. num. 15 fol. 24. *Commissionis* litteræ debent ante omnia manifestari à Visitatore, ut examinentur. An sint legitimæ: tr. 3 art. 1. n. 1, fol, 28.

Communio.

Frequentanda â Ministris Altaris, tr. 9. art. 1. nu. 5. fol. 123. De confessione, & *Communione* Monialium, ibidem, n. 8. fol. 129.

Communitas.

Sectanda est ab omnibus Regularibus, tr, 9. art, 1. n. 6, fol, 129. *Communis* vita sectanda, & fugienda singularitas â Novitijs, tr. 8. art. 2 n. 7. & seq. fol. 120.

Compromissum.

Via electionis per *Compromissum* declaratur, & laudatur, tr. 5. art. 1. num 3. & seq. fol. 44. *Compromissarius*, quomodo dare possit sibi suffragium? ibidem, n. 4. fol. 45. *Compromissio* in volũtatem superioris pessima & execrãda, ibidem, n. 7. & 8. fol. 45.

Concilia.

Quæ *Concilia* curaverint Reformationem status Religiosi, tr, 2. art. 2. n. 5. & 6. fol. 20. *Concilium* Tridentinuum fuit strenuum in hoc, ibidem. Decreta *Concilij* Tridentini pro Reformatione Religiosorum, & etiam Monialium recensentur, tr. 9 art. 1. fol. 126.

Concordia.

Sine *Concordia* Fraterna nullum operis sacrificium, & Deo gratũ, tr. 7. art. 9. n. 4. fol. 108.

Confessio, Confessarius.

Sine licentia Ordinarij non licet sæcularium *Confessiones* audire, tract 9. artic. 5. num. 9. fol 128.

Ad audiendas Monialium *Confessiones* debent dari aliquando extraordinarij *Confessarij*, ibidem, n. 8 fol. 129. *Confessarij* boni, & probi eligendi sunt pro Reformatione, tr. 10 art. 5 n. 1. fol. 175, & 177, & ar. 6 n. 1 fol. 179. *Confessionē*, quam dicunt Generalem faciant Novitij, tr. 9 art. 4 num. 3 fol. 141.

Conformatio.

Si desit Prælato *Conformatio* cū suis subditis in victu, & vestitu valde nocebit, t. 6 ar. 5 n. 7 f. 68.

Congregationes.

Sacrā Cōgregationē pro Regularibus erexit Clem. VIII. tr. 2 ar. 2 n. 7 fol. 21. *Cōgregationes* ex calceatæ, & Recoletę separatę, & de novo fundatæ cōmendantur, tr. 10 ar. 3 fol. 169. *Congregatio* quantumvis Recoleta, si non manet unita Religioni, unde cōgregata, nil prodest eiusdem Reformationi, ibid. art. 4. fol. 173.

Consiliarij, Consilia.

Consiliarij quales, ut audiātur, tr. 2 ar. 3 n. 13 fol. 24. Non sint adulatores, nec detractores, tr. 6 ar. 6 n. 4 fol. 70. Sine *Consilio* nihil faciat Prælatus, tr. 2 ar. 3 n. 12. fol 23, & tr. 6 ar. 6 n. 1, 2, & 3. fol. 69. Et quæ *Consilia* sequi debēt, n. 7 fol. 70. Ad quid petēdū *Consilium*, tr. 2 ar. 3 n. 14 fol. 24.

Constitutiones.

Constitutionum maximē novarū transgressores sedulo corripi debent, tr. 6, ar. 4, n. 6, & 7. fol. 64. Nec facile dispensandæ *Constitutiones*, ne gignantur abusus, ibidem, num. 8 fol. 65.

☞ Vide L. tit. *Leges humanæ.*

☞ Et Lit. S. tit. *Statuta.*

Consuetudo.

Consuetudo mala grande malum tr. 3 art. 2 fol. 31.

Conventicula.

Seu particulares amicitiæ reijciātur â Cōgregatione Religiosorum: lædūt enim amorem Fraternum, tr. 7 ar. 9 n. 5 fol. 108.

Conventus.

Conventuū fenestræ quomodo regulari debēt, tr. 9 ar. 4 n. 3. fol. 135. Singuli *Conventus* habeant suam infirmariā, n. 9 ibid. Extra *Conventum* nulli concedatur legere, ibid. & art. 1 n. 7. fol. 529.

☞ Vide supra tit. *Claustrum Clausura.*

Conventus sint sufficientes alere saltem duodecim Fratres cōmorantes sine vagatione, tract. 9 art. 3 num. 8 fol. 139. Alias dimittantur, num. 6. Determinetur numerus Religiosorum cuique *Conventui* iuxta posse, ut Capitulis magis expedire videbitur, tr. 9 art. 4 n. 8 fol. 144.

Ne detur occasio quæstui damnabili, & distractioni, tr. 10 art. 5 n. 5. fol. 177. Nullus recipiatur Novitius: nisi in *Conventibus* de signatis, tr. 9 art. 2 n. 9 fol. 136. & art. 4 n. 10. fol. 144. *Conventus* faciẽtes filiationes ad loca Novitiatuum Novitios mittant, tr. 9 art. 4 n 7 fol. 144.

Conventus pro Recoletione.

Recoleti paucos debent habere *Conventus*, tr. 10, art. 4 n. 7 fol. 175. Non enim possunt simul omnes Conventus reformari, ar. 5 n. 4 fol. 177. In his, & non in alijs *Conventibus* recipiãtur Novitij, art. 5 n. 2 fol, 176 art. 7 n. 1. & 5. fol. 182. Maneant semper *Conventus* pro communi observantia, art. 5 n. 2 fol. 176, & art. 7 n. 5 fo. 183. Sit mutua transeũdi facultas inter *Cõventus* communis observantiæ, & Recoletorum, tr. 10 art. 5 n. 2 fol. 176. ar. 6 n. 5 fol. 180, & ar. 7 n. 4 fol. 182. *Cõventus* Recoletorũ regantur in principio, nõ per Correctores annuales, sed Vicarios Triennales, tr. 10 art. 7 n. 10 fol. 184.

☞ Vide M. *Monasteria.*

Frater Minimus ad esum carniũ dispensatus interdicitur *Conventu* exire, tr. 9 art. 3 n. 2 fol. 138. In *Conventibus* reformatis degant tantũ volentes, & cõsentientes Reformationi, tr. 10 ar. 6 n. 2, 3. &cet fol. 179. Suppelectilia *Cõventus* Recoletorum, tr 10 art. 11 n. 7, fol. 196.

Conversatio.

Discolarum *Conversatio* multũ nocet Recoletis, tr 10 art. 5 n. 2, fol. 176. & art. 7 n. 7 fol. 183.

Conversio, Conversus.

Conversio peccatoris dicitur partus, tr. 10 ar. 1 n. 3 fol. 165.

Cõversorum cura nõ omittenda, tr. 9 art. 4 n. 6. fol. 143.

Correctio.

Correctio signum amoris est, & Religiosus eam retundens, indignus est habitare cum Fratribus, tract. 6 art. 4 num. 2 fol. 63. Prælatus non *Corrigens* transgressores nutrit abulus, & nocet, tr. 6, art. 4, n. 3, & 4. fol. 63, & 64. *Corrigere* debet Prælatus cõpassive, tr. 6. ar. tr. 5, n. 2, & 3. fol. 66. Nimia asperitas Prælatorum nocet in *Corrigendo*, art. 5, fol. 66. Subditus, qui specie pietatis censurat, *Correctiones* Prælatorũ hypocrita est, tr. 6, art. 4, n. 3. 4, & 8 fol. 63, & 65.

☞ Vide P. *Punire.*

Correctrix.

Quam ætatem, & Professionis tempus debeat habere, tr. 9, ar. 1 num. 9. fol, 130.

Crux.

Crucem laboris Religionis porta re nolens, duriore cruciabitur, tr. 1 art. 4. n. 3, fol: 11. *Crux* Pœnitentiæ volũntarie acceptata fit ſuavis unctione Spiritus Sancti, n. 4, fol, 12. *Crucem* portãt aliqui conducti, & ſine fructu, ut Symon Cyrenæus 4. part, tr. 8. art, 3. fol. 124.

Curatio.

Infirmorum ſubditorũ *Curatio* non ſit per exceſſum neque per defectum, tr. 6. art, 4. fol, 63. *Curationem* omnium infirmitatum non curet Religioſus, tr. 7. art, 5. num. 5, & 6. fol, 92.

D.

Decedere.

A Conventibus nulli Fratrum liceat ſine licentia Superiorũ *Decedere*, tr. 9, art. 1, n. 7, fol, 129.

☞ Vide C. *Clauſura Conventus.*

Decreta.

Clementis VIII. *Decreta* pro Reformatione Regulariũ, tàm Monachorum, quàm Mendicantiũ cuiuſcunq; Ordinis, & inſtituti ab Vrbano VIII confirmata, tr. 9 art, 2. fol. 133 *Decreta* eiuſdem Clem. pro Reformatione Ordin. Minimorum, tract. 9. art. 3, fol. 137.

☞ Vide. C. *Conſtitutiones.*

Deformatio Deformatus:

Deformatæ Religiones comparantur vineis deformatis, & qualiter, tr. 1 art. 2, n. 3 fol, 5. *Deformatorum* Monachorũ genus pulchre depingitur, tract. 2, num. 5, fol. 6. Deplorandi ſunt Monachi *Deformati*, & diſſoluti, tr. 1. art. 2 n. 10, fol. 7, *Deformata* vita Religioſorum arcet venientes ad habitũ, tr, 8, art, 1, n, 11, fol, 121, Ad Religionem *Deformatam* an liceat inducere Novitios? tr, 8, art, 3, num, 5, fol, 124,

Delinquentes,

Debent *Delinquentes* puniri ne nutrianturtranſgreſſiones, & delicta, tr, 6, art, 4, n, 3, fol, 63.

De elinquentes Sæculum.

Duo genera *Derelinquentium Sæculum* unum bonum in Loth, alterum malum in eius muliere, quæ reſpexit retro, tr, 7, art, 7, n, 5, fol, 99,

☞ Uide R, *Renuntiare*, & S,

☞ *Sæculum,*

Dignitates.

Non licet *Dignitates* appetere etiam habenti excellentiam virtutis, tr, 4, ar, 2, n, 3, fol, 38.

Dignitatum procuratio prohibetur, tr, 9, art, 2, n, 10, fol, 136,

☞ Vide A. *Ambitio.* H.

☞ *Honores.*

INDEX.

Diſcolæ.

Diſcolarũ converſatio nocet Recoletis, tr, 10, art, 7, n, 7, fol. 183,

Diſcordia.

Vbi eſt *Diſcordia*, non eſt chorus Angelorum, ſed Dœmonũ, tr, 7, art, 10, n, 4, fol, 112.

Diſcordibus, non datur pax Chriſti, ibidem,

Diſpenſare.

Diſpenſatio quid? & quomodo ſi in Ordine fiat deſtruit obſervantiam, & ducit ad infernum, tr, 6. art. 4, n, 8 fol 65. *Diſpenſare* Superiores in voto Paupertatis prohibentur, tr. 9. art. 2, nu. 2, fol. 133, Non ſublevamen, ſed detrimentum ſequitur ei cũ quo diſpenſatur obſervantia Regulæ, tr. 10, art. 5, n, 9, fol. 178,

Diſputationes.

Quibus circũſtantijs debeãt eſſe *Diſputationes*, ut illæ ſint Religioſæ? tr. 10, art. 9, fol. 187.

☞ Vide S, *Studia litterarum*,

Diſſoluti.

Monachi *Diſſoluti*, malorum Monachorum genus, tr. 1, art. 2, n. 5, fol. 6. Depingu tur, Monachi *Diſſoluti*, & de eis lamentandum, ibidem á n. 6, uſq; ad 10, fol. 6, & 7.

☞ Vide ſupra *Defonmatio*, & ſeq.

Diſtractio.

Vnde oriatur *Diſtractio* in Religioſis? tr. 10, art. 5, fol. 177.

☞ Vide R. *Relaxatio.*

Documenta.

Quæ *Documenta* ſequi debet bonus Prælatus, tr. 6, art. 6, num. 7, fol, 70.

Documenta.

Quæ *Documenta* pro inſtruendis Novitijs, tr, 8, ar. 2, ân. 4, fo. 119 Duodecim *Documenta* obſervanda pro perfecta inſtauratione dilapſæ Religionis, tr. 10, art. 5, n. 6, & 7, fol. 119.

E.

Eccleſiæ.

Eccleſias Religioſorum non poſſunt viſitare Ordinarij, tr. 9 art. 1. num. 2, fol. 126.

Educatio.

Qualis *Educatio* tales mores Novitiorum, t 8. art. 1, num 6. & 8. fol. 116 & 117. Summa diligentia adhibenda eſt in *Educatione* Novitiorũ, de effectu cuius multa mala veniunt Religioni, tr. 8, art 1, n. 7, 9 & 10. fol. 117. & 118. Bona Novitiorum *Educatio* dependet á bono Magiſtro, & à bono exemplo Profeſſorum, tr. 8. art. 2 fol. 118. Puritas Regulæ relaxatur defectu bonę Novitiorum *Educationis*, tr. 9, art. 1. fol. 126. Conſtitutiones pro bona *Educatione* per Clement. VIII. ibi-

ibidem, art. 4 fol. 140.
☞ Vide N. *Novitij.*

Egeni.

Qui in sæculo erant *Egentes*, & pauperes, habentes in Religione sibi necessaria, quid debēt *Cogitare?* tr. 7 art. 6 n. 6. fol. 95.

Electio.

Ad *Electionem* Canonicam est omnino necessaria libertas, tr. 5 art. 1 fol. 44. In *Electionibus*, triplici ariete concutitur libertas, Prætio, Prece, & Comminatione: & qualia crimina, qualesque pœnas incurrat, qui sic procurat, tr. 4 art. 3 fol. 40. Nominata cum exclusiva tollit libertatem necessariam ad *Electionem*, ibidem, n. 8 fol. 43. *Electio* Canonica est triplex per communem Inspirationem per Compromissum, & per viam Scrutinij, tr. 5 art. 1. fol. 44. *Electio* per communem Inspirationem valde bona, & quales debet habere conditiones, n. 2. fol. 44. Via *Electionis* per Compromissum declaratur, & laudatur, n. 3. 4 5. & 6. fol. 44. & 45. Forma *Electionis* per Scrutinium, ut secreto, & sine fraude fiat ex Conc. Trid. & nostris statutis, tr. 5 art. 2 fol. 46. Varij modi, ut intentum Concilij in *Electionum* secreto, habeatur, n. 4. 5. & cet. fol. 47. Placitū Authoris, quod non de manu Scribæ, sed aliunde portentur schedulæ, & secrete, & libere fiat electio, n. 12. fol 49. In *Electione* Commissorum etiam secretum servandū, tr. 9 art. 1 n. 9 fol. 130. *Electio* Canonica nō erit, in qua non convenerint vota ultra medietatem, tr. 9. art. 3. fol. 137.

Electores, Eligentes.

Compromissarij quomodo possint sibi dare suffragiū, tr. 5. art. 1 n. 4. fol. 45. Absentiū *Electorū* vota suppleri nō possunt tr. 5. ar. 3. fol. 50, & tr. 9 ar. 1 n. 9 fol. 130. Mutua dependētia inter *Electores*, & *Electū*, grande malū, tr. 5. ar. 3 n. 4 fol. 51 *Electores* qualiter debent ponderare bonitatē eligendorū, tr. 6. ar. 2. â n. 9. fol. 59. *Electores* debent iurare de meliori eligendo, tr 9 ar. 2 n. 10. fol. 59. *Electores* Correctoris localis Ordinis Minimorum non possunt mutari per tres mēses ante electionem, tr. 9 art. 3 fol. 60. *Eligentium* sanior pars non potest dignosci in electione per Scrutiniū, tr. 5 ar, 2. n. 3, fol, 47.

Eligendus Electus.

Eligendus qualiter respondere debet ante, & post electionem offerentibus honores, ut nō censeatur ambitiosus? tr. 4, art. 2, n. 9, & 10, fol. 39. Indebite *Eligun-*

tur

tur ambitiosi, tr. 4, art. 3, fol. 40. Ambitiosus electus semper manet iniquus, tr. 5, ar. 1, n. 9. fol. 46 Eosdē in pluribus Conventibus *Eligere* indifferens est ad bonū, & ad malū, tr. 5, ar. 3, n. 2. fol. 50. Vacuus virtutū prohibetur *Eligi* ad honores; plenus vero vrgēdus, tr. 6, ar. 1, n. 8, fol. 55, & ar. 2. n. 9, fol. 59. Cōditiones eligēdi, Prælatus indigne *Electus* tuta conscientia in officio esse non potest, & quare? tr, 6, art, 3, fol, 60, Ad officia, qui magis servāt Regulam debent *Eligi*, tr, 9, art, 2, n, 10, fol, 136, Boni Prælati monetur *Electio*; & mali cavetur ob mala, quæ sequuntur, tr, 9, ar, 5, n, 5, fol, 146. Si localis Prælatus *Eligatur* ex alio Cōventu, & Provincialis ex aliena Provincia forte erit utile, tr, 5, art, 3, n, 7, fol, 51,

Eleemosynæ,

Mendicare importune *Eleemosynas* Religiosos, & valde onerosū sæcularibus, & observātiæ nocivū, tr, 9, ar, 3, n, 10, fol, 140,

Episcopi,

Episcopi ex Iure in multis habent potestatem reformandi exēptos Regulares, tr, 2, ar, 4, n, 5, fol, 25, Et ideo invocandum est eorum auxiliū ad reformationē: & ipsi favere debēt, ibid, n, 8, & 9, fol, 26

Episcopi, nō possunt visitare Ecclesias Regularium, nisi eis sit animarum cura, tr, 9, art, 1, n, 2, fol, 127, A solis *Episcopis* conferēda sunt tonsura, & minores Ordines, n, 4, fol, 127, *Episcopus* dispēsare potest in Interstitijs, ibid Sine licentia *Episcopi* novum, non potest erigi Monasterium, n. 6. fol 129.

☞ Vide ○ *Ordinarij locorum.*

Epistolæ.

Ad Eminentissimum, & Reverendissimū Cardinalem Protectorem Ordinis *Epistola* pro Reformatione, tr, 2, art, 1, fol, 14, *Epistola* ad Reverendissimum Generalem Simonem, tr, 2, art, 1, num, 5, fol 15, Monet non timere subeūdos labores pro augmento, & bona directione Religionis, & boni cōmunis. Boni præmientur, & impij, ac deformati reijciantur ab honoribus. Ad eūdem pro bona directione Capituli Provincialis imminentis, ibidem, n, 10. fol, 16, Ad Reverendissimum Fr, Francis-cum â Longobardis Ordinis Minimorum Generalem, quem SS, Vrbanus VIII, è Maurorum captivitate venientem authoritate Apostolica evexit ad officium Vicarij sui Apostolici, ac Generalis, ibidem, n, 12, fol, 17, Ad Capi-

pitulum Generale Ordinis Minorũ de Obſervantia Ioannetin Niño pro Reformatione, num, 15, fol, 18, *Epiſtola* Reverendiſſimi P. Ægidij Camart Gener: Ordinis Minimorum ad omnes Provincias, ubi monita ſanctiſſima præſcribit pro tuenda obſervantia Regulari, tr, 9, art, 5, fol, 145, Alia eiuſdem veluti commentum primarum ordinationum cum inhibitionibus iuxta textum Regulæ, & Correctorij tr, 9, ar, 6, fol, 149. *Epiſtola* Reverendiſſimi P. Gen Franciſci à Longobardis recenter electi ad omnes totius Ordinis Fratres, humilitatem, & zelum maxime redolens, pro bono ſtatu obſervantiæ Regularis, tr 9 art. 8, fol. 153 Alia eiuſdem ad Authorem, zelũ, & humiliratem pariter indicans, n. 5, fol. 155. *Epiſtola* R. P. Ioannis kermarec Collegæ Generalis pro natione Galli a ad Authorem, zelum illius pro obſervantia commendantis, ſimulque ad id auxilium promittentis, ibidem, n. 6, fol. 155. Tertia *Epiſtola* R. Franciſci â Longobardis ad omnes Provincias Hiſpaniæ, humilitatem ut ſupra, pariter, & pauperratem pro diſponenda viſitatione Generali, tr. 9. art. 8. num. 8. fol. 156. *Epiſtola* C. P. Fr. Ioannes Baptiſta Conca recenter electis Generalis Minimorũ ad omnes Provincias, deteſtans lites ſuadens Pacem, tr. 9, ar 9, n. 2, fol. 158. Alia eiuſdem ad aliquas Provincias: conqueritur de repugnantia obedientiæ, lamentatur diſcordias; ſuadet paternaliter pacem, & cõcordiam, n. 9 fol 160. Alia eiuſdem ad Sorores aliquarum Provinciarum: diſſuadet parcialitates propter Fratres, ſuadet obedientiam ſuo Vicario Generali: datq; alia ſalutaria monita, ibidd à n. 14 fol. 161.

Euchariſtia.

Locus ſervandi *Euchariſtiam* in conventibus Monialium, tr. 9, art. 1, num. 8, fol 129.

Exactio.

Exactiones pro Miſſis novis; nec non, & aliarum Miſſarum interdicuntur, tr 9, art. 1. n. 3, fol. 127.

Examen, Examinanda, Examinatores.

Examinandi ſunt ſpiritus venientium ad habitum, tr. 8. art. 3. & 10 fol. 122. & 163. Item art 7. n. 2, fol. 152. *Examinatores* ad beneficia poſſunt eſſe Regulares, & qualiter *Examinandi* etiã Regulares, tr. 9 art 1, n. 5. fol 128, Tres *Examinatores* eligendi in Capitulis Generali, vel Provin-

cia-

ciali, qui examinent Prædicatores, Confessores, & Lectores, ante quam ad officia promoveãtur, tr. 9 ar. 2 n. 11 fol. 136. Examinentur in Sacris constituti, tr. 9 ar. 3 n. 4 fol. 138. Venientes ad Recoletionem, quomodo examinandi, tr. 10. ar. 5 n. 2. fol. 176. & ar. 7 n. 12 fol. 185.

Excalceati.

Congregationes *Excalceatorũ* separatæ cõmendantur, tr 10 ar 3. f. 169. altercatio inter Religiosos observantes, & *Excalceatos* super vera Regulæ intelligentia, n. 8 9. & 10 fol. 170, & 171. Conciliantur Fratres observantes, & *Excalceati*, tr. 10 ar. 3 n. 11. f 172

☞ Vide R. *Recoletio Recoleti.*

Excommunicatio.

Sententia *Excommunicationis* non, nisi summa maturitate ferenda est, tr. 9 ar. 1 n. 12 fol. 132.

Exemplum bonum.

Exterior forma observantiæ est bonum maiorũ *Exemplum*, quod qui nõ sequitur incipit relaxari, tr. 10 ar. 1 n. 6 fol. 165. *Exemplũ bonorũ* sequatur Novitius; fugiat malorum, tr. 8 ar. 2 n. 9, & 10, fol. 120. & 121. *Exempla* Christi, & aliorum bonorum Prælatorum in non acceptandis dignitatibus, nisi ex mandato Dei, tr. 6 ar. 1. n. 6. &c. fol. 55. Mũdus dat necessaria Religiosis, si dederint *Exemplum bonum*, tr. 7 ar. 5 n. 9 fol. 93. Mirę Mansuetudinis *Exemplum* dedit Romualdus, tr. 8 art. 2 n. 13. fol. 121, & Ioannes Damascenus Obedientiæ.

☞ Vide O. *Obedientia.*

Exemplum exactæ Reformationis, tr. 10 ar. 6 n. 3 fol. 180.

Exemplum malum.

Malum *Exemplum* in commune introductum, grande malum, & fugiendum, tract. 9 ar. 2 fol. 31. *Exemplum malorum* Prælatorũ valde movet subditos ad malũ, tr. 4 ar. 1 n. 9 fol. 35. Et illud sequuntur iuvenes, tr. 8 ar. 1 n. 6. fol. 116.

Exemptiones.

Contra Charitatem facit, & paupertatẽ Religiosus, qui affectat *Exemptiones* alio titulo quam necessitatis, tr. 7 ar. 5 n. 3 fol. 91.

☞ Vide S. *Singularitas.*

Novitiorum *Exercitia* corporalia, tr. 9 ar. 4 n. 5 fol. 143.

Exire, seu Egredi.

Absque licentia non permittat Ianitor aliquem egredi Conventu, tr. 9 ar. 2 n. 7 fol. 135. Qualem eligere debet Prælatus, ut *Exeat* ad necessitatem proximi, tr, 7 ar. 8 n 10 fol. 106.

☞ Vide sup. C. *Clausura.*

Extinguere.

Religio valde relaxata, quomodo veniat extinguenda, tr. 10. ar. 7 fol. 182. Sic in reformanda Religione *extinguendi* sunt abusus relaxationis, ibidem.

F.

Favores.

Non est contra Reformationẽ gaudere aliquos *Favoribus*, & privilegijs iuxta Regularia sui instituti, tr. 7 ar. 6 n. 2 fol. 94.

Forma Religionis.

Interna *Forma* Religionis suppo nit gratiam, tr. 10 ar. 1 n. 5 fol. 165. *Forma* externa ab exemplo bono Maiorum, n. 6 fol. 165. *Formari* Christum in nobis quomodo, n. 3 fol. 164.

Fr. Franciscus Ximenez de Cisneros

Qui postea Archiepiscopus Toletanus pro suorum Reformatione multas molestias passus est, tr. 3 ar. 1 n. 5 fol. 29.

P. Franciscus à Longobardis.

Italus Ordinis Minimorum è captivitate Sarrazenum erutus á summo Pont. fit Generalis Apostolicus, tr. 2 ar. 1 n. 11 fol. 17. & tr. 9 art. 7 n. 4 fol. 153. Curam exibitam Reverendiffimi *Francisci a Longobardis* ostẽdunt eius Epistolæ, & Ordinationes, humilitate, & zelo sancto plenę, ad omnes provincias missæ, tr. 9. ar. 8 fol. 153. Commendatur adhuc vivens, n. 7. & 9. fol. 156.

Fratres.

Fratres amandi, ut Fratres; fugiendi, vt Dœmones, tr. 7 ar. 10 fol. 111.

☞ Vide A. *Amor.*

Fratres quocumque prætextu á suis Conventibus non decedant, tr. 9 ar. 1 n. 7 fol. 129. Tot *Fratres* in locis, & Conventibus degant, quot possunt sustentari, tr 9 ar. 2 n. 5 fol. 134, & art. 3 n. 8 fol. 139. *Fratres* Minimos mutari ante electiones locales, quomodo, ibid. n. 1 fol. 137.

☞ Vide M. *Monachus.*

☞ Vide R. *Religiosus.*

G.

Gallus.

Ex nominibus *Gallus*, & *Simon* deducitur, qualis debeat esse bonus Prelatus in bonum Religionis, tr. 2 art. 1 à n. 7 fol. 16.

Generales Religionum.

Certiores facti *Generales* de deformatione Religionis tenentur providere de remedio, tt. 2 art. 2 fol. 15. Ad id muneris aliqui *Generales* Epistolas, & ordinationes ediderunt pro Ordine Mi-

nimorum, tr. 9 art. 5 6 & 8. fol. 145 149. & 154. *Generales* Minorum, & Minimorum quanto durent tempore, & quod esset decentissimum duodecim annis maxime Minorum in officio perdurare, tr. 6 art. 7 fol. 72. Oporteret Romæ semper assistere *Generales* cum suis Consiliarijs, ibidem â n. 4 fol. 73. Id probatur decentissimum in ordine Minimorum, tr. 6 art. 8 fol. 76.

Gubernare.

Ad munus *Gubernandi* observãtissimi sunt præficiendi, & discolæ eijciendi, tr. 2 art. 1 n. 8, 9. 10, fol. 16. *Gubernare* debẽt Prælati fideles ad pristinum Religionis decorem, ibid. n. 12 fol. 17.

☞§ Vide P. *Prælati.* S. *Superiores.*

H.

Habitus.

Antiqui Patres *Habitum* oblongum voluerunt, ut operiret pedes, tr. 10 art. 10 n. 2. fol. 191.

☞§ Vide V. Vestis *Vestimentum.*

Deformata vita Religiosorum retardat venientes ad habitum, tr. 8 ar. 1 n. 11 fol. 118. Num liceat inducere aliquem ad recipiendum *Habitum* in Religione deformata? ibidem, art. 3. n. 5. fol. 124. Arcet venire ad *Habitum* recipere habentes non bene probatos ad professionem, ibid. n. 2 fol. 122. Non omnes recipientes *Habitũ* admittendi sunt ad Professionem, ibidem, n. 3. & 4. fol. 123.

☞§ Vide E. *Examen.* N. *Novitius*

Honores.

Honor quid sit, & qualiter appeti possit, tr. 4 ar. 2 fol. 37. Quales deordinationes incurrat procurans *Honore*, n. 3 fol. 38. Offerentibus *Honoros*, qualiter respondere oporteat, n. 9. & 10. fol. 39. Ad *Honores* ascendere prohibentur virtutibus vacui, tr. 6. art. 1 n. 8 fol. 55.

☞§ Vide A. *Ambitio.* O. *Officium.*

☞§ D. *Dignitates.* P. *Prælatus.*

Hospitia.

Hospitia sine dotatione, aut spe illam obtinendi pro fundatione Conventuum relaxãt observantiam, tr. 9 art. 3 n. 11 fol. 140.

I.

Ianitor.

Monasterij *Ianitor* debet esse vigilantissimus, tr. 9 art 2 n. 7. fol. 135. Et etiam Novitiatus *Ianitorem* habeat, tr. 9 art. 4 n. 5. fol. 143.

Idololatria.

Resistentes obedientiæ quodãmodo incurrunt *Idololatriam*, tr 7. art. 2 n. 2. fol. 83.

Immobilitas,

Quomodo Prælati sicut Beati gaudere poterunt *Immobilitate*, tr. 6 art. 1 n. 2 fol. 53.

Imperatores.

Qui *Imperatores*, & Reges procuraverint instanter Reformationem, tr. 2 art. 2 n. 4 fol. 19.

Impetrari.

Qualiter Religioso Minimo liceat, vel non, *Impetrare* Brevia Apostolica? tr. 6 art. 8 n. 5. fol. 77.

Imprimere.

Libros *Imprimere*, qualiter liceat Regularibus, tract. 9. art. 1. fol. 126.

Indisciplinati

Indisciplinatus iuvenis describitur, tr 8 ar. 1 fol 115. Quanta abominatio, & quam certa damnatio *Indisciplinati* iuvenis, n. 2 & 5. fol. 113, & 116. Propria volũtas est Magistra *Indisciplinati* Novitij, art. 2 n. 11 fol 121.

☞ Uide N. *Novitij*, & infra *Iuvenis.*

Indumenta.

Exteriora *Indumenta* Religiosi Minimi sint uniformis coloris ex lana naturaliter nigra, & sine tinctura contexta, tr. 9 ar.. 6 n. 4 fol. 150.

Infirmi Infirmaria.

Frater Minimus *Infirmus* dispensatus ad esum carnium, non potest illas comedere extra *Infirmariam*, nec extra Conventũ, tr. 9 art, 3 n. 2 fol. 138. Dispensatus *Infirmus* ad carnes peccat comedendo nocivas, num. 3. fol. 138. *Infirmaria* in singulis Conventibus constituatur, tr. 9 ar. 2 n 9 fol. 135. Religiosus non debet affectare curationes omniũ *Infirmitatum*, tr. 7 art. 5 n. 5 fol. 92. Charitas erga *Infirmos*, tr. 9 art. 5 n. 8 fol 147.

Infirmi habituales cœlitus visitati reficiendi, cibis quadragesimalibus abundantioribus, quam sani & exonerandi à laboribus, & vigilijs in Ordine Minimorũ, tr. 7 art. 6 n. 3 fol 94.

Informator.

Informatores Novitiorum qui? tr. 9 art. 5 n. 6 fol. 147. In Ordine Minimorum *Informatores* Novitiorum nõ possunt eorum cõfessiones audire, tr. 9 ar. 4 n. 5. fol. 143.

☞ Vide M. *Magister.*

Ingressus.

Qualiter interdicendus, aut indulgendus *Ingressus* ad Monasteria Monialium, tr. 9 art. 1 n. 8, fol

fol.129. Impedientes mulieribus *Ingressum* Religionis excõ municantur, ibid.n.11 fol.131.

Inobediens.

Inobediens committit practice peccatum ariolandi, tr.7 art. 2 n.2 fol.83.

☞ Vide O. *Obedientia.*

Inquirere Inquisitio.

Visitationis *Inquisitio* quotuplex, tr,3 in præfatione, f.28. Abusus quomodo inquirendi à visitatore, ibid. ar.1 fol.28.

Inspiratio.

Electio per communem *Inspiration*ẽ est valde bona, & quas debeat habere cõditiones, tr. 5.art.1 n.2 fol.44.

Instaurare, Instauratio,

Instauratio, quid sit, tr.10 ar. 1 fol.164. In quo cõsistat *Instauratio* Religionis, ibid.n.7 f.166.

☞ Vide R. tit. *Reformatio.*

☞ *Renovatio.*

Ad exactã *Instaurationem* Religionis ponuntur quatuordecim documenta, tr.10 ar.5 fol.175. Observantes Religio si tenentur procurare *Instauration*em Religionis, tr.1 ar.3. à n.2 fol.9. Prælatus omittẽs *Instauration*ẽ strictã reddet rationẽ, ibid.n.4 fol.9. Est enim munus boni Prælati *Instaurare* Religionẽ, tr.2 ar.1 à n.6 f.2.

☞ Vide R. titul. *Reformatio.*

☞ *Renovatio.*

Institutiones.

Pro receptione, & educatione Novitiorũ *Institutiones*, tr.9 ar 1 fol.126.

Interdicta.

De *Interdictis*, & cẽsuris à Regularibus observandis, tr.9. art.1 à n.10 fol.130.

Interstitia.

Ad Maiores Ordines non recipiantur, non completis *Interstitijs*; nisi Episcopus aliter iudicaverit expedire, tr.9 art. 1 n.4 fol.127.

Ioannes.

P. Fr. Ioannes Baptista Ronca creatur Generalis Apostolicus Minimorum, & prorogatur in officio per triennium, tr.9 art.9 n.1 fol.158. Scripsit tres Pastorales Epistolas ad Provincias, n.2.9: & 15 fol.158 159 160, & 161 Commendatur, ut pacisamator, n.21 fol.163.

Isaac.

Fit *Isaac* dives valde, insurgũt invidi: fodit puteos humo plenos patris sui Abrahæ, tr.10 ar.3 n.2 f.169. Fodit etiã alios novos & invenit aquarũ abũdantiã, n.5 fol.170. Significat *Isaac* Christũ Dñm, & Reformatores Religionũ, n.3 fol.169. Cum *Isaac* erat Dñs, & ideo

Abimelech cũ comitatu veniunt inire cũ illo iuramentũ, n.11.f.172.

Itinerantes

Religiosis *Itinerantibus* detur Viaticũ, & ipsi in domibus sęculariũ nõ pernoctẽt, nec incedant soli, tr. 9 ar. 6 n 5 f. 151.

Iudicium.

De verbo otioso erit *Iudicium* stricti Religiosis, tr. 7 ar. 10 n. 6 f. 113. Propriũ *Iudicium* dãnabile est, & deponendum, tr. 7. art. 1 n. 1. & 5. fol. 79 & 81.

Iuvenis.

Iuvenis est flexibilis ad bonũ, & ad malũ, tr. 8 ar. 1 n. 4 f. 116 Sequuntur *Iuvenes* exempla Prælatorũ, & Fratrũ, n. 6 f. 116 ☞ Vide supra *Indisciplinati.* ☜ & N. *Novitij.*

L.

Lampas.

In Dormitorio Monachorum tota nocte *Lampas* accendatur, tr. 9 ar. 2 n. 8 fol. 135.

Largitio Munerum.

Cõstitutio de *Largitione munerũ* Religiosis interdicta observetur, tr. 9 art. 2 n. 10 fol. 136.

Lectio Lectores.

Lectio Sacræ Scripturæ bis in hebdomada habẽda, tr. 9 ar. 2. fol. 133 *Lectores* Regulares exami nẽtur ab Ordinario, si in Ecclesia intra claustra vero a suis tũ superioribus, tr. 9 ar. 1 f. 126. *Lectores* privilegijs nõ gaudeãt nisi actu legant, ar. 2 n. 6 f. 134

Lectores.

Lectores habere favores, & exẽptiones, non est contra Reformationẽ, tr. 7 art. 6 n. 7. 10. 11. & 12. Erit tamẽ si accipiãtur ut præmiũ, vel cõtra Regulam, n. 8 & 9. fol. 96. & 97 Quid de *Lectoribus Iubilatis* in ordine Minimorũ. n. 13 & 14. fol. 97.

Lectus.

Singuli Religiosi *Lectum* habeant suũ, tr. 9 ar. 2 n. 8 fol. 135

Leges.

Boni Prælati meditantur in lege Domini, quæ præscribit modum ascendendi ad Prælaturas, tr. 6 art. 11 n. 5 fol. 54. Leges condere cõtra omnes abusus est inefficax remedium ad reformationem, tr. 10 art. 2 n. 4 fol. 168 *Leges* suppetunt, sed applicatio illarum deest, ibid. n. 6 fol. 168.

Liber.

Habeat Superior *Librum* ad registrandas Novitiorũ Professiones, tr. 9 ar. 4 n. 7 fol. 144.

Lignum.

Lignum plantatum, secus decursus aquarum: & *Lignum* vitæ

tæ afferentia fructum significant Christum, & Prælatos bonos, tr. 6 ar. 2 n. fol. 57.

Litterarum Studia.

Studia Litterarum, si debitis, circūstantijs fiant Religioni observanti congruunt; & dilapsam reformant, tr. 10 art. 9 fol. 187. Valde deformat statum Religiosum carentia *studij Litterarum*, tr. 10 art. 9 n. 1 & 3 fol. 187. *Studia Litterarum* Religiosa debēt esse coniuncta humilitati, n. 1 & 6 fol 187. Item ad invicem cum Oratione exerceri n. 4 fol. Et cum charitate, & amore Dei, & proximi n. 5 fol. 187. *Studia Litterarum*, quæ nociva sunt Religioni, quæ sint, qualiterq; dignosci valeant? tr. 10 ar. 9 n. 7 & 8 fol. 189.

☞ Vide infra S. *Studia Literarū*

Lites.

Lites Religiosorū in Curijs deplorandę, tr. 9 art. 9 n. 3 5. & 6. Vnde lites oriantur, n. 4 fol. 50 & 51.

Localis.

Eligendus, ubi debeat esse *Localis*, tr. 5 art. 3 n. 7. 8. 9. 10. fol. 51. & 52. *Localis* debet esse, & convētualis in ordine Minimorum vocalis tribus mensibus ante electionē, tr. 9 ar. 3. fol. 50

M.

Magister Religiosus.

Depingitur bonus Magister Novitiorū qualiesse debeat tr. 8 art. 2 f. 118 & tr. 9 ar. 4. fol. 140. Quale exemplū *Magistri*, tales informandi Novitij, tr. 8 ar. 1 n. 6 fol. 116. Discretione indiget *Magister* Novitiorū, tr. 8 ar. 2 n. 3 f. 119. *Magister* Novitiorū, & Socius eius cligūtur in capitulo Provinciali per triennīū tr. 9 ar. 4 n. 4. fol. 140. Habeat *Magister* plenā potestatē erga Novitios, ibi 142. Sit locus in Novitiatu pro Magistro, & Socio, ibid. n. 3 f. 142

☞ Vide supra E. *Educatio*, & I. ☞ *Informator*, & infra *Novitij Magisteria.*

Magisterij gradus prohibetur in ordine Minimorū, & quare? tr. 7 ar. 6 n. 7 & 8. In aliquibus Religionibus non est contra Reformationem, ibid. f. 96.

Magnanimitas.

Magnanimitati opponitur Ambitio, & in quo cōsistat *Magnanimitas*, tr. 6 ar. 2 n. 11. fol. 59.

Mansuetudo.

Mirę *Mansuetudinis* exēplum tr. 8 ar. 2 n. 13. f. 121.

Mendicantes

Religiosi importune *Mēdican-*

tes sunt gratiosi, & odibiles sęcularibus, tr. 9 ar 3 n. 10 f. 140.

Mensa.

Eadē *Mensa*, & victus Religiosis laudātur, ar. 9 ar. 5 n. 8 f. 148

Minimorum Ordo.

Regnla *Minimorū* observantiā cōtinet silentij Evangelici, & multiloquiū detestatur, tr. 10 ar. 8 fo. 185. De vestimētis Fratrū *Minimorum* exterioribus, & de calceatura, tr. 10 ar. 10 à n. 6 fol. 192. Fratres *Minimi* quomodo dispēsandi in quātitate, & qualitate vestimentorū, ibid, n. 10 fol 194. Non omnes dispensandi ad integrā calceaturā, ar. 11 n. 10 fol. 196 Religio *Minimorū*, qualiter indigeat reformari? tr 3 ct. 10 in Exordio, n. 3 f. 164. Decreta SS Clem. 8. pro Reformatione Ordinis *Minimerū*, tr. 9 ar. 3 f 137. Pro Reformatione Ordinis *Minimorū*, aut procuranda, aut exhibita extant Epistolæ, & Ordinationes, tr. 9 ar. 5. 6. & 8 fol. 145 146 & 153

☞ Uide E. *Epistolæ.*

De facto, quāto tempore durēt officia Generaliū Provincialiū, & Correctorū localium Ordinis *Minimorū*, tr. 6 ar. 7 n. 1. & 3 fol. 72. Decētissimū esset, Generalē *Minimorū* cū suis Collegis Romæ semper assistere, ar. 8 à n. 1 ad 6. fol. 76. & quod Vigiles, aut Vicarij Generales super Provinciales cōstiterent, n. 7 & 8. fol. 78 Et hi non Ordinarij, sed pro emergentibus sint, tr. 6 ar. 8 n. 9. 10 & 11 f. 78. & 79. Quid in Ord. *Minimorū* de Processibus contra Fratres formatis, nū servādi, nū comburendi? ibid. n. 2. 3. & 4. fol. 76 & 77. Qualiter liceat, vel non Fratri *Minimo* Brevia impetrari contra Regulā, n, 5 fol. 77. Ordo *Minimorum*, nō est deformatus in substantialibus observantijs, & ideo strictior, & perfectior alijs tr 9 ar. 9 n. 22 fol 163.

Minorum Fratrum Ordo.

De durationeofficij Generalis *Minorum*, tr. 6 ar. 7. n. 1. f. 72 Et esset decentessimū duodecim annis durare, n. 2 fo 73. Et quod cū suis Cōsiliarijs Romę semper assistat à n. 4 fol. 73.

Missa.

Pacta, & exactiones *Missarum* etiā Novarum interdicuntur tr. 9 ar. 1 n. 3 fol. 127 Ignoto Sacerdoti nō permittitur *Missam* celebrare: etiā nō permittitur celebrari in privatis domibus nec extra Ecclesiā. Neq; permittatur celebrari *Missæ sacrifi-*

ficium indebitis horis, nec alijs quam ab Ecclesia approbatis ceremonijs. Et etiam certus numerus *Missarum*, & candelarum prohibetur, tr. 9 ar. 1 n. 3. fol. 127. Prohibetur celebrare *Missam*, qui sine Superioris licentia promovetur, ibid. n. 4 fol. 127 Nõ se abstineant Sacerdotes à celebratione *Missæ* quotidiana, tr. 9 art. 6 num. 2. fol. 149.

Monachus.

Nomen *Monachi* quid significet? tr. 7 art. 8 n. 3 fol. 103. Et quod repugnat illi se miscere in negotijs sæcularium, ibid. 103. *Monachus* observãs fit Beatus habens Christum pro prçmio tr. 1 ar. 1 fol. 2. Multitudo *Monachorum* in charitate unitorũ Paradisso similis, encomijs extollitur, ibid. n. 4 fol. 3. *Monachi* ficti quales? tr. 1 art. 2 n. 2. fol. 5. Sex *Monachorum* genera, tria bonorum scilicet, Cœnobitæ, Eremitæ, Anchoretæ; tria malorum, scilicet Apparentes Anachoretæ, circũceliones Proprietarij, & deformati dissoluti: & qui illi? tr. 1. art. 2 n. 4 & 5, fol. 6.

☞ Vide D. *Dissoluti.*

Mali *Monachi* deformant Christi, & Ecclesiæ faciẽ sua perfidia, tr. 1 ar. 2 n. 11 fol. 7. Periculosum est *Monacho* sine Socio ambulare, nec temere iudicabitur incontinens, tr. 7 ar. 7 n. 7 & 9 fol. 100.

☞ Vide R *Religiosus.*

Monastica vita

Vita *Monachorum* vita Angelorum, tr. 10 ar. 12 n. 11 fol. 200.

Monasteria.

Nil delectabilius *Monasterio* bene ordinato in exercitijs observantię, tr. 1 art. 1 n. 4. fol. 3. Deformatum *Monasterium* quale, tr. 1 ar. 2 n. 5 fol. 6. De numero Regularium in *Monasterio* constituendo; & quod sine licentia Episcopi novum non erigatur, tr. 9 ar. 1 n. 6 fol. 129. *Monasterio* Moniales non egrediantur: & ad ipsum ingressus qualiter interdicendus, tr. 9. ar. 1 n. 8 fol. 129. *Monasteria* Monialium sint intra mœnia urbis, ibidem.

Moniales.

De cõfessione, & Communione *Monialium*, & Confessore extraordinario eis concedendo, tr. 9 ar. 1 n. 8 fol. 129. Correctricis *Monialium* ætas requisita: & habitus, ac professionis tempus necessarium, n. 9 fol. 130. Gubernatio *Monialium* ad quos spectet? & quibus Supe-

rio ribus debeãt iubijci? ibid.

Multi loquium.

Quid sit *Multi loquiũ*. & quomodo cõpatiatur sine fractione Silẽtij? tr. 10 ar. 8 n. 6 fol. 187.

☞ Vide S. *Silentium.*

Mundus.

Mũdus dat necessaria Religiosis, si ipsi dent illi bonũ exemplum, tr. 7 ar. 5 n. 9 fol. 93.

☞ Vide P. *Pax* & S. *Seculares, Seculum.*

Munera.

Constitutio de largitione *Muneriũ* Religiosis interdicta observetur, tr 9 ar. 2 n, 9 fol. 136.

Murmurantes Murmurationes.

Murmurantes contra Prælatos reprehenduntur, utpote lædentes obedientiam, & amorẽ illis debitum, tr. 7 ar. 3 fol. 85. Zelus iustitiæ trucidet *Murmurantes*, n. 3. fol. 85. *Murmurantes* minimos Prælatorum defectus, mentientes honorẽ sunt Charitate orbati, n. 4. fol. 85. Non *Murmuret* Religiosus, quando necessaria, & debita illi desunt, ibidem. n. 6 fol. 86. Particulares amicitiæ pariũt *Murmurationes*, tr. 7 ar. 10 n. 5. fol. 113. *Murmurans*, animarum sanguine pascitur, fraterna viscera corrodit, & alijs replentur abominationibus, tr. 7 ar. 10 n. 9 & 10. fol. 114.

Mutari.

Non potest *Mutari* Frater Minimus per tres menses ante electionem Correctoris Localis, tr. 9. arr. 3. fol. 137.

N.

Negotia.

Implicat cũ nomine Monachi misceri *Negotijs* sæculariũ, tr. 7 ar. 8 n. 3 & 4 fol. 103. Qualiter hoc venit intelligendũ, ar. 8 n. 1. 2. & 6. fol 103 & 104.

Nominata

In electionibus *Nominata* cum exclusiva tollit libertatem necessariam ad valorem electionis, tr. 4 art. 3 n. 8. fol. 43.

Novitiatus.

De situ, & positione *Novitiatus*, in quo *Magister*, & Socius sient, tr. 9 art. 4 n. 3. fol. 142. Sit in *Novitiatu* locus pro Collationibus spiritualibus: caminus quoq; ad calefaciẽdũ: sit etiã Oratorium, ibid. tr. 9 ar. 3 n. 3. fol. 138. Habeat etiam *Noviciatus* hortũ peculiarẽ, sin minus cõmunis serviat, non intrantibus alijs, dum *Novitij* recreantur, tr. 9 ar. 4 n. 3. fol. 142. *Novitiatum* solus Magister, ac Socius, & aliquando Prælatus ingrediantur, ibid. Secundos

No-

Novitiatus pro recenter Professis, tr. 9 ar. 4 n. 8 fol. 144. Religiones, quæ consueverũt Novitios plus temporis in *Novitiatu* tenere, continuent, num. 9. fol. 144.

Novitij.

Novitij ante sumptionem habitus examinandi, tr. 8 ar. 3 f. 122. & tr. 10 art. 7 n. 2 fol. 182. Observationes in ipsa receptione *Novitij*, ar. 7 n 3. fol. 182.
☞ Vide M. *Minimorum Ordo.*
Novitij recipiãtur in reformatis conuẽtibus, & non in alijs, tr. 9 ar. 2 n. 9 fol. 136. & tr. 10. ar. 5 n, 2 fol. 176 & ar. 7 n. 1, & 5. fol. 182, & 183. *Novitius* omnia pandat Magistro etiam cogitationes, tr. 8 ar. 2 n. 2 fol. 119 *Novitius* fugiat ociositatẽ, ibi. n. 6. fol. 120. *Novitius* sciat, & amet Regulã, & proprias Ordinis observantias, n. 8 fol. 120 Sequatur bonum exemplum bonorum; & relinquat malorum, n. 9 & 10. fol. 120. Præsentia Dei, & meditatio Scripturarum sunt optimi Magistri *Novitiorum.* n. 10. fol. 124. Non velle doceri à Magistro est dæmonum, n. 12. fol. 121. & quã necessaria *Novitio* sedula obedientia, ibid. Non omnes *Novitij* recipiendi sunt ad Professionem, tr. 8 ar. 3 n. 3. & 4. fol. 123
Non statim ejiciendus est *Novitius*, delinquens, sed charitative expectandus, n. 4 fol. 123.
De renuntiatione bonorum *Navitij* quando & quomodo facienda, & quę liceat, an non intra tẽpus Novitiatus recipere, tr. 9 ar. 1 n. 11 fol. 131 Cõstitutiones speciales pro *Novitijs* à Clem. 8. tr. 9. ar. 3. f. 137
☞ Vide E. *Educatio.*
☞ H. *Habitus receptio.*
☞ I. *Indisciplinati.* M. *Magister*

Nuditas pedum.

Pedũ *Nuditas* in Religiosis nõ est laudabilis, nisi iuxta præscriptũ Regulæ, tr. 10 ar. 10 n. 1. & 5. f. 191. & 192. *Nuditas* pedum Fratrum Minimorũ, & quomodo dispensandi in illa ibi. n. 9 & 10. fol. 194. Quibus posset permitti omnimoda *Nuditas* pedũ, tr. 10 ar. 11 n. 11 f. 197

O.

Obedientia.

Obedientia debet esse sedula, & infatuata, tr. 8 art. 2 n. 12. fol. 121. *Obediẽtia* Regularis exhortatur, tr. 9 ar. 5 n. 7. fol. & ar. 9 n. 11 12. & 14. f. 147. 160, & 161
Mirum *Obedientiæ* exemplum dedit Ioãnes Damascenus, tr. 8. art. 2 n. 13. fol. 122. *Obedientiam* comitantur tres Theo-

logicæ virtutes, & ſic Religio configuratur Deo Sancto, tr. 7 art. 2 fol. 83. Sine *Obedientia* nulla vera virtus tr. 7 ar. 1 n. 1. & 10 fol. 79. & 82. *Obedientiam* lædunt murmurantes, tr. 7 ar. 3, fol. 85. *Obedientia* ſine interiori reverentia, non eſt *Obedientia*, ſed abuſus, tr. 7 ar. 1 n. 1, & 2 fol. 79 *Obedientia* valde meritoria eſt, & Deo placens. tr. 7 ar. 1 n. 8 fol. 82 Vera *Obedientia* debet eſſe charitate veſtita, & ſimplicitate cordis, ar 4 fol. 87. Reformatur abuſus *Obedientiæ*, ſi veram humilitatem habeas, tr. 7 art. 1 à n. 3. fol. 80. In dubijs, quamvis cõtrarium ſentias, tutius eſt *Obedire* Prælato, depoſito proprio iudicio, art. 1 n. 5 fol. 81. Ille enim organũ Dei loquentis eſt, n. 6 fol. 81. Abuſus *Obedientiæ*, & remedia illorũ tr. 7 ar. 4 fol. 87. Prius habitabit lupus cum agno, quam *Obedientia* cum peculio, tr. 9 art. 5 n. 8 fol. 147 *Obedientia* Paupertas, & Caſtitas ſe mutuo producunt, & conſervant, ibid. n. 9 fol. 148.

☞ Uide I. *Inobediens*

☞ V. *Voluntas.*

Oblati.

Ueſtimenta exteriora Fratrũ *Oblatorum* Ordinis Minimorũ quæ? tr. 10 art. 10 n. 7 fol. 193. *Oblatorum* calceatura ex Regula integra eſt, n. 9 fol. 194.

Obſervantes Obſervantiæ.

Obſervantes præficiendi ſunt amotis diſcolis, tr. 2 art. 1 n. 8. 9. & 10. fol. 16 *Obſervantes* habent Chriſtum pro præmio, tr. 1 art. 1 fol. 2. *Obſervantes* Religioſi tenentur, & conſervare, & procurare *Obſervantiam*, tr. 1 art. 3 à num. 2 fol. 9. Quot ſunt abuſus *Obſervantiam* deſtruentes; quotque remedia illorum? tr. 3 ar. 2 à n. 4. fol. 32. Lachrymantur *Obſervantes*, & confugiunt ad preces, quando vident *Obſervantiam* frangi, tr. 1 art. 4 n. 8 fol. 13. Profectũ *Obſervantium* impedit ambitioſus Prælatus, tr. 4 ar 1. n. 8 fol. 35. Si ceſſaret ambitio in magna viverent *Obſeavantia* Religioſi, tr 5 art. 3 fol. 50 Non eſt contra *Obſervantiam* ſtudium litterarum, tr. 10 ar. 9. fol. 187 Conventus *Obſervantiæ* quomodo Ordinandi? tr. 10 ar. 12. fol. 198. Altercatio inter *Obſervantes*, & Excalceatos ſuper vera Regulæ intelligentia, tr. 10 art. 3 n, 3, 8. 9. & 10 fol. 170. & 171. Querellæ inter *Obſervantes*, & Recoletas Congrega-

gationes, tr. 10 art. 4. n. 4. fol. 174. Cōciliantur *Observantes*, & Excalceati, art. 3 n. 11 fol. 172. Cadentes, ab *Observantia* dicūtur Palestini, art. 3 nu. 10. fol. 172. Exhortantur, & minantur transgressores *Observantiæ*, tr. 9 art 8 n 3 fol. 154. Secundū pristinas *Observantias* fiat instauratio, tr. 2 ar. 4 à n. 10. fol. 27. Exercitium Religiosarum *Observantiarum*, pulchrum, & delectabile reddunt Monasterium, tr. 1 art. 1 n. 4 fol. 3. Ad quas *Observantias* potest urgere Prælatus, tr 3 art. 1 n. 7. fol. 30. Biandi Præsati sunt in causa transgressionis *Observantiarum*, tr. 6 ar. 4 n 9 fol. 65. Sciat & amet Religiosus proprias Ordinis sui *Observantias*, tr. 8. art. 2 n. 8 fol. 120.

☞§ Vide C. *Constitutiones*

☞§ L. *Leges.*

☞§ R. *Recoleti Reformatio.*

Officiales.

Pro Reformatione debēt Cōventus officia per bonos *Officiales* administrari, tr. 10. art. 5 & ar. 6. fol. 175 & 179.

Officium.

Divinum *Officium* exhortatur, tr. 9. art. 5. n. 4. fol, 146. *Officia* Prælatorum quanto tempore ducare debent? tr. 6 art, 7. fol. 72. Ad *Officia* eligendi magis observantes Regulæ, tr. 9. art. 2. n. 10 fol. 136. Procurantes *Officia* minantur, tr. 9 art. 8 n. 4. fol. 154.

☞§ Vide A. *Ambitio Ambitiosi.*

Omissiones.

Qualiter incurrant Prælati *Omissiones* culpabiles. tr. 6. art. 4. num. 9 fol, 65.

Oratio.

De convenientia *Orationis* Mentalis Religioso tr. 9 ar. 5. n. 4 fol. 146. Instituendus est Novitius iugi oratione, tr. 8. art. 2. n. 5. fol. 119. *Oratio* Quadraginta horarum, tr. 9. art. 5. n. 3. fol. 146. *Orant*, & lachrymantur Observantes, videntes, fractionem Regulæ, tr. 1. ar 4. n. 8. fol. 13 Studium cum *Oratione* ad invicem comitentur, tr. 10. art. 9 n 4. fol. 188.

Oratorium.

Pro educatione Novitiorū sit *Oratorium* in *Novitiatu*, tr. 9. ar. 4. n. 3 fol. 142.

Ordinarij locorum

Locorum *Ordinarij* quomodo possunt examinare Lectores Regulares, ut legāt? tr. 9. ar 1. fol 126. Qualiter locorum *Ordinarij* possint visitare Ecclesias Religiosis subiectas? ibid. n. 2. fol. 127. Sine licentia *Ordi-*

dinarij non licet Sacerdotibus etiam Regularium audire cõfessiones sæcularium, etiam Sacerdotum, num. 5. fol. 128.
☞ Vide E. *Episcopus.*
☞ R. *Regulares.*

Ordines, Ordinandi,

Suspenduntur celebrare, qui sine licentia Superioris promoventur, tr. 9 art. 1 n. 4. fol. 128. Tonsura, & minores *Ordines*, non conferendi ab alijs. Promotio ad minores *Ordines* quibus, & quando conferenda. Ad maiores *Ordines*, non recipiantur, non completis interstitijs, nisi Episcopus aliter iudicaverit expedire, ibid n. 4. fol. 128. De ætate, & examine *Ordinandorum* etiam Regularium, trac. 9 art. 1 n. 5 fol. 128. Et quod duo *Ordines* in eodem die non cõferantur, ibid. Ministerium *Ordinum*, non nisi ab *Ordinatis* exerceatur, ibidem.

Ordines Regulares.

Regularis non potest ad laxiorem ordinem transire; nec habitum occulte ferre, tr. 9 art. 2. num. 2. fol. 127.
☞ Uide *Religiones* infra.

Otiositas.

Fugiat Novitius *Otiositatem*, tract 8 art. 2. num. 6. fol. 120.

De minimo verbo *Otioso* stricte iudicabitur Religiosus, tr. 7. art. 10 n. 6. fol. 113.

P.

Palestini.

Inimici facti Isaac *Palestini* obstruxerunt illi puteos, quos foderũt servi patris sui Abrahæ, tr. 10 art. 3 n. 2 fol. 169. *Palestini* id est. Antiqui carnaliũ positionum cadentes, n. 10. fol. 172.

Parentes.

Qualiter Religiosus debeat renuntiare *Parentibus*, tr. 7. art. 9. n. 5. fol. 108. Religiosi debẽt mori *Parentibus*, ibid. Si quis plus æquo diligit *Parentes* perdet eos, ibidem. Pauperibus *Parentibus* quomodo subveniendum, tr. 9 art. 6. num. 5. fol. 151.
☞ Vide infra *Pietas.*

Pars sanior.

Non potest iam cognosci *Pars sanior* in electionibus per scrutinium, tr. 5 art 2 n. 3 fol. 47.

S. Paulus.

Dolebat *Paulus* de deficientia suorum subditorum à virtute, tr. 10 art. 1 n. 3. & 4. fol. 164.

Paupertas Religiosa.

Sine amore *Paupertatis*, non potest dari obedientia Religio-

giosa, tr. 9 ar. 5 n. 8 fol. 147. *Paupertas*, castitas, & obediētia se mutuo producunt, & conservant, ibid. n 9 fol 148. Conservabitur *Paupertas*, si Prælatus distribuat subditis necessaria tr. 7 ar. 5 fol. 90 & tr. 9 ar. 6 n. 3. fol. 150. & similiter servabitur votum *Paupertatis*, si quæ dispensant Prælati non habeantur, ut propria, tr. 9 ar. 2. num. 2 fol. 133. Violatur *Paupertas*, quando utensilia Prælatorum, vel subditorum sunt superflua, tr. 6 ar. 5 n. 7 & 8. fol. 68. Vti præeminentijs, & singularitate alio titulo, quā necessitatis officit *Paupertati*, tr 7 art. 5 n 3 & 4. fol. 91. Qui in sæculo erant *Pauperes*, & in Religione delicate vivunt: vbi quierant divites *Paupertatem* servant, sunt detestabiles, ibidem, num. 5 art 6. fol. 92. Quocumque modo acquisita tradantur statim Superiori, vt servetur *Paupertas*, tr. 9. art. 6 n. 3 fol. 150. Conservabitur *Paupertas*, si vestimenta non dentur in pecunijs, nec concessa vendantur, ibidem, num. 4 fol. 150 *Pauperibus* parentibus quomodo subveniēdum salua *Paupertate* Religiosa, art. 6 num. 5. fol. 151.

§ Vide infra *Proprietas*
§ *Proprietarij Peculium.*

Pax bona, & mala.

Pax bona conservatur, si Prælati, & subditi proprium exerceant munus, tr. 7 art. 4 n. 9 fol 89. Triplex *Pax*, ficta, ut in Iuda deordinata, ut in Adamo, vera, ut in Christo, tr. 7 ar. 10 n. 2. fol. 111 Uera *Pax Christi* absorbit fictam, & deordinatam *Pacem*: nec ipsa datur discordibus, ibidem, art. 10 n. 4 fol. 112. Suadetur *Pax* Religiosis, tr. 9 art. 9 n. 4 12. & 15. fol. 158. 160. & 161. *Pax* deordinata Religiosorum est, vt amico suo Mundo fruantur, non Christo, tr. 7 ar. 10 num. 3. fol. 111.

§ Vide supra. C *Concordia.*
§ D. *Discordia.*

Peculium.

Peculium qualiter repugnet reformationi Paupertatis, tr. 10. art. 11 n. 5 fol. 195. Prius habitabit lupus cum agno, quam, obedientia cum *Peculio*, & proprietate, tract. 9 ar. 5. num. 8. fol. 147. Quomodo potest Superior concedere *Peculium* Religioso salvo Paupertatis voto? tr. 10 art. 12. fol. 198.

In.

Invito Prælato, aliquãdo potest subditus habere Peculiũ ad individui sui tantum necessitates subveniendas, art. 12. n. 2. fol. 193.
☞ Vide supra *Paupertas*, & infra *Proprietas*.

Pedes.

Nuditas *Pedum* laudabilis, si sit iuxta Regulam, tr. 10. art. 10. n. 5. fol. 192. Fratribus Minimis nuditas *Pedum* quomodo cõveniat, ibid. ar. 11. n. 11 f. 197

Pœnitentia.

Crux *Pœnitentiæ* portare volẽti suavis est unctione Spiritus sancti, tr. 1 ar. 4 n. 4. fol. 11. *Pœnitentiæ* delictorum non imponantur in Cõventibus Recolectorum, tr. 10. ar. 5. n. 2. fol. 176. & art. 7. num. 7. fol. 183.

Pietas.

Pietas erga parẽtes habet pro circunstantia, & modo, quod Deus plusquam ipsi diligantur, tr. 7. art. 9. fol. 107. Si cultus parentum abstrahat Religiosum à cultu Deo debito secundum statũ suum, non erit vera *Pietas*, ibid. Anxius Religiosus pro parentum augmento, verã *Pietatem* non exercet, sed abusum scindẽdum, ibid. n. 4 5. & 6. fol. 108.

Præcedentia.

Controversiæ de *Præcedentia* Regularium ab Episcopo fedandæ, tr. 9. ar. 1. n. 10. fol. 131.

Prædicatores.

Quam licentiam debeant habere *Prædicatores* ad prædicandum, & qualiter delinquentes interdici? tr. 9. art. 1. fol. 126. *Prædicatores* tempore prædicationis in Ordine Minimorum sublevantur à labore per aliquas exemptiones, tr. 7. art. 6. n. 9. 10. & 11. fol. 96.

Prælatus.

Ad quas observantias possit urgere *Prælatus* suos subditos Religiosos? tr. 3. art. 1. n. 7. fol. 30 *Prælatorum* officium non propter se, sed propter Congregationes sibi commissas, tr. 2. art. 2. fol. 19. *Prælatus* debet esse Medicus subditorum tr. 2. art. 2. n. 2. & 3. fol. 19. & tr. 6. art. 4. fol. 63. *Prælatis* debetur obedientia in Fide Spe, & Charitate, tr. 7. art. 2. fol. 83. *Prælati* Superiores debent favere Prælatis inferioribus & ipsi ordinationes illorũ exequi, tr. 4. art. 1. à n. 9 fol. 35.
☞ Vide G *Generales Religiosum*, & infra S. *Superiores*.

Prælatus bonus

Ex nominibus Gallus, & Simon

mon deducitur munus *Boni Prælati* ad instaurandam Religionem? tr. 2 ar. 1 à n. 7 fol. 16. *Boni Prælati* operantur propter Beatitudinem: quæ est illorum præmium, tr. 6 ar. 1 n. 2 & 3. fol. 53. Meditantur *Boni prælati* in lege Dñi die ac nocte, n. 5 f. 54. *Bonus Prælatus* non tantum virtute, sed & scientia pollere debet, & quanta? ibid. n. 9 & 10 fol. 56. *Bonus Prælatus* veluti Beatus gaudet immutabilitate, & fruitione sibi, & beneficentia erga subditos, tr. 9 ar. 1 n. 2 & 3 fol. 53. Ad imitationem Christi *Prælatus* sit bonus sibi, & fructuosus subditis, art. 2 fol. 57. *Bonus Prælatus* multi oquos habeat suspectos, tr. 6 ar. 2 n 5 fol. 58. *Bonus Prælatus* quærit consilium: & quorũ cõsilia sequi quibusq; documentis, & regulis uti tr. 6 art. 6 fol. 69. Corripiat *Prælatus*, vel parcat semper ex misericordia, tr. 6 art. 5 n. 2 & 3. fol. 66. *Prælatus bonus* dat subditis doctrinam, exemplum bonum, & subsidia necessaria ibid. n. 6 & 7 fol. 67. & tr. 7 ar. 5 fol. 90. *Prælatus bonus* afficiatur amore interno erga subditos, tr. 7 art. 2 n. 4 fol 84. *Prælatus bonus* dolet de deficientia subditorum à virtute, tr. 10 ar. 1 n. 3 & 4 fol. 164.

Prælatus malus.

Prælatus, qui omisit instaurare Religionem redder strictam rationem, tr. 1 ar. 3 n. 4 fol. 9. *Prælati mali* in malum subditorum sunt tr. 6 art. 2 n. 7 fol. 58. & ar. 3 n. 1 fol. 60. *Malus Prælatus*, non puniẽs, cum oportet, delinquẽtes nutrit transgressiones, & abusus: & est multorum malorum causa, tr. 6 art. 4. n. 3 & 4 fol. 63. Blandi *Prælati* per defectum sunt causa transgressionis subditorum novem in casibus, r. 6 ar. 4 n. 9 fol. 65 Nimia asperitas *Prælatorum* incorrigendo nocet tr. 6 ar. 5 fol 66. Asperitas hæc qua *Prælatus* turbat Rempublicam in quibus actionibus dignoscetur, ibid. n. 4 fol. 67. Si non dant *Prælati* subditis necessaria, nocent; ibid. n. 6 fol. 67. Et si se cum subditis non conformen in victa, & vestitu violant Paupertatem, n. 7 & 8 fol. 68. Turbatur valde Religio cum regnat *Prælatus* ambitiosus: &, si qui sunt Superiores observãtes, nil proficiunt propter illum, tr. 4 ar. 1 fol. 34. & tr. 6 art. 1 n. 4 fol. 54. Largitio munerũ *Prælati* detecta-

testabiles, tr. 9 art. 5 n. 5 fol. 176.

Prælatus eligendus, quis?

Observantissimi *Prælati* sunt præficiendi, & discolæ repellendi è munere gubernandi, tr. 2 ar. 1 n. 89, & 10. f. 16. *Prælati* fideles suscitandi, ad pristinum decorem instaurandũ ibidem, n. 12 fol. 17. Eumdem *Prælatum* localem eligere simul in pluribus Conventibus indifferens est ad bonum, & ad malum, tr. 5 ar. 3 n. 2 fol. 50 Vacuus virtutũ prohibetur ascendere ad honores; plenus vero urgetur, tr. 6 ar. 1 n. 8. fol. 55. Non ex ambitione, sed ex mandato Dei, n. 6 & 7. fol. 55. Conditiones *Prælati* eligendi ex Epistola ad Timotheum, tr. 6 art. 2 n. 8 fol. 58. *Prælatus* debet excedere subditos, sicut Pastor gregem, tr. 6 art. 2 n. 9 fol. 59 & 10 art. 12 n. 4 fol. 199. Bonitas eligendi *Prælati* iudicanda est ex retro acta vita, tr. 6 art. 2 n. 9 fol. 59. Maior excellentia in *Prælato* requisita potest stare cum minori virtute, & scientia, n. 10 fol. 59. Sit *Prælatus* vigilans, tr 6 ar. 3 n. 7 fol. 62, Debite eligendus *Prælatus* depingitur, tr. 9 art. 5 n. 5 fol. 146.

Vide supra E. *Eligendus.*

Prælatus indigne promotus.

Prælatus indigne assumptus tu ta conscientia in officio esse nõ potest, & quare? tr. 6 art. 3 fol. 60. Quando exultant alij de electione facta, ipse indignus *Prælatus* dum adoratur, sit mæstus, ibidem, n. 2 fol. 60. Curet, dum manet in officio Regulam indemnem servari etiam in minimis, ne in magnis delinquant, tract. 6 art. 4. num. 5 & 6 fol. 64. *Prælatus* non deficiat Magistrum præsumptuose ductus, art. 5 n. 3. fol. 67.

Prælaturæ duratio.

Prælatorum regimen, & prelatura, qui fieri poterit, ut non habeat finem? tr. 6 art. 1 fol. 56 Ambitiosorũ *Prælatorum* monarchia desinet esse, si ex alieno Cõventu Localis, & Provincialis ex aliena Provincia eligantur, tr. 5 art. 3 n. 7 8. 9 & 10 fol. 52.

Præsentia Dei.

Præsentia Dei est optimus Magister Novitiorum, tr. 8 art. 2 n. 10 fol. 121.

Principes

Qualiter *Principes* Spirituales & Temporales tenentur favere reformationi, tract. 2 art. 4 num.

num. 9 fol. 26.

Processiones.

Quomodo Regulares ad *Processiones* publicas cõpelli possunt, tr. 2 art 9 art. 1 n. 10. f 131

Processus.

Processus delinquentium Fratrum concluſi ſit decens ſtatim comburi, ut conſulamus charitati fraternæ, an aſſervari pro bono regimine? tr, 6 art. 8 n. 2 fol. 76.

Procuratio officiorum.

Dignitatum procuratio prohibetur, tr. 9 art. 2 n. 10 fol. 136. Procurantes *Officia* minũtur, tr. 9 art. 8 n. 4 fol. 154.

☞ Vide ſupra M. *Ambitio.*

☞ D. *Dignitates.*

Profeſsio.

Tempus *Profeſsionis* Regularibus præſcriptum: & quomodo expleto anno, non differẽda, niſi ad ſex menſes rationabili de cauſa, tract. 9 art. 1 n. 11. fol. 131. In puellis prærequirit *Profeſsio* examen Ordinarij, ibidem. Remedium illius, qui prætendit ſuã *Profeſsionem* non tenere, ibidem. Ad *Profeſsionem* recipere, non bene probatos, ex arrogantia aut ex inordinata pietate malum eſt, tr. 8 art. 3 n. 2 fol. 122. Non omnes recepti ad habitũ admittendi ſunt ad *Profeſsionẽ* n. 3 fol. 123. Obſervationes in ipſa receptione Novitij ad *Profeſsionem*, tr. 10 ar. 7 n. 3 fol. 182. Ad quid obligantur Fratres ex vi *Profeſsionis*, tr. 10 ar. 11. n. 3 fol. 195. *Profeſsio* eſt ſecundus Baptiſmus, tr. 10 art. 7. num. 3 fol. 182.

☞ Vide N. *Novitij.*

Proprietas.

Vitiũ *Proprietatis* extirpetur, tr. 9 art. 1 n. 6 fol. 129, & art. 3 fol. 137. Remedium efficax contra vitium *Proprietatis*, tr. 9 art. 5 n. 8 fol. 147.

☞ Uide ſupra *Paupertas*

☞ *Religioſa*, & *Peculium.*

Protector.

Munus *Protectoris* Cardinalis alicuius Religionis, tr. 2 art. 1 n. 2 fol. 14. Cardinalis *Protector* Ordinis Minimorũ Hypolitus Aldrobandinus commendatur, tr. 9 ar. 5 n. 2 fol. 146 In *Protectorẽ* Recoletionis cõſtituatur vnus Vicarius Generalis, tr. 10 art. 7 n. 9 fol. 184.

Provincia Provinciales.

Ex parvis *provincijs* fiat una: & quomodo gubernanda pro maiori pace? tr. 10 ar. 12 n. 7. f. 199. Nõ eligantur *Provinciales* ex aliena provincia, quando in propria ſunt idonei, ibid. n. 5 fol. 199.

Qua-

Qualiter esset decens ex alienatè per assumi, tr. 5 art. 3 n. 8 fol. 52 & tr. 10 ar. 12 n. 6 fol. 199. *Provinciales* à quibus deberent eligi, tr. 5 art. 5 n. 6 fol. 51.

Provisiones.

Provisiones Superiorũ in libro scribantur: & solum ratione offi. ij expendantur, tr. 9 art. 2 n. 3 fol. 134.

Proximus.

Ob necessitatem *Proximi* Religiosi cõventu exeãt, & quomodo, tr. 7 ar. 8 n. 10 fol. 106.

Pudicitia.

Hostes *Pudicitiæ* qui, tr. 7 art. 7 n. 9 fol. 100.

☞ Vide C. *Castitas.*

Puellæ.

Ætas requisita ad recipiẽdas Puellas ad habitũ Religionis tr. 9 art. 1 n. 11 fol. 131.

Punire.

Puniat, & arceat Uisitator rebelles persequutores reformationis, tr. 3 art. 1 n. 8 fol. 31. & tr. 10 ar. 11 fol. 194. *Punire* trãsgressiones, & relinquere abusus, mala reformatio, tr 3 art. 2 n. 3 fol. 32.

Putei.

Putei, quos foderũt servi Abrahã, & quos obtusos à Palestinis Isaac iterum fodit, & alios novos fecit explicantur late ad effectum Reformationis faciendæ, tr. 10 art. 3 fol. 169.

Q.

Quadragesimalis vita.

Quadragesimalis vita sub voto fos, & bonos Religioni Minimorum, tr. 9 art. 5 n. 9 fol. 148

Quarta Funeralium.

A Religiosis solvenda est *Quarta Funeralium*: & quãdo? tr. 9 art. 1 n. 14 fol. 132.

Quæstores.

Eleemosynarum *Quæstores* reprehenduntur, tr. 10 art. 4 n. 4 fol. 174.

R.

Recoletio Recoletus.

Nomen *Recoletus* vnde sumatur: & quam congrue reformationem significet, tr. 10 ar. 11. n. 12 fol. 197.

☞ Vide *Reformatio.*

Ad *Recoletionem*, nõ est necessaria nuditas pedum, quando ipsa Religio in prima institutione eam non statuit, tr. 10 ar 10 n. 1 & 5 f. 191 & 192. vtantur *Recoleti* vdonibus extra domum, art. 11 n. 11 fol. 197 *Recoletæ* Congregationes maneant vnitæ obseruantibus, tr. 10 ar. 4. fol. 173. Querellæ inter ob-

ser-

servantes, & *Recoletas* Congregationes ibid. Ob unionē inter *Recoletos*, & observātes fiat mutuus inter illos transitus, art. 4 n. 6 fol. 175, ar. 5 n. 2 fol. 176 ar. 6 n. 5 fol. 180. & ar. 7 n. 1 & 5 fol. 182, & 183. Examē recipiendorū ad *Recoletionem*, tr. 10 ar. 5 n. 2 fol. 176, & art. 6 n. 2 fol. 179. In his, & non in alijs Conventibus recipiantur Novitij, tr. 10 art. 5 n. 2 fol. 176. & art. 7 n. 1 & 5 fol. 182. Veniant ultronee ad *Recoletionem*, tr. 10 art. 5 n. 2 fol 176. ar. 6 n. 2 fol. 179. *Recoleti* Minorū paucos voluerunt habere conventus, tr. 10 ar. 4 n. 7 fol. 175 Idē nos volumus in principio n. 4 fol. 174. Sed decursu tēporis omnes sint *Recoletorum* prēter paucos pro communi observantia, & quare? tr. 10 ar. 5 n. 2 fol. 176, & ar. 7 n. 5 fol. 183. Puniendi nō admittantur ad pœnitentias implēdas in cōventibus *Recoletorū*, tr. 10 ar. 5 n. 2 fol. 176 & art. 7 n. 7 fol. 183 Qualiter studium litterarum *Recoletioni* congruat, tr. 10 art. 9 fol. 187 Prælati Recoletorū qui? art. 7 à n. 8 fol. 183. Vnus Provincialis sit super *Recoletos* & non Reçoletos, qui mutuo se debēt iuvari, tr. 10 ar. 7 n. 8. fol. 183. Vnus Vicarius Generalis Protector *Recoletorū* cōstituatur ad tempus, n. 9 f. 184 Conventus *Recoletorū* in ordine Minimorū, nō regantur in principio per Vicarios annuales, sed triēnales, n. 10 fol. 184. Non eligitur in conventibus *Recoletis*, nisi quorum iam probata, & experta vita observātię insignis fuerit, n. 11 fol. 184

☞ Vide infra *Regula*, & U. ☞ *Visitator*.

☞ Vide supra D. *Discalceati* ☞ & E. *Excalceati*.

Reformatio.

Reformationem pro omnibus regularibus in multis decretis tradidit Concilium Tridētinum, tr. 9 art. 1 fol. 126. Aliam *Reformationem* pro Mendicantibus, & non Mendicantibus dedit, ac mandavit Clemens VIII. tr. 9 art. 2 fol. 133. *Reformationem* eorumdem Regularium edidit, idem Clem. VIII & Cōfirmavit Vrbanus VIII. per institutiones pro educatione Novitiorum, ne obinfectum semen Regularis observantia pereat, tract. 9 art 4 fol. 140. Clamores pro *Reformatione* Religionum, quæ dilabi cognoscuntur, tr. 1 art 4 n. 8 fol. 13. & tr. 2 ar. 1 fol. 14.

Tenentur Religiosi zelosi, & maxime Prælati petere, & procurare *Reformationem*, tr. 1 ar. 3 fol. 8. Capitulum Generale congregatum tenetur omino *Reformationem* dilapsæ Religioni adhibere, tr. 2 art. 1 n. 14. 15. & 16. fol. 18. Imperatores, & Reges, qui procuraverunt *Reformationem* Religionum, tr. 2 art. 2 n. 4 fol. 19. & Etiã Principes Ecclesiastici, ibidem, n. 4 n. 9 fol. 26. Summi Põtifices qui curam adhibuerunt *Reformationi*, tr. 2 art. 2 n. 7 fol. 20, & Congregationem pro Reformatione Regulariũ instituit Clem. VIII. ibidem, fol. 21. Multa Concilia id ipsum procuraverunt, art. 2 n. 5 & 6 fol. 20. Episcopi ex iure in multis habẽt authoritatem *Reformandi* exempto Regulares, tr. 2 art. 2 n 5 fol. 20. Qualiter Religiosi gaudere possint favoribus, & exemptionibus absque eo quod contra *Reformationem* fiat, tr. 7 art. 6.

Reformatio per quos?

Prælati fideles suscitandi ad gubernandũ, & *Reformandum*, indecorem pristinũ, tr. 2 ar. 1 nu. 12 fol. 17. Pauci *Reformate* viventes ex eadem Religione, antiquas Regulæ observantias sufficient reformare, tr. 2 ar. 4 n. 10 11. f. 27; & tr. 10 art. 6 n. 6. fol. 181. Quomodo suppletur defectus experientiæ? tr. 10 ar. 6 n. 7 fol. 181 Religiosus non censetur *Reformatus* ex eo solũ, quod sit bonus, tr. 10 art. 1 n. 4 fol. 165.

Reformator.

Reformator debet omnes abscindere abusus à Religione, tr. 3 ar. 2 f. 31 Imitari debet *Reformator* Christum Dñm in eo quod nõ omnia rigide puniat, tr. 10 ar. 2 n. 2 f. 167. Inveniet *Reformator* spiritũ aquę vivæ si renovet antiquas Regulas, fodiẽdo in corde Christi, tr. 10 ar. 3 n. 6 & 7 f 171. *Reformator* nõ obliget ad omnia observãda, ad quæ potest urgere exvi Professionis, sed procedat pacifice, & solũ puniat rebelles *Reformationi*, tr. 10 ar. 11 f. 194. Puniat ergo *Reformator* omnes persequutores *Reformationis*, tr. 3 ar. 1 n 8 fol. 31. Exẽplum bonũ exactæ *Reformationis* dederunt Iosaphat, & Avenir, tr. 10 ar. 6 n. 3 fol. 180. Persequutiones patiuntur *Reformatores*: aliqua exẽpla, tr. 3 ar. 1 n. 4. & 5 fol. 29.

Regimen.

Qualiter *Regimen* in bonis Prę latis non habebit finẽ, tr. 6 ar.

f.53. Ad bonū regimen a Prælatorū dantur regulæ generales, tr.6 ar.6 à n.7 fol.70. Bonū *Regimen* sine divina ope non habebitur, tr.9 arr.5 fol.145.

Regula Religiosa.

Altercatio inter observātes, & Excalceatos Religiosos super vera *Regulæ* intelligētia, tr.10 ar.3 n.8 f.171. Debēt iuvenes ante sumptionē habitus præmoneri de austeritate *Regulæ*, ad quā se obligari intendūt, tr.8 ar.3 n.9 f.125 & tr.9 ar.4 n.2 f.141. & eā ament Novitij, tr.8 ar.2 n.8 f.120 A *Regula* Fundatorū non est recedendū, sine speciali revelatione divina, tr.1 ar.4 n.7 fol.12. Curare debet Prælatus *Regulā* indēnem observari, etiā in minimis, ne in magna delinquāt tr.6 ar.4 n.5 f.64 tr.9 ar.2 n.11 fol.136, & tr.10 ar.5 n.8 f.178 Præscriptū *Regulæ* observare oportet, ut Reformatio fiat, tr.9 ar.1 n.6 f.129, & tr.10 ar.5 n.1.6.7 f.175.177, & 178. *Regula* debet esse mēsura cęterarū observantiarū pro Reformatione, tr.10 ar.5 n.7 f.178. Facilimum, & suave est assuetis, observare *Regulā*, ibid n.8 f.178. Relaxatur puritas Regulæ quando recipiuntur ad habitum multi sine examine Spiritus, & ultra posse convētus, & quādo recepti non educantur, tr.9 ar.4 f.140. Magnū detrimentum [non sublevamen] sequitur ei, qui ab indēni *Regula* servāda dispensatur, tr.10 ar.5 n.9 f.178. Religiosi qui ceciderunt á *Regulæ* observantia cōparatur Palestinis, tr.10 ar.3 n.10 fol.172 *Regulæ* antiquæ, & sæcularibus cogitationibus humanę. quomodo dabunt spiritum aquæ vivæ, tr.10 art.3 n.6 & 7 fol.171.

Regulæ Generales.

Regulæ generales tenēdæ à Prælatis pro bono regimine, tr.6 art.6 à n.7 fol.70. Duodecim *Regulæ* â subditis observandę, ut quiete vivant cū Prælatis, tr.7 art 4 à n.10 fol.89.

Regulæ Diaboli.

Observantiæ *Regulæ Diaboli* sūt studia sine charitate, & humilitate, quæ damnationē pariūt, tr.10 art.9 n.9 fol.190.

Regulares.

Lectores *Regulares* examinentur ab Ordinario, siid publicè facturi sūt; intra Claustra vero à suis tātū Superiorib⁹. tr.9 ar.1 f.126. Imprimere libros quomodo liceat *Regularibus*, ibid. extra Claustra delinquē-

tes a quibus puniendi, n. 2 fol. 126. *Regulares* non possunt ad laxiorem Ordinem transire, nec habitum occulte ferre, tr. 9 art. 1 n. 2 fol. 126. Vocem in Capitulo habere possunt *Regulares*, etiamsi non sint in sacris initiati, n. 4 fol. 127. Possunt esse *Regulares* examinatores ad Beneficia, n. 5 fol. 128. *Regulares* debẽt servare præscriptum Regulæ, tr. 9 art. 1 n. 6 fol. 129. *Regularium* numerus in quolibet cõventu qualiter? Et quod sine licentia Episcopi non erigatur, ibid. De interstitijs, & censuris á *Regularibus* observandis: & de festis per eos observandis, tr. 9 art. 10 fol. 130. De tempore Professionis *Regularibus* præscripto, & eo non differendo, nisi ad sex menses impleto anno, rationabili de causa, n. 11. f. 131. sũt, & alia multa in hoc ar. pro *Regularibus* ex Cõc. Trid.

☞ Vide infra *Religiosi.*

De Reformatione omnium *Regularium* edidit decreta Clemens. VIII. tr 9 art. 2 fol. 133.

Relaxati.

Amatores *Relaxationis*, aut excusãtur reformari ut desides, aut insurgunt cõtra Instauratores, tr. 1 art. fol. 10.

Religio modus vivendi.

Forma *Religionis* interna supponit gratiã; externa vero ab exẽplo maiorũ, tr. 10 ar. 1 n. 5 & 6 f. 165 Anathemazãtur cogẽtes, vel impediẽtes mulieribus ingressũ *Religionis*, tr. 9 ar. 1 n. 11 f. 131

☞ Vide V. *Vita Religiosa.*

Religiones.

Diversitas *Religionũ* qualiter sint multiformis gratiæ Dei participes in utilitatẽ, & pulchritudinẽ Ecclesiæ, tr. 1 ar. 1 fol. 2. *Religiones* declinaverunt à fervore primo, & indigẽt reformari, tr. 10. in exordio, f. 163 Ruina *Religionũ* sũt abusus introducti, tr. 6 ar. 4 n. 8 f. 65. *Religionis* deformatę vineę sũt dissipatę, et qualiter, tr. 1 ar. 2. n. 3. fol. 5.

Religiosus.

Religiosi nominis variæ interpretationes, tr. 7 ar. 8 n. 4 f. 103 *Religiosus* ligatus Deo debet abeis quæ nõ sunt Dei esse separatus, tr. 2 art. 8 n. 4 & 5 f. 103. Qui zelo caret, nec nomen *Religiosi* meretur, tr. 1 ar. 3 n. 6 f. 10. *Religiosus* debet abnegare se, & crucẽ Religionis portare, ne duriori crucietur, tr. 1. ar. 4 n. 2 & 3 f. 11 *Religiosus* correctionem nolens, indignus est habitare cũ Fratr. tr. 6 ar. 4 n.

n.2 fol.63. Per Spem comitem obedientiæ configuratur *Religiosus* Deo, tr. 7 art. 2 n.3 fol. 83. Duo genera *Religiosorum* derelinquentium sæculũ, alterum bonum Loth comparatum; alterum malum mulieri eius, quæ respexit retro, tr.7 n.5 fol.99 Binos et binos, aut ternos iubentiora, & Regulares observantiæ foras ire *Religiosos*, ut se ad invicem custodiant, tr. 7 art. 7 à n. 7 fol. 100. Quid sit *Religiosum* se implicari negotijs sęcularium? Distrahuntur, sicut lapides Sanctuarij in capite platearũ, tr.7 art.8 n.6 fol. 104. & tr. 9 art.6 n.5 fol. 151. *Religiosi* conversantes cũ sæcularibus falluntur, credentes illos ędificare, nam negligunt mores, ut Virgines fatuæ. Et ob parvos defectus illis sunt in scandalũ tr.7 ar.8.n.7 8.9, & 10 fol. 104 & 105. *Religiosus* in Claustro est piscis in escã Deo; & foris vagans moritur in escam Mũdo, tr.7 art. 7 fol. 98. *Religiosus* in claustro est passer ad cœlestia, turtur in nido; foras capitur, & perit: & ova bo norum operum deperdit, ibidem, n.2 fol.98. *Religiosus* in claustro vitis est, & plãtatio vallata; clausuram deserens, vastatur, & perit, ibidem.n.3 fol.99. *Religiosus* extra Claustrum perniciose damnatur, & ducitur ab ipso Dœmone, tr.7 art. 7 n.4 fol.99.

☞ Vide *Claustrum, Clausura.*

Religiosi debent mori parentibus, & parentes *Religioso*, tr.7 art. 9 n. 5 fol. 108. Qui plus æquo diligit parentes, & non renuntiat eis *Religiosus* perdet eos, ibid. Qualiter *Religiosus* veram Pietatẽ habere debet subveniendo parentibus: & teneatur extremme indigentibus præferre illos obligationi sui status *Religiosi*, tr.7 art 9 n.7.8.9, & 10 fol. 109, & tr. 9 art.6 n.5 fol.151.

☞ Vide P. *Pietas.*

Lædunt amorem, & pacem fraternam *Religiosi* particulares amicitiæ in naturali complexione fundatę, tr.8 art.10 à n.5 fol. 113. Et si amicitiæ *Religiosorũ* sequestratę ab alijs malę non sint; periclitatur tamen pudicitia, tr.7 art.10 n. 8 fol.114. *Religiosus* stricte iudicabitur de verbo otioso, tr.7 ar.10 n.6 fol.113. *Religiosi* murmurantes abominabiles sunt, tr.7 art. 10 n. 9 & 10 fol. 114. *Religiosus* erit perfectus, si ser-

vaverit vitã communem, tr. 7 ar. 5 fol. 90. *Religiosus* affectans singularitates, & exemptiones pro præmio, titulo antiquitatis, & obtentorum officiorũ, & non ex vera necessitate, agit contra charitatem, & paupertatẽ, tr. 7 art. 5 n. 3 & 4 fol. 91. *Religiosus* curationem omniũ infirmitatũ procurans, & victus rationem extra communitatem, ex discipulo Christi fit discipulus Galleni, ibi. n. 5 fol. 92. *Religiosi*, qui in sæculo erãt pauperes, & abiecti, & in Monasterio preciosa, & delicata quærũt, sunt detestabiles, ibid 92. Vti modico vino, non fuit dictum *Religioso*, sed Episcopo ibid. n. 7 fol. 93. Mundus dat necessaria Religiosis, si ipsi bonum exemplum dederint tr. 7 art 5 n. 9 fol. 93. *Religiosi* importune mendicantes, sunt gravosi, & odibiles sæcularibus, tr. 9 ar. 3 n. 10 f. 140. De proprietate *Religiosorum* extirpãda, & de bonis quę Superiores possunt eis concedere, tr. 9 ar. 1 n. 6, f. 129. Qualiter liceat, vel nõ *Religiosis* Brevia Apostolica impetrare contra Regulã, tr. 6 ar 8 n. 5 fol. 77. *Religiosus* notabilis per exteriora signa in oratione, & veste aspera, aut vili ab aliorũ diversa, abominabilis est tr. 10 ar. 10 n. 3 fol. 191

Religiosus reformatus, quis? tr. 10 art. 1 n. 4 fol. 165.

☞ Vide supra *Reformatus.*

Religiosi cadentes à Regulę observantia dicuntur Palestini, tr. 10 art. 3 n. 10 fol. 172.

Renunciatio.

Renunciatio bonorum Novitij quãdo, & quomodo facienda, tr. 9 art. 1 n. 11 fol. 131.

Roma.

Romã petere nullius Religiosorum potest sine speciali licentia, tr. 9 art. 2 n. 7 fol. 135.

S. Romualdus.

Mirę Mansuetudinis exemplũ dedit *Romualdus*, tr. 8 ar. 2 n. 13 fol. 121.

S.

Sacerdotes.

Non eximãtur *Sacerdotes* à iugi Missæ celebratione, tr. 9 ar. 6 n. 2 fol. 150. Ignoto *Sacerdoti* nõ permittatur celebrare Missæ Sacrificium: nec notis in privatis domibus, & extra Ecclesiam, tr. 9 art. 1 n. 3 fol. 127

Sacrificium.

Sacrificium sine amore Fraterno non erit Deo gratum, tr. 7 art. 10 n. 4 fol. 112.

☞ Vide M. *Missa.*

Scientiæ.

Scientiæ sęculares qualiter Religioso competant, tr. 10 art. 9 n. 3 fol. 188.

☞ Vide infra *Studia.*

Scriba.

In electionibus per Scrutiniũ *Scriba* audit vota, tr. 5 art. 2 n. 2 & 4 fol. 46, & 47. Debet dare *Scribæ* cuilibet vocali plures schedulas, n. 6 fol. 47.

Sacra Scriptura.

Sacræ Scripturæ lectionẽ bis in hebdomada habeant Regulares, tr. 9 ar. 2 fol. 133. *Sacræ Scripturæ* meditatio est optima Magistra Novitiorum, tr. 8 art. 2 n. 10 fol. 121.

Sæculares Sæculum.

Est alienum ab instituto, & nomine Religiosi, & Monachi *Sæcularium* conversatio, tr. 7 art. 8 fol. 102, & tr. 9 ar. 6 n. 5. fol. 151. Redire ad *Sæculum* post agnitam veritatem reprehensibile, tr. 10 art. 1 n. 3 fol. 164.

Separatio.

Vnio est vita, *Separatio* est mors, tr. 10 art. 4 n. 5 fol. 174.

Silentium.

Exempla *Silentij*, tr. 10 art. 8 n. 1 & 3 fol. 185, & 186. *Silentij* utilitates, tr. 10 art. 8 n. 2 fol. 186. *Silentium* Evangelicũ ex Regula Minimorum quid? & qualiter sine sui fractione possit loquentes tr. 10 art. 8 n. 3 4 5. & 6 fol. 186. *Simon.*

Simon Bachelier Generalis Ordinis Minimorũ monetur ad munus officij ex nomine *Simonis*, tr. 2 art. 1 a n. 5 fol. 15. Electiones generalatus *Simonis* Bachelier, tr. 9 art. 7 fol. 152.

Singularitas.

Singularitates Religiosis damnabiles, & reprehensibiles sunt, tr. 7 art. 5 n. 3 fol. 91, & tr. 8 art. 2 n. 7 f. 120. Mira damnatio duorũ Monachorũ ob escas *Singulares*, tr. 7 art. 5 n. 10 fol. 93.

Synodus.

Sacra Tridentina *Synodus* decernit deberi quotannis celebrari *Synodos* Diœcesanas: & qui debeant eis assistere, tr. 9 art. 1 n. 5 fol. 128.

Socij.

Socij Prælatorum quas qualitates, & cõditiones habere debent, tr. 2 art. 3 à n. 7 fol. 22.

☞ Vide C. *Collegæ.*

Socius adhibẽdus Religioso exituro qualis, tr. 7 art. 7 n. 10 & 11 fol. 101. *Socius* Magistri Novitiorum assignandus à Capitulo Provinciali per triennium tr. 9 art. 4 n. 4 fol. 142.

Solitudo.

Solitudo facit cognoscere defec-

fectus quos extra claustrum cõmittunt Religiosi, tr. 7 art 8. n. 9 fol. 105.

Sorores.

Sorores non ad lites, & discordias Fratrum dividantur, sed bella cõtra Dœmonem exerceant, tr. 9 ar. 9 n. 15, & 16. fol. 161. Abhoreant mundi conversationes, & amicitias, n. 17 fol. 162. Quæ earum obligationes? n. 19 fol. 162.

Spiritus Sanctus.

Spiritus Sanctus est Magister perfectionis per unctionem quã dat, tr. 10 art. 6 n. 7 fol. 181.

Status Religiosus.

Statui Religioso sunt annexæ observantiæ Silentij Orationis Mentalis, & ieiunij, tr. 10 art. 8 fol. 185. *Status Religiosus* valde utilis Ecclesiæ Dei, tr. 1 art. 1 á n. 5 fol. 3.

☞ Vide supra E. *Exercitia,*

☞ & O *Observantiæ Religiosæ*

Reparabitur *Status Religiosus* collapsus si observentur quatuordecim documenta, tr. 10 art. 5 fol. 176 art. 6 fol. 179. & art. 7 fol. 182

Statuta.

Arctiora *Statuta* Religionum (excepta facultate habendi bona in communi) in suo robore reliquit Concilium Trident, tr. 9 art. 1 n. 15 fol. 132. *Statuta* debent habere, ut prosint, executores vigilantes, tr. 10 ar. 12. n 3 fol. 199. Et ea habenda in cella cuiuslibet Religiosi, ibidem.

☞ Vide C. *Constitutiones.*

☞ *L. Leges.*

Studentes

Perpetuo *Studentes* varijs languoribns laborant: ideo refocilandi, tr. 7 art. 6 n. 13 fol. 97.

Studia litterarum.

Erigant Superiores *Studia* in qualibet provincia, tr. 9 art. 3 n. 4 fol. 138 *Studia* Theologiæ & Philosophiæ erigenda simul cum pietate Religiosa, tr. 9 art. 5 n. 10 fol. 148 *Studia* litterarum qualiter habenda cũ Reformatione, tr. 10 art. 7 n. 6 fol. 183. *Studia* litterarum, si debito modo fiant religioni Reformatæ congruunt: imô reformant dilapsam, tr. 10 art. 9 n. 1. & 2 fol. 187. *Studia* sine charitate sunt observãtiæ Regulæ Diaboli, tr. 10 art. 9 n. 9 & damnationem pariunt, ibidem, fol. 190. *Studia* debite circunstantiata encomijs extollntur, n. 10 fol. 190.

☞ Vide L. tit. *Litterarum*

☞ *Studia,* & hic tit. *Scientiæ.*

Sub-

Subditi.

Subditorum utensilia superflua violant paupertatem, tr. 6 art. 5 n. 7 & 8. fol. 68. *Subditi* qualiter exhibere debent obedientiam Prælato, tr. 7 art. 1 & 2. fol. 80. & 83. Quid considerare debet subditus, ut amorem habeat erga Prælatum? tr. 7 ar. 2 n. 5 fol. 84. Reprehenduntur *Subditi* murmurantes contra Prælatos, tr. 7 art. 3 fol. 85. Etiam si *Subditus* habeat ius percipiendi necessaria subsidia: his deficientibus, non debent murmurare, ibidem, n. 6 fol. 86. *Subditus*, qui se ingerit in gubernationem Prælati est fidem frangens, & quasi adulter, tr. 7 art. 4 n. 1 & 2. fol. 87. *Subditi* specie pietatis non censurent correctiones Prælatorum: quia non erit vera pietas, sed hypocrisis, ibidem, n. 3 4. & 8 fol. 88. Si Prælati, & *Subditi* proprium exerceant munus cōservabitur pax Religiosa, n. 9 fol. 88. Duodecim regulæ à *Subditis* observandæ, ut quiete vivant cum Prælatis, n. 10 fol. 89.

☞ Vide supra tit. *Prælatus* ☞ cum duobus sequentibus.

Summus Pontifex.

Summi Pontifices, qui de reformatione status Religiosi curā habuerunt, tr. 2 art. 2 n. 7 fol. 16.

☞ Uide R. *Regula Religiosa* ☞ *Religio.*

Superiores.

Nihil proficiunt *Superiores* observantes propter ambitiosos tr. 4 ar. 1 n. 8 fol. 35. *Superiorum* provisiones in libro scribantur, tr. 9 art. 2 n. 3 fol. 133. *Superiores* erigant studia, tr. 9 ar. 3 n. 4 fol. 138.

☞ Vide P. omnes titulos ☞ *Prælatorum.*

T.

Tabella.

Tabellam in loco conspicuo cū horarum distinctione appendent Regulares, tr. 9 art. 2 n. 12 fol. 136.

Terreni.

Terreni adversantur spiritualibus, tr. 10 art. 3 n. 2 fol. 169.

Tonsura.

Tonsura, & minores Ordines, non conferenda ab alijs, quā ab Episcopis, tr. 9 art. 1 n. 4. fol. 169.

Transgredi.

Bonus Prælatus minatur *Transgressores* observantiæ, tr. 9 art. 8 n. 3 fol. 114. Corripiat Prælatus novarum constitutio-

tionum *Transgressores*, tr. 6 ar. 4 n. 6 & 7 fol. 64. Blandi Prælati per defectũ multis in calibus sunt causa *Transgressionis* observantiarum, n. 9 fol. 65.

Transitus.

Mutuus *Transitus* inter Recoletos, & observantes approbatur, tr. 10 art. 5 n. 2 art 6 n. 5 ar. 7 n. 4 fol. 176 180. & 182.

Tridentinũ Concilium.

Formam electionis per scrutinium dedit *Concilium Tridentinum*. Vbi de varijs modis intelligentiæ eius, tract. 5 art. 2 fol. 64.

☞ Vide C. *Concilia.*

Turbatores.

Reformationis *Turbatores* eliminentur, tr. 10 art. 5 & art. 6 fol. 175. & 179.

V.

Vestis Vestimentum.

Vestimenta non dentur Religiosis in pecunia, tr. 9 art. 6 n. 4 fol. 150. & *Vestimenta* Minimorũ tr. 10 art. 10 fol. 191.

☞ Uide H. *Habitus.*

☞ M. *Minimorum Ordo.*

Asperitas *Vestis* supra alios Religiosos, abominabilis, nisi iuxta Regulam, tract. 10. art. 10 num. 3. 4 & 5 fol. 191. & 192.

Vicarius

In Hispania pro Ordine Minimorum decens esset, *Vicarius Generalis*, non ordinarius, sed pro emergentibus, tr. 6. art. 8 n. 8 9. f. 78. *Vicarius Generalis* Ordinis Minimorum loco defuncti suffectus expleto tẽpore suppletionis, iterum reeligi non valet, tr. 9 ar. 7 n. 5 fol. 153 fol. 78. *Vicarius* Recoleti cõventus sit triennalis, tr. 10 art. 7, n. 10 fol. 184. & hoc ad tempus tantum, ibid. *Vicarius Generalis* provideatur super adimpletione novorum statutorũ, tr. 10 art. 12 n. 3 fol. 199.

Victus.

Victus, & vestitus sint conformia Prælatis, & subditis, tr. 6 art. 5 n. 7 fol. 68 Subditi habẽt ius percipiendi cibum á Prælato: quo deficiente patienter ferãt, tr. 7 ar. 3 n. 7 f. 86. *Victus* rationẽ affectare Religiosum facit illũ ex discipulo Christi discipulum Galleni tr. 7 art. 5 n. 5 & 6 fol. 92. Non curet Religiosus de precioso cibo, & veste, art. 5 n. 7 & 8 fol. 93.

Vigiles.

Vigiles ex Regula Minimorum supra Provinciales, per abusũ ablatos, decens esse illos restitui, tract. 6 artic. 8 num. 7. &c.

&c. fol. 78.

Vinea.

Vine. edificatę accipiũtur pro religionibus deformatis, quas plantaverat Dñs, tr. 1 ar. 2 n. 3. fol. 5

Vinum.

Vti modico *Vino*, num concedatur Monacho, vel solũ Episcopo ex consilio Pauli? tr. 7 ar. 5 n. 7 & 8 fol. 93.

Virtus Virtuosi.

Excellentia *Virtutis* adhuc nõ honestat appetitum dignitatum, tr. 4 art. 2 n. 3 fol. 38. Præmium *Virtutis*, tr. 6 art. 1 n. 28. & 9 f. 53 & 55. Cũ minori *Virtute* potest stare maior excellentia ad Prælatiã, ar. 2 n. 10 fol. 59

Visitare ad inquirendum, & reformandum

Litteræ patentales ad *Visitandum* necessariæ: & hæ sunt manifestandę, & examinandæ, tr. 3 art. 1 fol. 28. *Visitationis* inquisitio duplex, tr. 3 in Proemio, fol. 28. *Visitatio* ad reformandum, sit pacifica, non ultrix, tr. 10 art. 11 fol. 194.

Vide R. tit. *Reformationis,* & *Reformatum*, & lit. I. *Instaurare, Instauratio.*

Visitator.

Visitatores sint ex eadẽ familia visitanda, & reformanda, tr. 2 art. 4 fol. 24, De qualitatibus, & conditionibus boni *Visitatoris*, & Sociorum eius, tr. 2 art. 3 fol. 21 *Visitator*, quos debet audire, quos arcere, tr. 3 art. 1 n. 3 & 8 fol. 29. Examinare enim debet spiritum deponentis, n. 8 fol. 31. Sit *Visitator* humilis, nec cum fastu recipi permittat. Exemplum dedit Reverendissimus à Longobardis Generalis Minimorũ, tr. 9 art. 8 n. 8 fol, 156. *Visitatores* varij variarum Religionum, tr. 2 art. 2 n. 4 fol. 19 Modus procedendi *Visitatoris*, tr. 3 art. 1. fol. 28.

Vita communis,

Vitam Communẽ observare Religiosum, faciet illum perfectũ, tr. 7 ar. 5 fol. 90 Ideo singularitas fugienda, & *Cõmunis vitæ* sectanda, tr. 8 ar. 2 n. 7. fol. 120 Ad observantiam *Vitæ communis* obligent Prælati cum discretione, ne debiles, & laborantes sine sublevamine, & exceptione sint, tr. 7 art. 6 n. 1 fol. 94. Vt dispensentur Religiosi in *Vita communi* pœnitentiæ, non sibi, sed Prælato credant, num 6 fol. 95.

Vita Monachorũ vita Angelorum, tt. 9 ar. 12 n. 11 fol. 200.

Vltro volentes.

In monasterijs Reformatis *Vltro* se offerentes debent assigna-

nari, tr. 10 art. 6 fol. 179.
☞ Vide infra tit. *Voluntas*

Vnctio.

Vnctio Spiritus sancti petenda est, ut suppleat defectus experientię ad Reformationem, tr. 10 art. 6 n. 7 fol. 181.

Vnio.

Vnio est vita; sepparatio est mors, & ideo Recoleti sint uniti observantibus, tr. 10 ar. 4 fol. 173.
☞ Vide T. tit. *Transitus.*

Voluntas.

Propria *Voluntas* est læpra cordis, tr. 7 art. 1 fol. 80. Si relinquantur Novitij agere secundum propriã *Voluntatem*, erũt indisciplinati, & in emendabiles, tr. 8 ar. 1 n. 3 & 5. fol. 115 & 116. Nam propria *Voluntas* est Magistra indisciplinati Novitij, tr. 8 art. 2 n. 11 & 12 fol. 121. *Voluntas* venientiũ ad habitum examinãda: An libera, vel coacta? tr. 8 art. 3 n. 4 & 5 fol. 123.
☞ Vide E. *Examen, Examinandi.* H. tit. *Habitus.*
☞ N. *Novitij.*

Vota Religiosa.

Paupertas Castitas, & Obediẽtia se mutuo producunt, & conservant tr. 9 art. 5 n. 9 fol. 148. *Voti* vitæ Quadragesima observatio flos est, & honos Religioni Minimorũ, ibi-
☞ Uide *Vota* sub suis pecu-
☞ liaribus nominibus, & re-
☞ missionibus.

Vota suffragia.

Vota absentium suppleri non possunt; bene tamen vocalis potest mittere loco sui Procuratorem, tr. 5 art. 3 fol 50.
☞ Vide E. titulos *Electionis*
☞ *Eligentium, & Eligendorum.*

Z.

Zelus Zelatores.

Qui *Zelo* caret, nec nomẽ Religiosi meretur, tr. 1 art. 3 n. 6 fol. 10. *Zelus* iustitię trucidet murmurantes, tr. 7 art. 7 n. 3 fol. 99. *Zelus* iustitiæ sit ex intentione amoris, comitatus scientia, & prudentia; alias nocebit; tr. 1 ar. 3 fol. 8 Amatores relaxationis insurgunt contra *Zelatores*: quibus sit solatium, quia Deus pro eis est, tr. 1 art. 4 à n. 5 fol. 12.

SENSVS AD QVEM TRAHVNTVR Loca Sacræ Scripturæ in hoc opere adducta.

VETVS TESTAMENTVM.

Ex Genes.

CAP. 2 vers. 25. Quare in statu innocentiæ nuditas induxit verecundiam, tr. 10 art. 10 num. 5 fol. 192.

Cap. 11 vers. 4. Ambitiosi suũ celebrant nomen, non Domini: vt sibi, & nõ alijs prosint, tr. 6 art. 1 n. 2. fol. 53.

Cap. 19 v. 26 & 30. In Loth, & uxore eius duo genera derelinquentium sæculum, tr. 7 art. 7 n. 5 fol. 99.

Cap. 26 v. 15 usque 33. In puteis, quos, renovavit Isaac commendantur Reformationes, & Recolectiones Religionũ, tr. 10 art 3 fol. 169.

Vers. 18 & 19. Isaac puteos obstructos renovat, quia ex eadem familia debet esse Reformator, tr. 2 art. 4 n. 12. fol. 27.

Cap. 37 v. 8. Prælaturæ Ecclesiæ nõ sint Dominationes, sed servitia, & ministeria, tr. 6 art. 3 n. 5 fol. 62.

Ex Exodo

Cap. 4 v. 6 Manus læprosæ intra sinum quid? tr. 10 art. 7 n. 7 fol. 183.

Cap. 7 v. 10. Virga Prælati debet absorbere virgas abusuum, tr. 6 art. 2 n. 3 fol. 57.

Cap. 18 v. 21. Moyses, quia humilis habuit consilium soceri sui, tr. 6 ar. 6 n. 2 fol. 69

Cap. 32 v. 20 Prælati electi per simoniam, pulvis aureus in ruinam eligẽtium, tr. 6 art. 1. n. 10 fol 56.

Ex Lib. Numerorum.

Cap. 15 v. 35. Durum supplicium ob fractionem Legis præcepti recenter positi, tr. 6 art. 4 n. 6 fol. 64.

Cap. 20 v. 8. Loqui ad petram præceptum sine argumento: cui parere laudabile, tr. 7 art. 1 n. 4 fol. 81.

Ex Deuteronomio.

Cap. 22 v. 10. Debiles, & sani non debent obligari ad idẽ iu-

iugum duratũ obſervantia rũ tr.5 art.6 n.1 fol. 94.

Cap. 25 v.4. Doctores, & Prædicatores nõ debẽt alligari, quin laboris mercedẽ in vi&u, & honoribus accipiãt, tr.7 art.6 n.12 fol.97.

Cap.33 v.9. Renuntiatio parentum, fratrum, & filiorũ, qualis debet eſſe, tr.7 art.9 n.1 fol.107.

Ex Libro Ioſue.

Cap. 1 v. 8. Meditari in Lege Dñi, obſervantia Religioſa: quæ decet maxime Prælatos, tr.6 art.1 n.10 fol.56.

Ex 1. Regum.

Cap.2 Typus Religioſorũ deformatorũ in aliorum ruinam, tr.8 art.1 n.11. fol.118

Cap.2 v.6 8.9. Depingitur Religio mortificata per relaxationem, & vivificata per bonos Prælatos, tr.2 art.2. à n.5 fol.15.

Verſ. 17. Typus Religioſorũ deformatorum, qui ſunt in aliorum ruinam, tr.7 art.1. num.11. fol. 118.

Cap.13 v.14 Electio Prælati, ex præcepto Dei ſit: & talis, qui ſciat, & operetur legẽ Dei, tr.6 art.1 n.7 fol. 55.

Cap.31 v.5. Subditus ambitioſus Prælato gratus illum imitatur efficaciter, tr.4 a, 1 n.7 fol.35.

Ex 2. Regum.

Cap.12 v.28. Bonus ſubditus quod facit laude dignum tribuit ſuo Superiori, tr.7 art.4 n.10 fol.90.

Ex 2. Eſdræ.

Cap.4 v.17 Manus ædificans, Recoletorũ exercitia virtutum: manus tenens gladium, communis obſervantia, ubi eſt regimen, tr.10 art.7 n.8 fol.183.

Ex Libro Heſter.

Cap.16 v.6 Quos Conſiliarios debent audire Principes, ut non decipiantur, tr.6 ar. 6 n.4, & 5, fol.70.

Ex Iob.

Cap.41 v.12. Iuvenes caſto amore ſe in vicem diligẽtes, periclitẽtur à mali ſpiritus habitu ardere, tr. 7 art. 10 n. 8 fol.114.

Ex Libro Pſalmorum.

Pſ.1. Totus hic Pſalmus accõmodatur Chriſto Domino, & bono Prælato, cuius præmium Beatitudo; & è contra malo, & ambitioſo, qui miſere damnabitur, tract.6 art.1 fol.53.

Verſ.2. Obſervantia Religioſa meditandi die, ac nocte

in lege Domini ſuadetur, tr. 6 art. 1 n. 9 fol. 56.
Verſ. 3. Chriſtus omni bono abundavit quoad opera, tr. 6 art. 2 fol. 57.
Pſ. 11. Linguam noſtram magnificabimus, &c. verba ſũt ambitioſorum vanitate, & mendacio plena, tr. 6 art. 1 n. 2 fol. 53.
Pſ. 38 v. 2. Silẽtio cuſtodiatur lingua ne delinquas, tr. 10. art. 8 fol. 186.
Pſ. 44 v. 8. Chriſtus Dominus quibus unguẽtis inunctus & quæ dona acceperit præ alijs? tr. 6 art. 2 n. 4 fol. 58.
Pſ. 72 v. 7. A remiſsis, & deformatis quaſi è fonte ſemper prodit iniquitas abuſuum, tr. 3 art. 2 n. 3 fol. 32.
Pſ. 83 v. 3. Paſſer in domo, & turtur in nido, Monachus in Clauſtro, tr. 7 art. 7 n. 2. fol. 98.
Pſ. 93 v. 12. Quare beatus, quẽ Dominus erudierit, tr. 10. art 6 n. 7 fol. 181.
Pſ. 101. v. 8. Quare cor dicatur paſſer, tr. 7 art. 7 n. 2. fol. 98.
Pſ. 118 v. 165. Non pax, ſed ſcãdalum multum, ubi adeſt propria voluntas, tr. 7 art. 1 n. 5 fol. 81.
Verſ. 158. Frangentes emiſſũ pactum per vota, & neglectum diſciplinæ Monaſticæ abominabiles, & deplorandi, tr. 1 art. 3 nu. 2. fol. 9.
Verſ. 165. Non pax, ſed ſcandalum multum ubi adeſt propria voluntas, tr. 7 art. 1 n. 5 fol. 81.
Pſ. 124 v. 3. 5. Non ſunt præficiendi Prælati deformati ſupra Recoletos, tr. 10 art. 7 n. 11 fol. 184.
Pſ. 132 v. 1. Gaudium de Fratrum pace, & concordia, tr. 9 art. 9 n. 4 fol. 158.
Pſ. 147 v. 16. Pauperibus nudis patiẽter ferentibus nuditatem Deus dat nivem, ut lanam. tr. 7 art. 6 n. 5 fol. 95.
Pſ. 150 v. 4. Laudandus Deus in tympano pœnitentiæ, & cõcordia bonę voluntatis, tr 7 art. 10 n. 4 fol. 112.

Ex Libro Proverbiorum.

Cap. 4 v. 19. Talis eſt via ambitioſo in præcipitium, tr. 4 art. 2 n. 4 fol. 38.
Cap. 9 v. 7. De perſecutione improbũ nõ eſt curandum, ſed integritate vitæ tutamẽ paratur, t. 1 ar. 4 n. 8 f. 13
Cap. 10 v. 19. Multiloquium, in quo conſiſtat, tr. 10 art. 8 n. 6 fol. 187.

Cap.

Cap. 11 v. 14. Valde necessaria cura Magistri, ut à Religioso iuueni, non decidat flos virtutis, tr. 8 ar. 1 n. 10 f. 118

Cap. 15 v. 19. Via pigri valde laboriosa, tr. 1 art. 4 n. 3 & 4 fol. 11.

Cap. 19 v. 10. Si gubernat improbus Prælatus, turbatur valde Religio, tract. 4 art. 1 fol 34.

Cap. 22 v. 6. Indisciplinatus iuvenis abominabilis, & miser est, tr. 8 art. 1 n. 3 fol. 116.

Cap. 26 v. 8. Qui constituit in honore indignũ se ipsum destruit, tract. 6 art. 1 n. 10. fol 56.

Vers. 12. Tentatio Prælatorũ, qui spernunt consilia, tr, 6 art. 6 n. 1 fol. 69.

Cap. 27 v. 8. Periclitatur Monachus, extra Monasteriũ degens, tr. 7 art. 7 n. 2 fol. 98

Cap. 29 v. 11. Stulti sunt qui alios docere volunt spiritum, cũ ipsi sunt vacui, tr. 7 art. 8 n. 10 fol. 106.

Cap. 30 v. 31. Gressus Prelati sit sicut Galli, tr. 2 art. 1 n. 7 fol. 16.

Ex Libro Ecclesiastici.

Cap. 3 v. 6 Silentium Evangelicum commendatur, tr. 10 art. 8 n. 4 fol. 186.

Cap. 4 v. 1. 2 & 3. Religio deformata lamentabilis, tr. 2 art. 1 n. 10 fol. 17.

Vers. 9. 10, Religiosi proficiscantur bini, & bini, tr. 7 ar. 7 fol 100.

Vers. 12 Socius servat pudicitiam Socij Monachi extra claustra, ibid. n. 10 fol. 101.

Cap. 10 v. 20. Non detrahendum contra Prælatos, tr. 7 art. 4 n. 10 fol. 89.

Ex Canticis Cantic.

Cap. 8 v. 10 Religio sine litibus est murus pacem reperiens, tr. 9 ar. 9 n. 4 fol. 158.

Ex Libro Sapientiæ.

Cap. 5 v. 2 Pœnitentia malorũ quando inutilis, & frustranea, tr. 10 art 9 n. 9 fol. 190.

Cap. 6 v. 5 6. 7. Durum erit iudicium Prælatis, propter quos Religio dilabitur, tr. 1 ar. 3 n. 4 & tr. 4 & tr. 6 art, 1 n. 5 fol 9 & 54.

Ex Libro Ecclesiastici.

Cap. 3 v. 6. Scienti obedire, obediunt, subditi; non tamen è contra, tr. 4 art. 1 n. 12. fol. 36.

Cap. 7 v. 4, & 8. Qualiter admittenda officia sine ambitione. tr. 6 art. 1 n. 5. 6 fol. 54

Vers. 5. Fuge tanquam pestẽ cum

cum Prælato contendere, tr.7 art.4 n.10 fol.89.
Cap.23 v.26. Ideomalus amat tenebras, ut nō arguantur, opera eius mala, tr.7 art.7 n.9 fol.100.
Cap.32 v.13. Quomodo loquendū in præsentia Prælati? tr.7 art.4 n.10. fol.89.

Ex Libro Isaiæ.

Cap.6 v.5. Silentium quando reprehensibile, tr.10 art.8 n.4 fol.86.
Cap.11 v.1 2 3. 4. Bona quibus condecoratus est Christus, & quibus pollere debet bonus Prælatus, tr.6 art.2 n.4 fol.58.
Cap.14 v.30. Pastore solicito, subditi fiducialiter pascētur, tr.7 art.8 n.11 fol.106.
Cap.30 v.21. Religiosi revertantur ad observantiā Regulæ, tr.9 art.8 n.3 fol.155.
Cap.33 v.1. Prælati prædecessorum facta dānantes, damnantur, tr.6 art.6 n.2 fol.70
Cap.42 v.14. Peccatoris conversio dicitur partus, tr.10 art.1 n.3 fol.165.
Cap.44 v.18 19. Ambitiosi habent intellectum tenebris circumfusum, tr.4 art.2 n.11. fol.40.
Jerf.21. Servi sunt Religiosi sua Regula reformati, tr.10 art.1 n.5 fol.165.

Ex Libro Ieremiæ.

Cap.6 v.9. Vastatio feræ Ambitionis, tr.2 art.1 num.12. fol.17.
Cap.23 v.3, & 4. Bona spes reformandi religionem, tr.2 art.1 n.12 fol.17.

Ex Threnis.

Cap.2 v.15.
Cap.4 v.12. & 5, Deformata Religio sic est lamentabilis. tr.1 art.2 n.10, & tr.9 art.9 n.3 fol.7. & 158.

Ex Ezechiele.

Cap.13 v.11. Tales sunt Prçlati, qui dant doctrinam verborum sine exemplis operum, tr.6 art.5 n.7 fol.68.
Cap.18. v.22. Sic processus de crimine iam correcto delēdi, & combarendi, tr.6 art. 8 n.2 fol.76.
Cap.33 v.8 Subditorum iniquitates impurantur Prælatis omittentibus correctionē; tr.1 ar.3 n.4. fol.10.

Ex Daniele.

Cap.1 v.15. Religiosi fameli ci patienter sufferētes, parcis, & vilibus cibis vegetiores fiunt, tr.7 art.6 n.5 f.95.

Ex Osea.

Cap.2 v.5 & 7 Forte qui Re-

fe[illegible]ri[illegible]ur, aliquando requirat, tr. 9 art. 8 n. 5 fol. 155.

Cap. 4 v. 6. Studia litterarum cum observantia Religiosa bene se habent, tr. 10 art. 2 n. 2 fol. 188.

Cap. 13 v. 11. Malus Prælatus datur propter peccata populi, tr. 7 art. 1 n. 3 fol. 81.

Ex Ioele.

Cap. 2 v. 22. Christus in ligno Crucis dedit fructũ redẽptionis, tr. 6 art. 2 n. 1 fol. 57.

Vers. 31 Tales sunt Religiosi deformati, tr. 1 art. 2 n. 10 fol. 7.

Ex Sophonia.

Cap. 3 v. 9. Dilapsæ Religionis erectio promittitur, ut una animiter sentiat Domino, tr. 10 art. 4 n. 6 fol. 175.

Ex Zacharia.

Cap. 1 v. 14 Zelus commendatur, quia Augeh, imó, & Deus habeat illum, tr. 1 ar. 3 n. 6 fol. 10.

Ex Lib 1. Machabæorum.

Cap. 3 v. 17. 18, & 19 Reformatio Religiosa auxilio Dei sive in multis, sive in paucis fieri potest, tr. 2 art. 4 n. 10 fol. 27.

Ex Lib 2. Machabæorum.

Cap. 1 v. 22. 31. Observantia Religiosa frigefacta in aquam crassam vi orationis ignescit, tr. 2 ar. 4 n. 11 f. 27.

NOVVM TESTAMENTVM.

Ex Evangelio secundum Matthæum.

CAP. 5 v. 3 + Discordia inter Fratres abominabilis, tr. 7 art. 10 n. 4 fol. 112.

Cap. 6 v. 6 Intra in cubiculũ tuum, quia oratio silentio nutritur, t. 10 ar. 8 n. 5 f. 187

Vers. 31. Religiosus ob temporales necessitates, non se misceat sæcularibus, tr. 7 art. 8 n. 11 fol. 106.

Cap. 8 v. 21 & 22. Parentes, quomodo pro Christo relinquendi, tr. 7 ar. 9 fol. 107

Cap. 10 v. 28 Quem timendũ tr. 2 art. 1 n. 6 fol. 16.

Vers. 37 Diligere, aut relinquere parentes, qualiter teneatur Religiosus? tr. 7 art. 2 n. 2 fol. 107.

Cap 11 v. 2 Binos mittere observantia Religiosa, tr. 7 ar. 7 n. 8 fol. 100.

Vers. 28 Onus sequẽtis Christũ quale? tr. 10 ar. 5 n. 9 fol. 178.

Vers.

Vers. 29 Reformatori necessaria mansuetudo, & humilitas, quibus intus reformetur, & vere possit docere alios, tr. 7 art. 1 n. 3 & tr. 8 art. 2 n. 1 fol. 80. & 119.

Cap. 13 v. 26 27. 28. Christũ imitetur Reformator, non omnia mox puniẽdo, tr. 10 art. 2 fol. 167.

Cap. 15 v. 5 6. Parentes qualiter subveniendi? tr. 7 art. 9 n. 9 fol. 110.

Cap. 16 v. 24 Non se eximat Religiosus a portanda Cruce, tr. 1 art. 4 n. 1 fol. 10.

Cap. 18 v. 3 Non sit subditus sapiens contra Prælatum, tr. 7 art. 1 n. 6 fol. 81.

Cap. 20 v. 25. 26 27, & 28. In schola Christi Maior debet esse humilis, & servus, tr. 6 art. 3 n. 5 fol. 61.

Cap. 23 v. 15. Qualiter liceat trahere alios ad Religionẽ, tr. 8 art. 3 n. 8 fol. 125.

Cap. 25 v. 10 12. Superioris correctio discrete suscipiẽda, tr. 6 art. 4 n. 2 fol. 63.

Vers. 12. Qui ut accendant proximum, suum lampadẽ extinguunt fatui, tr. 7 art. 8 n. 9 fol. 105.

Vers. 28. Contra Prælatos zelo carentes, tract. 1 art. 3 n. 4 fol. 10.

Cap. 26 v. 63 & 64. Silentium qualiter exemplo Christi observandum, tr. 10 art. 8 n. 4 fol. 187.

Ex Evangelio secundum Marcum.

Cap. 6 v. 7. Observantia Religiosa binos, & binos mittere, tr. 7 ar. 7 n. 8 fol. 100.

Ex Evangelio secundum Lucam.

Cap. 1 v. 33. Regnum Christi, & boni Prælati, durabile, tr. 6 art. 1 n. 3 fol. 54.

Cap. 2 v. 13. Pax Christi quę? tract. 7 arti 10 num. 4 fol. 112.

Cap. 9 v. 59. Quomodo prohibuit Christus opus pietatis erga parentes? tr. 7 ar. 9 n. 2 fol. 107.

Vers. 61. Renuntiare prohibetur, quia Religiosus id supponitur feciſſe, ibidem, n. 3 fol. 108.

Vers. 62. Aspicere retro Religiosum quid? tr. 7 art. 7 n. 5 fol. 99.

Cap. 10 v. 1. Non solum discipuli, sed & Apostoli incedebant bini, tract 7 art. 7 n. 8 fol. 100.

Vers. 4. & 5. Silentium Evangelicum, tr. 10 art. 8 n. 5 fol 187
Vers. 16. Audiendi Prælati, quia organa sunt divinæ Sapientiæ, tr 7 art. 1 num. 7 fol. 82.
Cap. 11 v. 13. Verus spiritus Magister Deus, tr. 10 art. 6 n. 7 fol. 181.
Vers. 23 Qui non convenit in bona voluntate contrarius est, tr. 4 art. 1 n. 12 fol. 36.
Vers. 42. Tales sunt Prælati valde rigidi tr. 6 art. 5 fol. 66.
Vers. 52. Tales sunt hæretici contra veritatem: & deformati Religiosi contra observantiam, tr. 10 art. 3 n. 3 fol. 170.
Cap. 19 v. 29. tr. 7 art. 7 nu. 8. fol. 100.

Ex Evangelio secundum Ioannem.

Cap. 2 v. 15. Hanc fortitudinem habeat bonus Prælatus, ut indignos eijciat, tr. 6 art. 2 n. 6 fol. 58.
Vers. 24. Religiosus nõ se credat illæsa fama apud sęculares in habitare, tr. 7 art. 8 n. 7. fol. 105.
Cap. 3 v. 10. Contra Religiosos sine socio affectantes divertere, ne videãtur eorũ actiones, tr. 7 art. 7 n. 9 fol. 100.
Cap. 6 v. 15. Promotio ad dignitates, ut grave malũ fugienda, tr. 6 art. 1 n. 6 fol. 55.
Cap. 7 v. 38. Quia Prælatus abundare debet gratia, & Sapientia, tr. 6 art. 2 fol. 57.
Aqua observantiæ unde hauriendæ? ibidem, tr. 10 art. 3 n. 7 fol. 171.
Cap. 8 v. 10. Liberatur mulier quia humilis, & contrita corde, tr. 6 art. 2 num. 5 fol. 58.
Cap. 10 v. 10 & 11. Quia bonus Prælatus consulit subditorum saluti, tr. 10 art. 2 fol. 167.
Vers. 16. Non est vera reformatio sine unione, tr. 10 art. 7 n. 8 fol. 183.
Cap. 14 v. 27. Vera pax Christi quæ? tract. 7 art. 10 n. 4 fol. 112.
Cap. 21 v. 17. Religiosi debent esse agni puri, & immaculati, tr. 7 art. 4 fol. 87.
Vers. 18. Pasce verbo, pasce temporali subsidio, tr. 6 art. 5 n. 6 fol 68.

Ex Actibus Apostolorum.

Cap. 12 v. 8. Non erant Apostoli omnino nudi pedes, tr. 10 art. 10 n. 2. fol. 191.

Ex Epistola ad Romanos.

Cap. 12 v. 16. Nemo iure naturæ credat sibi officia deberi, tr. 4 art. 2 n. 3 fol. 38.

Ex Epistola Prima ad Corinthios

Cap. 3 v. 18. Prudens stultitia quę? tr. 7 art. 1 n. 4 fol. 81.

Cap. 4 v. 16. Paulum imitati primi Fideles in emitendo vota, tr. 10 art. 1 n. 6 fol. 165

Cap. 8 v. 1 Scientia laudabilis si in amorem Dei, & proximi dirigatur, tr. 10 art. 9 n. 5 fol. 188

Cap. 15 v. 9 Prælati pro alijs debent laborare, tr. 7 art. 2 n. 5 fol. 84.

Ex Epistola Secunda ad Corinthios.

Cap. 2 v. 11. Professione Religiosa debemus servare fidem Christo, & Prælato, tr. 7 art. 4 n. 2 fol. 87.

Vers. 29 Prælatus debet amare subditos, tr. 7 art. 2 n. 4 fol. 84.

Cap. 3 v. 18. Doctus à Deo per charitatem crescit in spiritu, tr. 10 art. 6 n. 7 fol. 181.

Ex Epistola ad Galatas.

Cap. 4 v. 9. 15. 16. Deferentes à doctrina Religiosa reprehensibiles, tr. 10 art. 1 n. 1 fol. 164.

Vers. 19 Conversio peccatoris dicitur partus, ibidem.

Ex Epistola ad Philippenses.

Cap. 3 v. 15 & 16. Dolent Zelatores observantiæ, quod regula, & exemplaria aliorũ non observentur, tr. 1 art. 4 n. 7, & tr. 10 art. 1 n. 6 fol. 13, & 165.

Vers. 17. 18 19, & 20. Quamvis videant zelatores Regulã frangi non desistant à Reformatione, donec adducãt Dominum Iesum Reformatorem, tr. 1 art. 4 n. 7 fol. 12.

Vers. 19. Vẽter gulosi, quomodo Deus illius? tr. 7 art. 2 n. 2 fol. 83.

Ex Epistola 1. ad Thessal.

Cap. 5 v. 12. Subditi erga Prælatos quales? tr. 7 art. 2 n. 5 fol. 84.

Ex Epistola 1. ad Timotheum.

Cap. 3 v. 2. Quare Paulus non dixit Episcopum Angelum nulli humanæ perturbationi subiectum? tr. 2 art. 4 n. 10 fol. 27 Hæ sunt conditiones boni Prælati, tr. 6 ar. 2 n. 8 fol. 58.

Vers. 12. Reformatores patiũtur persecutiones, tr. 3 art. 1 n. 5 fol. 29.

Vers. 23. Maior necessitas requiritur in Monacho, quã

in

in Episcopo, tract. 7 art. 5. n. 7. fol. 93.
Cap. 5 v. 17, & 19. Lectores, & Prędicatores abundantius debent reffocilari, tr. 7 art. 6 n. 12. fol. 97.

De Epistola secunda ad Timotheum.

Cap. 2 v. 4 Religioso valde no civū implicari se negotijs, & conversationi sæculariū tr. 7 art. 8 fol. 103.
Vers. 20. In Monasterio vita Activa, & contemplativa, tr. 1 art. 1 n. 3 fol. 3.

Ex Epistola ad Titum.

Cap. 2 v. 7. Exemplum bonum Prælati ædificat, tr. 6 art. 5 n. 6 fol. 63.

Ex Epistola ad Hebræos.

Cap. 5 v. 4. Aaron, quomodo vocatus á Deo tr. 6 art. 2 n. 3 fol, 57.
Cap. 12 v. 6. Flagellat, ut sanet tr. 6 art. 4 fol. 63.

Ex Epistola Catholica S. Iacobi.

Cap. 1 v. 26. Silentium laudatur, tr. 10 art. 8 n. 2 fol. 186.
Cap. 4 v. 1. Quare lites inter Religiosos, tr. 9 art. 9 n. 3. fo. 158.

Ex Epistola prima Beati Petri Apostoli.

Cap. 1 v. 13 14. 15. & 22. Qualis perfecta obedientia, ut spē vitæ habeat, tr. 7 art. 2 n. 3 & art. 4 n. 1 fol 83. & 87.
Vers. 1 2, 3. Bonus Prælatus describitur, tr. 6 art. 3 n. 5 fol. 62.

Ex Epistola Prima B. Ioannis Apostoli.

Cap. 2 v. 10 27. Unctio Spiritus sancti docet omnia, tr. 10 art. 6 n. 7 fol. 181.

Ex Libro Apocalypsis.

Cap. 3 v. 15 In via Dei, non proficere, deficere est, tr. 9 art. 8 n. 3 fol. 154.
Vers. 8. Zelum Dei aurū purum, tr. 1 art. 3 n. 6 fol. 10.
Vers 19 Trāsgressiones castigandæ examore, tr. 6 art, 4. n. 1 fol. 63.
Cap. 9 v. 1 2 3. Mala Prælatorū promotio, perniciosissimum malum, tr. 2 art. 1 n. 9. fol. 16
Cap. 12 v. 2. Reformatores quasi parturientes formant filios, tr. 10 art. 1 num. 3 fol. 165.

Cap. 17 v. 4 Simulata pax abominabilis, tract. 7 art. 10 n. 2. fol. 113.

Cap. 22 v. 1 2. Sicut lignum vitæ ex utraque parte fluminis Prælati, toto tẽ ore durationis officij debẽt dare fructus, tr. 6 ar. 2 n. 2. f. 57

FINIS.

